43124

Urkunden- und Regestenbuch

des

Herzogtums Krain.

Herausgegeben

von

Franz Schumi.

I. Band.

777 — 1200.

Laibach 1882/3.

Druck der „Narodna Tiskarna“. — Verlag des Herausgebers.

Urkunden- und Regestenbuch

des

Herzogtums Krain.

Herausgegeben

von

Franz Schumi.

I. Band.

777 — 1200.

Laibach 1882/3.

Druck der „Narodna Tiskarna“. — Verlag des Herausgebers.

43124

Biblioteca della R. Università di Lubiana
Ljubljani
Biblioteka kr. univerze

0300487 55

1.

Kremsmünster.

777, ..., Kremsmünster. Urkunde gedruckt im Schumi's Archiv für Heimatkunde I., 2—6, Nr. 1.

2.

Aquileia — Salzburg.

811, 14. Juni, Aachen. Urkunde gedruckt im Schumi's Archiv f H. I., 58, Nr. 23.

3.

Ludwig II. Sohn des Kaisers Ludwig.

817, 5. Juli, Aachen. Kaiser Ludwig der Fromme teilt das Reich unter seine Söhne Lothar, Pippin und Ludwig. Ludwig erhält Baiern, das Land der Kärntner, Böhmen, Avaren und der Slaven im Osten Baierns und ausserdem für seinen Bedarf die beiden königlichen Villen Lauterhofen und Ingelstadt im Nordgau.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Ludouicus, diuina ordinante prouidentia imperator augustus. Cum nos in Dei nomine anno incarnationis domini octingentessimo septimo decimo, indictione decima annoque imperii nostri quarto, mense Julio. Aquisgrani palatio nostro more solito sacrum conuentum et generalitatem populi nostri propter ecclesiasticas, vel totius imperii nostri utilitates pertractandas, congregassemus, et in his studeremus, subito diuina inspiratione actum est ut nos fideles nostri commonerent, quatenus manente nostra incolomitate, et pace undique a Deo concessa, de statu totius regni et de filiorum nostrorum causa, more parentum nostrorum tractaremus. Sed quamuis haec admonitio deuote ac fideliter fieret, nequaquam nobis, nec his qui sanum sapiunt, visum fuit, ut amore filiorum aut gratia, unitas imperii a Deo nobis conseruati diuisione humana scinderetur, ne forte hac occasione scandalum in sancta ecclesia oriretur, et offensam ilius, in cuius potestate omnium iura regnorum consistunt incurreremus. Idcirco necessarium duximus, ut ieiuniis et orationibus et elemosinarum largitionibus, apud illum obtineremus, quod nostra

infirmitas non praesumeret. Quibus rite per triduum celebratis, nutu omnipotentis Dei, ut credimus, actum est, ut et nostra et totius populi nostri in dilecti primogeniti nostri Hlutharii electione vota concurrerent. Itaque taliter diuina dispensatione manifestatum, placuit et nobis et omni populo nostro, more solemni imperiali diademate coronatum, nobis et consortem et successorem imperii, si dominus ita voluerit, communi voto constitui. Ceteros vero fratres eius, Pippinum videlicet et Hludouicum, aequiuocum nostrorum, communi consilio placuit regiis insigniri nominibus, et loca inferius denominata constituere, in quibus post decessum nostrum, sub seniore fratre, regali potestate potiantur iuxta inferius adnotata capitula, quibus quam inter eos constituimus, conditio continetur. Quae capitula propter utilitatem imperii, et perpetuam inter eos pacem conseruandam, et totius ecclesiae tutamen, cum omnibus fidelibus nostris considerare placuit, et considerata conscribere, et conscripta propriis manibus firmare, ut Deo opem ferente, sicut ab omnibus communi voto actum est, ita communi deuotione a cunctis inuiolabiliter conseruentur ad illorum et totius populi Christiani perpetuam pacem; salua in omnibus nostra imperiali potestate super filios et populum nostrum, cum omni subiectione quae patri a filiis, et imperatori ac regi a suis populis exhibetur. (Das Uebrige, andere Teile des Reiches betreffende, hier ausgelassen.)

Capitulum II.

Item Hludouicus volumus ut habeat Baioariam et Carentanos, et Beheimos et Auaros, atque Sclauos qui ab orientali parte Baioariae sunt, et insuper duas villas dominicales ad suum seruitium in pago Nortgaoe, Luttraof, et Ingoldesstat.

Pertz, Monumenta Germaniae historica. Legum, Tomus I., p. 198; Mansi, Collectio Concil. T. X. p. 118.

4.

Aquileia — Salzburg.

819. 27. December, Aachen. Kaiser Ludwig (der Fromme) bestätiget dem Erzbischofe Arno von Salzburg die Entscheidung seines Vaters betreffs der Grenzen der Sprengel des Erzbistums Salzburg und des Patriarchates Aquileia, mit Wiederholung derselben Abgrenzung wie im Jahre 811.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Lŏdowicus diuina ordinante prouidentia imperator augustus. Cum iustis

peticionibus sacerdotum ac seruorum dei quas nostris auribus insinuauerunt, libenter annuimus et eas cum dei auxilio ad effectum peruenire fecerimus, non solum regiam et imperialem consuetudinem exercemus, uerum eciam hoc nobis procul dubio tam ad statum terreni regni corroborandum quam ad eterne uite beatitudinem capescendam profuturum esse confidimus. Idcirco notum fieri uolumus fidelibus sancte ecclesie et nostris, presentibus videlicet et futuris quia uir venerabilis Arno Juuauensis ecclesie archiepiscopus per Adalram mum eiusdem ecclesie archidiaconum misit nobis quandam auctoritatem domni et genitoris nostri Karoli piissimi imperatoris in qua continebatur insertum qualiter reuerendissimus uir Vrsus sancte Aquilegiensis ecclesie patriarcha et ipse Arno in eius sacratissimam uenientes presenciam, non minimam inter se contencionem habuissent de Karantana prouincia quod ad utriusque illorum dyocesim pertinere debuisset, asserens Vrsus patriarcha antiquam se habere auctoritatem tempore Romanorum factam antequam a Longobardos [1]) fuisset inuasa Ytalia, per synodalia gesta que tunc temporis ab antecessoribus suis, Aquilegiensis videlicet ecclesie rectoribus agebantur, per que ciuitates predicte Karantane prouincie ad Aquilegiam esse subiectas. Arno uero archiepiscopus asserebat se auctoritatem habere pontificum Romane ecclesie, Zacharie, Stephani atque Pauli, quorum preceptis et confirmacionibus predicta prouincia tempore antecessorum suorum ad Juuauensis ecclesie dyocesim fuisset adiuncta, et qualiter idem dominus et genitor noster audita atque discussa eorum altercatione ad unam eos caritatem atque concordiam reuocauit, et ut in futurum tam ipsis [2]) quam et succesoribus [3]) eorum omnis controuersia atque disceptacio penitus fuisset ablata, predictam prouinciam Karantanam ita inter se diuidere iussit, ut Drauus fluuius qui per mediam illam prouinciam currit, terminus ambarum dyoceseon esset, et a ripa australi ad Aquilegiensis ecclesie rectores, ab aquilonali uero ripa ad Juuauensis ecclesie presulem pars ipsius prouincie pertineret, ecclesie uero que in utraque ripa fuissent constructe, ubicunque possesiones suas sibi iuste collatas habere noscerentur, absque contradictione et contrarietate ambarum parcium haberent, quia sicut eidem domno imperatori compertum erat,[4]) quedam ecclesie in una ripa fluminis predicti sunt constructe quarum possessiones in altera eius-

[1]) sic. — [2]) Hdschr. „ipsi“ — [3]) Hdschr. „uiri.“ — [4]) Hdschr. und Abdr. setzen hier noch „quod.“

dem fluminis ripa sunt posite, et ita hanc definicionem promulgauit precipiens atque iubens, ut inter [1]) presentes uiros [2]) venerabiles, Maxencium [3]) videlicet qui tunc in locum uiri venerabilis Vrsi patriarche subrogatus erat, et Arnonem [4]) uirum venerabilem [5]) Juuauensis ecclesie archiepiscopum [6]) de hac re in futurum nulla controuersia aut questio moueretur, sed contenti sint ex utraque parte secundum iudicium quod inter eos iuxta rectitudinis normam propter caritatem et pacem que inter tales uiros decebat, conseruandam iudicauit, quoniam iustior illi super huiuscemodi disceptacione sentencia proferenda uisa non est, quam ut diuisio inter eos illius prouincie deberet fieri, quia ambo se auctoritatem habere asserebant, quia ipse earundem auctoritatum [7]) neutram falsam, neutram infirmam facere iudicauit, quia una antiquitate, altera sancte Romane ecclesie sublimitate precellebat, sed ut auctoritati paterne [8]) atque imperiali nostram eciam iungeremus auctoritatem, precibus quibus ualuit, obsecrauit. Nos itaque relegentes eandem auctoritatem ad eius deprecacionem hanc nostram fieri iussimus promulgacionem, ut quemadmodum domnus et genitor noster inter utrasque dyoceses constituit atque confirmauit, ita nostris futurisque temporibus ratum et inuiolabile consistat. Et ut hec auctoritas nostra esse credatur et per futura tempora melius conseruetur, de anulo nostro subter iussimus sigillari.

Signum domni (M.) Lŏdewici serenissimi imperatoris.

Durandus diaconus ad uicem Fridugisi recognoui et subscripsi.

Data VI. kal. Januarias, anno Christo propicio VI. imperii domni Lŏdewici piissimi augusti, indictione XIII. Actum Aquisgrani palacio regio in dei nomine amen.

Salzb. Kammerb. I. 36' (14. Jahrhdt.), im k. k. geh. H.- H.- und Staatsarchiv zu Wien. — (Kleymaiern): Juvavia, Anh. 76, Nr. 22. — Zahn Urkb. f. Steiermark. I. 7—9, Nr. 5.

5.

Gurk, Stift.

895, 29. Sept. Oetting. Urkunde gedruckt im Schumi's Archiv f. H. I., 74, Nr. 31.

---

[1]) Hdschr. „successores." — [2]) Hdschr. „tam." — [3]) Hdschr.„Maxencis." — [4]) [5]) Hdschr. „Arno uir venerabils." — [6]) Hdschr. „archiepiscopus." — [7]) Hdschr. auctoritatem. — [8]) Hdschr. „auctoritate paterna."

6.

Istrien — Venedig.

933, 12. März, Rivoalto in Venedig. Markgraf Winther von Istrien schliesst unter Vermittlung des Patriarchen von Grado Marinus Frieden mit dem Dogen[1]) *Peter von Venedig wegen der von Seite der Istrianern den Venedigern zugefügten Unbilden.*

In nomine domini nostri Yhesu Christi. Regnante domino nostro Ugone serenissimo rege anno septimo, Lothario vero filio eius in Dei nomine regnante anno secundo, die duodecima mensis martii, indictione sexta, actum Rivoalto. Cum nos Uuintherius, et homines nostri invasimus res proprietatum de patriarchatu vestro Gradensi s. Hermachorae, quas in finibus Polanae et Istriae habet, et similiter res palatii vestri Venetiarum et de episcopatu Venetiarum quas ipse palatiis et sui episcopati in Polla et in omnibus finibus Istriae habet, et debita, quae Istrienses ad Veneticos solvere debebant, detinebamus, ut justitias minime invenire poterant Venetici, et suprapositas eis per civitates imponebamus, etiam naves eorum comprehendimus, et depredavimus, et homicidia in Veneticos fecimus: unde maxima lis inter nos et Vinitos accrevit propter hoc malum quod in Veneticos exercuimus, d. Petrus gloriosus dux Veneticorum praecepit, ut nullus Veneticus Istriam pergeret, nec Istrienses Venetias advenirent: hoc videntes nos Uuintherius marchio missos direximus ad d. Marinum patriarcham, ut pro Dei omnipotentis amore intermitteret se ad Petrum eminentissimum ducem, ut pacem cum nobis et cum nostro populo faceret, et negotia Venetici cum Istriensibus exercent, sicut soliti fuerunt facere. Tunc predictus d. Marinus egregius patriarcha exiit a sua civitate Gradensi, venitque ad suum seniorem d. Petrum eminentissimum ducem, et admonuit eum, ut pro Christi amore pacem faceret, et malum pro malo non redderet, sed quod contra legem factum fuerit ac haberet, secundum seriem pacti emendaret. Ad haec monita mente d. Petri piissimi et gloriosissimi ducis compuncta condoluit. Unde ipse denique d. Petrus dux admonitus divina, et apostolica precepta in devotione a promissione Istriensium esse devota, per hanc cartam misericordia motus et per sanctas Dei ecclesias et pauperibus Christi ad pacem et concordiam sua mente reduxit, et

[1]) Doge = dux.

omne malum quod contra suos Istrienses degerunt, pro divino amore reliquit. Ideo ego Uuintherius marchio una cum Joanne episcopo urbis Pollanae, et cum caeteris Istriensibus episcopis, et cum omni populo Istriensi prona mente et spontanea voluntate promittentes promittimus, ut amodo et deinceps in nullas proprietates de vestro patriarchatu Gradensi Sti. Hermachorae, nec ad illas de vestro palatio, nec ad annexas res sanctarum ecclesiarum Dei, quapropter in vestro episcopatu Venet. pertinet, in totis finibus Pollanae, et Istriae, quas ille, et Venetici ubicumque habere, et possidere visae sunt in finibus Istriae, nullo unquam tempore nos in eas intromittere, nec in aliquo occupare debeamus, sed semper in suo statu, et in vestra dominatione manere debeant, ita ut non per nos, neque per submissam personam ab aliquo mali patiantur, sed semper ab omnibus nostris, qui sub nostra potestate degunt, defensae ipse proprietates, et homines vestri maneant: et vestra dominatio per vestros fideles in ipsos colonos discurrat. simili modo promittimus, quod omne debitum, quod Istrienses Veneticis solvere debent annuatim justitias facere debeamus; Itemque promittimus de omnes superpositas, quae factae fuerunt, ut in aeternum non minorentur sed secundum antiquam consuetudinem pro unaquaque civitate ripatica, et telonea solvant, ita ut amplius eis non imponantur; itemque promittimus, ut nullo unquam tempore cum nostrae naves super vestris in contrarium ire non debeamus, ne vestri Venetici mala patiantur, sed omni tempore in pace et charitate ab invicem vobiscum manere debeamus ut omnem legem et justitiam vestris Veneticis observare promittimus. Super haec autem pollicemur, ut si jussio regis venerit, ut contra Veneticos aliquid mali agatur, primitus cum nos potuerimus scire, eos faciemus, ut illaesi ad suam patriam revertantur, haec inviolabiliter observare promittimus, nos cum nostris successoribus, ac haeredibus, ac prohaeredibus. Quod si quocunque tempore per vim res proprietatum de vestro patriarchatu Gradensi s. Hermachorae, aut de palatio vestro, aut sanctarum vestrarum ecclesiarum, aut de vestris fidelibus invadere praesumpserimus, incurramus in iram omnipotentis Dei, et sanctorum ejus, quorum res invadere praesumpserimus, et insuper componere promittimus cum nostris haeredibus vobis, et in palatio vestro auro fulvo lib. C. medietatem cui forcia facta fuerit, et medietatem palatio regis Italico regno praesidenti. Et haec promissionis carta maneat in sua firmitate. Hanc vero cartam repromis-

sionis tradidimus scribendam Georgio diacono, et notario de civitate Justinopolis. Acta vero Rivoalto.

Signum manus d. Uuintheris marchionis, qui hoc fieri rogavit.

Ego Ioannus episcopus Pollanae ecclesiae manu mea scripsi.

Ego Firminus episcopus manu mea scripsi.

Signum manus Rocioni de civitate Polla ad omnia consentientis.

Sig. manus Martoni filii Constantini consentientis.

Ego Andebertus locopositus de civitate Justinopolis consentient.

Signum Leonis filii Passivo consentientis.

Signum Dominici locopositi de Trieste consentientis.

Signum Joannis filii Olivi de Trieste.

Signum manus Andaradi Scavini filii Dominici Pepolo de Trieste.

Signum manus Dominici filii Olivae de castro Mugula consent.

Signum manus Juliani de Mugula consentientis.

Signum manus Venerii de Augusto de castro Piriano consent.

Signum manus Felicis filii Ravenae de Piriano consentientis.

Signum manus Dominici Scavini de Anastasia consentientis.

Signum manus Maurocini de Justino. censentientis.

Signum manus Andreadi fratris d. Jo. episcopi consentientis.

Signum manus Jo. de Justino. consentientis.

Signum manus Lamberti, cui cognomentum Populino, consent.

Ego Gregorius diaconus, et notarius de civitate Justinopoli ex jussione Uuintherii marchionis hanc repromissionis cartam scripsi, complevi, atque firmavi.

De civitate Polę juret Roncius, Martinus, Leo filius Passivo, et Jo. Basiliacus: de Parentio Leo de Vvalte ramo, Dominicus de Jurentino, Odelricus, Theodorus tribunus.

De Civitate nova Leonianus, et Jo. cognatus Formino episcopus.

De Pirano Felix Scavinus, Andreas Jussulago, Christus Ansaldus.

De civitate Capras Andibertus locopositus, Andreas Aquabrolus, Dominicus de Anastasia, Petrus de Zanane.

De Mugula Venerius Bozolinus, de Oliva, Antius.

De Tergeste Dominicus locopositus filius Senadri, Andreas filius Dominici Pepoli, Jo. de Oliuo, Resicherius.

Codex Classis X—CLXXXI a carte 50. Bibliot. Marciana in Venedig (aus dem Bernhard Trevisaner Codex); Ughelli Italia sacra V. 229—231.

7.

Venedig — Grado.

960, 14. Juni, Rivoalto in Venedig. Der Doge von Venedig, Peter Candiano, und Bonus, Patriarch von Grado, im Verein mit mehreren Bischöfen und Angesehenen beschliessen und verkündigen das Verbot des Sclavenhandels im Umkreis ihrer Länder und treffen auch noch andere auf den Verkehr zwischen Deutschland, Italien und Griechenland diesbezügliche Vereinbarungen.

In nomine Domini etc. Imperante d. Romano gloriosissimo imperatore, anno autem imperii ejus anno,[1]) quartodecimo mense junio, indictione tertia, Rivoalto in curte Palatii. Cum precedentibus temporibus in hac nostra provincia mancipiorum captivitas fieret, et nostris ob hoc peccatum multe tribulationes fierent et nobis convenerunt, dominus Ursus Bonus dux una cum Joanne filio suo hanc malitiam diluerunt, et statuerunt ita ut nullus ex nobis mancipia venderet, sed ita gravis malignus et invidus hostis .... constitutio corrupta et transgressa est. Tunc quadam die residente nobis quidem Petro, Deo auxiliante Venetie duce, et d. Petro duce Candiano, una cum d. Bono egregioque patriarcha, et cum venerabilibus episcopis et primatibus nostris in publico placito, definivimus, atque statuivimus hanc optimam constitutionem, que a predictis nostris antecessoribus facta est numquam aliquando corrumpatur, supradictus Bonus divino munere patriarcha cum ceteris episcopis hoc in conventum nostrum sancte Gradensis ecclesie per sacrorum canonum auctoritate reperimus, ut a quocumque homine, aut in captivitatem duxerit, ipse in captivitatem ire disponatur, unde pariter omnes statuentes statuimus, et firmiter confirmamus, ut nullus major, aut minor mancipia ad venundandum emere debeant, nec aliquis pretium ad suos emptores dare debeant propter mancipia comparanda, aut venundanda, quia gravissimum malum et sanctimoniis, quia Deus omnipotens misericordia plenus est. et si emendaverimus dimittet nobis peccata nostra. Itemque promittimus, ut quicumque in manibus nostris nauclerium fuerit, nullo tenere debeat in navi suo levare mancipia, neque de Venetia, neque de Istria, neque de Dalmatia, neque de nullis aliis locis per nullum ingenium, nec etiam aliquis homo negotiare, vel Judeum in navi sua levare debeat; itemque statuentes statuimus, ut nullus Veneticus pecuniam suam ad quemlibet grecum hominem dare

[1]) sic.

debeat, unde mancipia emat, et nullus Veneticus audeat ultra Pollam mancipia transportare, neque in terra Grecorum, neque nullis locis ea donare, excepto si acciderit, ut de sua captivitate se redimere debeat, aut pro tali causa unde guadagnum accrescat in patria, aut pro causa Palatii. Similiter autem statuentes statuimus, ut nullus Veneticus ad quemlibet Grecum hominem, vel de nostra (?) Beneventi, aut de aliis locis pretium tollere presumant propter mancipia, inde illuc portanda. Aliter autem hoc malum etiam inusitate vitium in nostra excrevit patria, quia nostri homines accipiebant epistolas ab hominibus in regno Italico et de Bajovaria similiter, et de Saxonia et de aliis partibus, et eas ad Constantinopolim ad Imperatorem deferebant, unde magna vituperatio erat in nobis, et in nostra patria, et disonorem in notras cartulas, quas ad Imperatorem pro salvatione nostre patrie consueveramus transmittere et ad magnam utilitatem erant recepte, et pro nihilo eas habebant. Nunc autem omnes pariter hoc malum emendare decrevimus, et statuentes statuimus, ut nullus Veneticus epistola de Longobardia, neque de Bajovaria, neque de Saxonia, neque de nullis aliis locis jam ultra Constantinopolim portare presumat, non ad Imperatorem, nec ad ullum alium grecum hominem, nisi tantum illas que consuetudo est de nostro Palatio. Si quis autem hanc nostram constitutionem corrumpere voluerit, aut in talibus supradictis factis se implicare presumpserit, supra quem culpa declarata fuerit, componat in Palatio nostro auri obrici libras quinque et qui non habuerit que componat amittat vitam, aut membra, et omnia sua in publico redigantur. Et insuper nos Bonus patriarcha cum nostris confratribus, et episcopis ita statuimus quia homo ille qui hoc fecerit, aut consensum faciendo prebuerit, excepta Palatii causa, erit anathematizatus, et alienus a corpore et sanguine Domini, et ab ingressu ecclesie separatus, nec non et cum impiissimo Juda traditore Domini nostri Jesu Christi eternum incendium concrematur, et suam numquam sit meritus adimplere voluntatem. Ego Petrus dux manu mea scripsi. — Ego Bonus immeritus sancte Gradensis ecclesie patriarcha. — Ego Petrus indignus episcopus S. Olivolensis ecclesie. Ego Joannes Torcellensis ecclesie episcopus. Ego Ursus Bragadino. — Ego Stephanus Candiano. — Ego Joannes Gradonicus. — Signum manus Natalini Sgandarii. — Ego Joannes Maurenus. — Ego Aurius. — Ego Petrus Bragadinus. — Signum manus Chrisantis Mauroceni. — Ego Ursus. — Ego Stephanus Caloprino. — Ego Petrus Gradi episcopus. — Ego Laurentinus Calpinus. — Signum manus Stephani filii

boni Petri Candiani ducis. — Signum manus Jo. Scutarii. — Signum manus Leonis Petrilongi. — Ego Dominicus Petrolongus. — Ego Petrus Badovarius. — Ego Petrus Contarenus. — Ego Joannes Contarenus. — Ego Dominicus Bragadinus. — Ego Dominicus Calpinomo. — Ego Laurentius. — Ego Joannes Albani. — Ego Martinus Theodorus. — Ego Petrus Urseolus. — Ego Joannes Fabianus. — Ego Petrus Memo. — Ego Albinus. — Ego Vitalis Candianus. — Signum manus Dominici Fabiani. — Signum manus Martini Rampadelli, et Ioannis de Dulcio, Leonis Bonaldi, Dominici Menlisse, Leonis de Suragallo, et Lesgudarii, et Joanni Longo, Doridico Petri Gnassoni, Joannis Calbi, Fuschari Bonaldo, Dominici Terenduli, et Marini Cosparii, Vitalis Capelli, Petri Pigianici, Joannis Bastoni, Bono Bausdato, Georgio de Surogello, Joannacini Heliaclii, Joannis de Molino, Joannis de Dulio, Dominici Tarolessi, Leonis Gaudarij, Joannis Antolini, Petri Bastoni, qui hoc fieri rogaverunt. Ego Dominicus Casiolus. Ego Dominicus Gradonicus. Ego Dominicus Zapulo. Ego Marinus Barbaricus. Ego Stephanus Zapolo. Ego Dominicus presbiter, et cancellarius ex jussione domini Petri ducis senioris nostri complevi, et roboravi.

Aus dem Trevisaner-Codex in der Bibliot. Marciana zu Venedig; Romanin Storia documentata di Venezia I, 370 (Venedig 1853.)

8.

Freising.

973,[1]) *30. Juni, Tribur. Kaiser Otto II. schenkt dem Bistum Freising Güter in Krain am Bache, welcher in der Sprache der Slaven (Slovenen) Sabniza (Žabnica) genannt wird, von dessen Ursprung an längs des Gebirgskamnes gegen Westen bis Selzach, wie auch die Alpe Bosanga (Pečana), von dort über die Zarz bis zum Berge Lubinek, diesen eingeschlossen, und weiter bis zum grossen Zaierfluss, die beiden Ufern der Zaier bis zur Mündung der Safniz in die Zaier und die Safniz aufwärts bis zur Quelle, mit den zwischen der Zaier und Safniz gelegenen Ortschaften: Safniz, Lonca (Lack), Susane* [1]) *und Selzach, gelegen im Herzogtum des Herzogs Heinrichs von Baiern-Kärnten und in der Grafschaft des Grafen Popo, welche „Carniola", vulgo Creina — marcha genannt wird.*

C. In nomine sanctę et indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente

[1]) Wegen der Datirung vergl. die nächste Urkunde. — [2]) Sucha = Sauchen. Sušanč = die von Sucha wie Goričanč, von Goriče = v Goričah wovon Görtschah entstanden ist.

clementia imperator augustvs. Nouerit omnium industria fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum, qualiter per interuentum dilecte matris nostrę Adelheide et fidelis nostri uidelicet Heinrici ducis quasdam partes nostre proprietatis sitas in ducatu prefati ducis et in comitatu Poponis comitis quod Carniola uocatur et quod uulgo Creina marcha appellatur. Est enim in ipso comitatu riuulus paruus qui uocabulo Sclauorum Sabniza nuncupatur, ab exitu ilius ubi oritur, statim cacumina uel sumitates montium occidentalem partem uersus usque ad Zelsah, et hoc ipsum territorium cum omnibus ad hoc pertinentibus, nec non et alpem Bosangam, deinde trans Zouriza usque ad montem Lubnic ipsumque montem usque ad maiorem amnem qui Zoura uocatur, utramque ripam illius amnis deorsum usque ad ostium pretitulati riuuli Sabniza indeque sursum ad caput uel exitum ipsius riuuli quicquid inter ipsa confluentia habuisse uideamur, loca sic nominata Sabniza, Lonca, Susane, iterumque Celsah uel qualicumque uocabulo uocantur, hoc totum in proprium cuidam nostro fideli nobisque satis percaro episcopo Abraham uocitato donauimus cum omnibus rebus iure legitime(que) ad pretitulata loca aspicientibus, cum curtilibus et ędificiis, mancipiis utriusque sexus, si inibi nostri iuris inueniuntur, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumque decursibvs, molendinis, piscationibus, uenationibus, uineis et uinetis, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis, mobilibus et inmobilibus, hęc omnia ut prescripsimus uolumus ut prefatus episcopus firmiter teneat sine obstaculo uel contradictione ulla. Insuper vero ubicunque in illa regione in foresto nostro siue in qualicunque loco pascua porcorum inuenta erunt, suis porcis inibi nutritis saginationem habeat. Et ut nullus comes uel dux seu ulla persona in aliquo se intromittat absque licentia uel iussione prefati episcopi Abrahę aut illius hominis cui episcopus hoc ad regendum commiserit. Et ut hęc nostrę donationis auctoritas firmior stabiliorque permaneat, iussimus quoque hoc presens preceptum inde conscribi anulique nostri inpressione sigillari, per quod uolumus firmiterque iubemus quatenus prefatus episcopus liberum arbitrium habeat sibi tenendi, commutandi, tradendi uel quicquid sibi placuerit exinde faciendi, et ut uerius a posteris nostris in futurum credatur, manu nostra id ipsum subtus roborantes. Signum domni Ottonis (M.) inuictissimi imperatoris. Willigisvs cancellarius uice Rodberti archicancellarii recognoui. Data

II. kal. Jvlias anno dominice incarnationis DCCCC.LXXIIII, indictione II., anno domni Ottonis regni XIII., imperii VII. Actum Dribure.

Cod. 189, f. 19. kön. Reichsarchiv zu München; ebend. 238 f. 104' und 191 f. 83' und 106; Meichelbeck I./1, 180; Resch: Ann. Sabion. II. 533; Mon. boica XXXL./1, 220; Zahn, Codex Frisingensis I., 36—37, Nr. 37.

9.

Freising.

973, 23. November, Heiligenstadt[1] *K. Otto II. schenkt auf Fürbitte seiner Gemalin Theophanu und der seines Neffen des Herzogs von Baiern-Kärnten dem Bischof Abraham und seiner Kirche von Freising einen Teil der kaiserlichen Güter in dem Gebiete, welches im Volksmunde (vulgari vocabulo) Chreina heisst u. z. in der Mark und Grafschaft des Grafen Popo gelegen ist: von den Quellen des Sabnizabaches (Safniz, Žabnica) nach Westen über die Berge bis Bocsana (Pečana*[2]*) bis zu Quellen des Cotablabaches (Hotaveljšica), von da hinab zur Mündung in die Zoura (Zaier, Sora,) dann über diesen Fluss hinüber auf den Kamm der daranliegenden Höhen nach Osten bis zur Burg Bosisen, an den Stresoubrod*[3] *bis zur Krainerstrasse, diese aufwärts so dass alle östlich derselben gelegenen Gebiete „Primet" und „Szovrska Dubravua" (Sorška dobrava) hinzugehören, und das zwischen Primet und Vuizilinesteti*[4] *gelegene Gebiet geteilt werde — bis endlich zum Sabnizflusse zurück.*

C. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Nouerit igitur omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria, qaliter (!) nos dignis et admodum honestis petitionibus dilectissimae coniugis nostrae Theophanu nec non cari nepotis nostri Baioariorum ducis Heinrici suppliciter obsequendo rogati venerabili et totius religionis uiro Abrahae sanctae Frisingensis aecclesiae praesuli nostrae familiaritati digne adiuncto quandam nostrae proprietatis partem in re-

[1]) Datum nach Stumpf: Reichskanzler II. 2. 56, Nr. 613. — [2]) Vrgl. Dimitz Gesch. Krains I, 155, — [3]) Stražovbrod? nach Schönleben Ladja a. d. Zaier unweit Görtschach. — [4]) Vuizilinesteti, möglich die slavische Bezeichnung von Eisen = železo bez. v Železniki verbunden mit dem deutschen Steti Eisenstätte also vermutlich Eisnern. Die Vermutung ist um so gerechtfertigter, als die Urbarbücher Freisings in dieser Gegend noch über Eisnern hinausliegende Gebiete aufweisen.

gione vulgari vocabulo Chreine et in marcha et in comitatu Paponis comitis sitam, id est ubi riuvlus Sabniza originem producere incipit, deinde statim occidentem uersus cacumina montium siluasque interiacentes usque ad Bocsauam et sic ad fines earundem alpium, deinde ubi riuvlus Cotabla originem sumit, usque ad hunc locum ubi hostium in Zoura fluuium mittit, sicque trans Zouram usque ad summitatem ipsius montis Zourae adiacentis qui extenditur orientem uersus, et ita per eundem montem perque conualles usque ad castrum quod vulgo Bosisen uocatur et sic deorsum de ripa quantum extenditur unius iugeri longitudo usque ad uadum quem vulgo Stresoubrod uocant, ibique ultra eundem fluuium occidentem uersus usque in uiam quae uocatur uia Chreinariorum et sursum per eandem uiam quicquid campi in australi eiusdem uiae parte iacet, ita ut Primet territorium et siluvla quae Szovrska Dubravua (dicitur), sub eadem comprehensione teneatur et spatium quod iacet inter Primet et Vuizilinesteti, per medium diuidatur et sic usque in praefatum riuvlum Sabniza, nostra imperiali donauimus potentia in proprium et perpetuum vsum concesssimus firmiterque cum terris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, aedificiis, aquis aquarumue decursibus ipsoque iam dictu foresto, uenationibus, piscationibus, molendinis mobilibus et inmobilibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis et cum omnibus iure legaliterque ad haec pertinentibus. Praecipimus etiam et nouiter constituimus eisdem in locis bannum nostrum a riuulo Sabniza uersus occidentem usque ad finem Bosanga et inde usque ad iam dictum riuvlum Chotabla, indeque usque in Zovra fluuium et quicquid intra haec eadem prefata undique secus comprehensum uidetur loca, et regio imperatorioque more iubemus eo tenore, ut siquis quarumlibet personarum in quibuslibet iam dictis siluularum uel forestorum locis cuiuslibet generis feras canibus uel qualicumque modo compraehenderit, bannum huiusmodi culpa nostro debitum fisco (i)psi episcopo dubietate postposita, si hoc absque eius fecerit licentia, dominica aestimatione persoluat. Haec uero et caetera iam dicta tali consistant ratione, ut ipse iam dictus episcopus libero deinceps perfruatur arbitrio haec omnia tenendi, dandi, uendendi commutandi seu quicquid inde uoluerit faciendi. Et ut haec nostrae largitionis auctoritas firmior stabiliorque cunctis sanctae dei ecclesiae filiis perpetim credatur, hanc cartam inscribi iussimus, anuloque nostro signatam manu propria subtus eam

firmauimus. Praecipimus etiam ut nullus comes uel iudex siue decanus neque aliqua persona ius habeat se intromittendi absque licentia episcopi aut eius cuicumque ipse commendauit.

Signum domni Ottonis imperatoris (M.) augusti.

Uuiligisus cancellarius uice Ruodberti archicappellani subscripsi.

Data VIIII. kalendris Decembris anno incarnationis domini DCCCCLXXIIII., indictione II., anno regni domni Ottonis XIII., imperii VII., Actum Heiligenstat amen.

Orig., Pgt, mit mehrfachen kleinen Lücken an den Bugecken; aufgedr. Sigel bis auf geringen Rest abgefallen, im kön. Reichsarchiv zu München; ebend. Codd. 189, f. 22, 191 f. 85 und 238, f. 105; Meichelbeck I./1, 180; Monum. boica XXVIII./2, 210; Zahn Cod. dipl. Fris. I, 38—39, Nr. 38.

10.

Freising.

989, 1. Oktober, Frankfurt. Kaiser Otto III. bestätiget auf Fürbitte seiner Mutter Theophanu und seines Neffen, Herzogs Heinrich von Kärnten, dem Bistum Freising die Schenkung vom J. 973, 23. Nov.[1] *welche sein Vater Otto II. aus seinem kaiserlichen Besitze in der Region, welche im Volksmunde (uulgari uocabulo) Chreine heisst und in der Mark des Herzog Heinrichs und in der Grafschaft des Grafen Waltilo gelegen ist, geschenkt hatte.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. Nouerit igitur omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos dignis et admodum honestis peticionibus dilecte matris nostre Theophanu, necnon cari nepotis nostri Karentinorum ducis Heinrici suppliciter rogati uenerabili uiro Abrahe sancte Frisingensis ecclesie presuli nostre familiaritati digne adiuncto quandam nostrae proprietatis partem in regione uulgari uocabulo Chreine et in marcha ducis Heinrici et in comitatu Waltilonis comitis sitam, inde ubi riuulus Sabniza[2] originem producere incipit, deinde statim occidentem uersus cacumina montium siluasque interiacentes usque ad[3] Bosanam et sic ad fines earundem alpium, deinde ubi riuulus Cotabla originem sumit usque ad hunc

[1] cf. Urk. Nr. 9, die ihrem Wortlaute nach hier soweit es die Grenzen angeht ganz genau wiederholt wird. — [2] I Cod 238 Sabiniza; — [3] Ebend. fehlt ad;

locum ubi hostium in Zoura fluuium mittit, sicque trans Zouram usque ad summitatem ipsius montis Zoure adiacentis qui extenditur orientem uersus, et ita per eundem montem perque ualles usque ad castrum quod uulgo Bosisen uocat(ur) statimque de eodem castro usque in riuulum qui uocatur Gostehe et cacumina montium ad Zouram respicientia perindeque ubi prefatus riuulus australi parte decurrens hostium uadit in Zouram ac sic tractim dum Zoura hostium facit in Zauam ac quicquid inde locorum inter illas proprietates duas situm est, Abrahę uidelicet episcopi ac Vuernhardi [1]) comitis, excepta proprietate Pribizlauui, nostra regali traditione sibi donata hoc totum nobis pertinens Abrahe episcopo in proprietatem donare curauimus a iuncta ripa Zourae quantum extenditur unius iugeri longitudo, usque ad uadum quod uulgo Stresoubrod uocant, ibique ultra eundem fluuium occidentem uersus usque in uiam que uocatur uia Chreinariorum et sursum per eandem uiam quicquid campi in australi eiusdem uię parte iacet, ita ut Primet territorium et siluula quę Zourska Dobrauua (dicitur) sub eadem comprehensione teneatur, et spatium quod iacet inter Primet et Uvizilinesteti, per medium diuidatur et sic usque in prefatum riuulum Sabniza, nostra regali potentia in proprium usum concessimus firmiterque donauimus cum terris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, edificiis, aquis aquarumve decursibus ipsoque iam dicto foresto, uenationibus, piscationibus, molendinis, mobilibus et inmobilibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis et cum omnibus iure legaliterque ad hec pertinentibus. Precipimus etiam et nouiter constituimus eisdem locis bannum nostrum a riuulo Sabniza uersus occidentem usque ad finem Bosanga et inde usque ad iam dictum riuulum Chotabla indeque usque in Zoura fluuium et quicquid inter hęc eadem prefata undeque secus comprehensum uidetur loca et regio imperatorioque more iubemus eo tenore, ut siquis quarumlibet personarum in quibuslibet iam dictis siluularum uel forestorum locis cuiuslibet generis feras canibus uel qualicumque modo insequitur, bannum huiusmodi culpa nostro debitum fisco ipsi episcopo omni dubietate postposita, si hoc absque eius fecerit licentia, dominica estimatione persoluat. Hęc vero et cętera iam dicti tali consta(n)t [2]) ratione ut ipse iam dictus episcopus libero deinceps perfruatur arbitrio hec omnia tenendi, dandi, uenmunere exaltare dignaremur. Cujus dignis petitionibus aures nostre

[1]) Im Cod. steht Werhardi; — [2]) Die Codd. constat; consistant?

dendi, commutandi seu quicquid inde uoluerit faciendi. Et ut hec nostre largitionis auctoritas firmior stabiliorque cunctis sancte dei ecclesie[1]) filiis perpetim credatur, hanc cartam inscribi iussimus anuloque nostro signatam manu propria subtus eam firmauimus. Precipimus etiam ut nullus comes nec iudex siue decanus neque aliqua persona ius habeat se intromittendi absque licentia episcopi aut eius cuicumque ipse commendauerit. Signum domni Ottonis gloriosissimi regis (M.) Hildibaldus episcopus et cancellarius uice Vuilligisi archiepiscopi recognoui.

Data kal. Octobris anno dominice incarnationis DCCCCLXXXVIIII. indictione II., anno autem tercii Ottonis regni VI. Actum Franconofurt feliciter amen.

Cod. 189, f. 38', kön. Reichsarchiv zu München; ebend. auch Codd. 238, f. 104' und 191, f. 118; Meichelbeck I./1 185; Mon. boica XXXI/1. 247; Zahn Cod. dipl. Fris. I., 43—45, Nr. 43.

11.

Aquileia.

1001, 28. April, Ravenna. Kaiser Otto III. schenkt dem Patriarchen Johann und der Kirche von Aquileia die Hälfte des Schlosses von Salkano und die Hälfte einer villa (Gut), welche in slavischer Sprache Goriza genannt wird, mit den zwischen Isonzo, Wippach und Ortona[2]) gelegenen Oertern, die von dem Alpenjoche begrenzt sind. Bestätigt ihm den bisherigen Besitz und sichert ihm auch den Mattenzins.

In nomine sancte et individue trinitatis.

Otto dei gratia tertius Romanorum imperator augustus.

„Si ecclesias Dei restaurare rectoresque earundem nostro munere sublimare studuerimus, id ad statum nostri imperii nec non ad eterne vite sublimentum proficere non ambigimus. Quocirca notum sit omnibus sancte Dei ecclesie nostrisque fidelibus presentibus et futuris, Ottonem illustrem nostrum ducem nostrumque dilectum humiliter nostram exorasse clementiam, quatenus pro Dei amore nostreque anime remedio sanctam Aquilegiensem ecclesiam rectoremque illius, Johannem scilicet venerabilem patriarcham nostre largitionis

[1]) Ecclesie fehlt; — [2]) Nach der Annahme von de Rubeis und Czörnig: Duino.

munere exaltare dignaremur. Cujus dignis petitionibus aures nostre dominationis pro more solito accomodantes, sanctamque Dei ecclesiam quondam Ungarorum sevitia devastatam, nunc magnas necessitates perpeti considerantes, medietatem unius castelli, quod dicitur Sillignanum et medietatem unius ville, que sclavica lingua vocatur Goriza, nec non medietatem omnium domorum, vinearum, camporum, pratorum, pascuorum, herbaticorum, placitorum, collectarum, angariarum, molendinorum, aquarum, aquarum ductuum, piscationum, sylvarum, pabulariorum, venationum, nec non omnium rerum, quas in illis predictis locis, Sillignano atque Goriza vel in finibus locorum, que sunt inter Lisontium, Vipacum, et Ortona atque juga alpium, prout juste et legaliter presunt in nominatis finibus predicte Aquilegiensis ecclesie atque rectori ejus patriarche suisque successoribus per hujus imperialis precepti paginam damus atque ex nostro jure in ejus jus et dominium transfundimus atque perdonamus. Sed etiam concedimus ac cum omni publica functione largimur eidem ecclesie ejusque rectoribus, qui pro tempore fuerint, omnes villas, quas jam dictus patriarcha vel ejus antecessores habent edificatas in comitatu Forojulensi post Ungarorum nefandam devastationem, tam de terra de patriarchatu quam de terra de Concordiensi episcopatu et Sextensi abbatia, seu de terra bonorum hominum, qui sunt mortui sine heredibus sive in terra nostro dominio spectanti, quas villas nunc prefatus patriarcha ad sue sedis utilitatem in sua investitura tenet, cum omnibus pertinentiis suis, et circa unamquamque earum per duos milliarios ex omni parte adiacentes eo ordine, ut nullus dux, comes, nullaque nostri regni persona in eisdem villis placitare forum, collectas, angarias exigere, aliamve potestatem exercere presumat preter eum, cui Aquilegiensis ecclesia gubernanda regere videbitur. Preterea sepe dicte ecclesie largimur etiam omne illud herbaticum, quod publice rei exactores a famulis vel a liberis in terra predicte ecclesie habitantibus sive scusatis de montanis in herbam venientibus per Ficariam et Petramfictam, nec non per Clusas de Avenzone, vel ubicumque transeuntibus exigere solebant, nullam sibi modo juris partem reservantes; Sed volumus atque firmiter jubemus, ut predictus patriarcha Johannes suique successores omnia, que superius dicta sunt, perpetuis temporibus ad sue sedis utilitatem teneat, omniumque hominum contradictione [1]) remota possideat. Si quis autem hujus nostri

[1]) Coronini: condictione.

imperiali precepti donationem inquietare vel infringere temptaverit, sciat se compositurum auri puri libras mille, medietatem camere nostre et medietatem dicte sedi ejusque rectoribus. Quod ut verius credatur dil gentiusque ab omnibus observetur, manu propria corroboramus; sigillo nostro atque bulla subter jussimus sigillari atque insigniri.

Signum domni Ottonis serenissimi et invictissimi cesaris.

Henrimbertus cancellarius in vicem Petri Cumani episcopi archicancellarii recognovit. Datum autem quarto kal. Maii, anno dominice incarnationis millesimo primo, indictione (XIV.) anno tertii Ottonis regnantis XVII. imperii vero ejus V. Actum Ravenne feliciter. Amen.

Aus Rudolf Coronini's Operum Miscellaneorum tom. I. p. 12, (Venedig 1769), aus einem alten Handschriften-Codex der Privilegien der Kirche von Aquileia, daraus Cappelletti, Le chiese d' Italia VIII, 150 (Venedig 1853), allein nicht wortgetreu.

12.

Graf Werihen ron Friaul.

1001, 27. Oktober, Pavia. Siehe 1001, 3. November, Verona.

12a.

Graf Werihen von Friaul.

1001, 3. November, Verona. Notar Gausspertus beurkundet, dass Graf Werihen von Friaul in offener Gerichtssitzung vor dem Herzoge Otto von Kärnten von Seite des königlichen Richters und Vertreters Amelgaus die Erklärung erlangt habe, dass die eingeschaltete Urkunde K. Otto's III. ddo. 1001, 27. Oktober, Pavia, betreffend die Schenkung der halben Güter zu Salkano und Görz[1]) an den Grafen Werihen echt und rechtsgiltig sei.

Actum[2]) in dei nomine civitate Verona in do(mo ip?)so[3]) sancti Zenonis[4]) (qui est situm) [prope] flu[vium Atesis] pro d[at]a licentia

[1]) Vrgl. den Inhalt der Urkunde v. J. 1001, 28. April, Nr. 11, woraus zu ersehen ist, dass darunter auch das Wippacher Tal verstanden ist. Wegen der Personennamen und des Textes der Urkunde vrgl. man diese Urkunde mit der im Hormayrs Beitr. z. Gesch. Tir. im Mittelalter gedruckten v. J. 993 II, 95, Nr. 46. — [2]) In diese Urkunde hat auch de Rubeis Einsicht genommen, darum gebe ich auch seine Lesung wieder, de Rubeis liest: „Datum", Prof. Ottenthal, der die vorliegende Urkunde mit grosser Mühe copirt hat, fand: nur „Dum", das übrige Unleserliche wurde dem Sinne nach von Herausgeber eingetragen und in eckige Klammer gegeben. — [3]) de Rubeis: Dom. episcopi. — [4]) Idem: „Solarii" eingeschaltet.

domni Otberti episcopi [publico] iudicio [p]resideret domnus Hotto dux istius marchie [1]) ad singulorum hominum iustitias faciendas [simul-atque] [2]) deliberandas residentibus cum eo predictus domnus Hotbertus episcopus et [3]) [Ful](co comes) [Egelre comes] [4]) Lanfrancus comes, comites Vicentino atque Patavino Uualferam et Ceisulfo comitibus [fr]atr[ibu]s Ambrosius, Bonefasius (Udile) [Eberhardus] Beno Leo Luvedeo et Petrus judices sacri palacii, Arnaldus Adelardus, Ariulfus (et Eberhardus) [Germanus] Uuerin[to, Lam]berto, Gandulfo et Gecio et Lanzo, Lanfranco, Amicho, Lanzo, Adam, Tedaldeo et Albericus, Germanus et Uuido, Retaldus et Ted[ald]u[s], Olricus (!) Lanfredus, Richardus Uuarimbertus, Uuicardo, Avuardo (et U)[berto] ec. Ibique coram (?) venien[tes] presentia Uverihen comes comitatus Foroiulii et ostensit ibi preceptum unum ubi continebatur in eo ordine sicut hic subter legitur:

In nomine sancte et individue trinitatis. Hotto servus apostolorum [5]) omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum noverit universitas quod nos interventu Hottonis nostri am(abil)i duci [6]) [fideli [7]) nostro] [8]) (Vue)[ri]hen comiti dedimus medietatem predii quod Johanni venerabili patri[ar]che [dilecti nostro] [9]) contulimus Silikano et Gorza nuncupatum donamus quidem memorato Uverihen comiti medietatem prefricti [10]) predii et omnium atti[nen]tium [11]) eius agrorum, camporum, pascuorum, silvarum, venacionum (aquarum) aquarumque decursium, mol[endinorum], piscationum, viarum et inviarum, exituum vel redituum, tam quisitorum [12]) quam inquirendorum. Si quis igitur hoc preceptum violare vel quorumpere [12]) voluerit eam [12]) pena [12]) centum libras auri [puri] medietat[em] camere nostre et medietatem super dicto Uverihen [persolvere debuerit]. Quod ut verius credatur et firmius observetur hanc paginam manu p(ropria) coroborantes sigillari iusimus. [12])

---

[1]) Veronensis. — [2]) de Rubeis: et eingesch. — [3]) Ottenthal: „de?“ — [4]) Ottenthal: (b m ei) wurde nach den weiter unten folgenden Unterschriften ausgebessert. — [5]) Nur die letzten zwei Worte findet man nach einer sehr schlechten Copie aus dem Vol. der varia Fontanini LXXV, p. 543 in der Bibliothek zu St Daniele mit dem sinnlosen „servus apostolorum“ wiedergegeben, im Pergament zu Udine ist nur noch „apostolorum“ lesbar, es sollte heissen: Otto diuina fauente clementia Romanorum imperator semper augustus statt servus apostolorum — [6]) sic. — [7]) Abschr: su. — [8]) Abschr: ma. — [9]) Abschr: . . avi . . . — [10]) sic — [11]) Abschr: atte . . . lium. — [12]) sic

Sinum[1]) domni Hottoni[1]) s(er)[eniss]imi imperatoris [Romanorum][2]) agusti.[3])

Data sexto kal.[4]) novembris,[5]) ano[6]) dominice incarnati[onis M. I. in]d[icti]one quinta[6]) decima, anno tercii Hottonis regnantis XVII, imperii sui [VI.][7]) Actum Papie feliciter.

Preceptum [dictum] interogatus est ipse Uverihen comes pro quit[8]) preceptum ipsum ibi ostendere[8]) qui dixit vere[8]) iden[8]) preceptum (ip)[se] (q)[uod] hic vestris[8]) ostensi prensenci[8]) Ut ne[mo] si (le)[at] (apu)[d tribun](al et si) [quis contra]di cere vult, paratus sum cum eo exinde in ratione standum et legittime finiendum et quod plus est qui[d][9]) ut [di]kat iste Amelgauso iudex sacri palatii advoka[tus] domni H[ottonis e]t presens est si iam dictum preceptum quam[10]) hic vestris ostensimus presencia bonum et verum est aut si ipse domnus Hotto gl(ori)osissimo imperatore eum fieri rogavit[11]) et suo anulo sigill[avit][12]) (i)[n eum] legitur preceptum iusta ipsum preceptum mei proprii sunt et esse debet cum legem[13]) anon[13]) at[13]) hec respondens predictus Amelgaussus index sacri palacii et avokatus[13]) [domni imperatoris dixi]t profesus[13]) est vere preceptum ipsum quam[13]) tu hic ostensisti bonum et verum est et iam dictus domnus Hotto gloriosi(ssi)mo imperatore eum fieri rogavi[t] et suo anulo sigillavit . . . in eum legitur preceptum iusta ipsum preceptum tui qui super Uverihen comes proprii sunt et esse debet cum legem et [non alteri][14]) que super[15]) [dictus A]melgaussus iudex [et advocatu]s plubik[o][15]) . . . at[15]) abendum[15]) . . . ei pertinere debet cum legem pro eo quod exinde nullum scriptum nullam firmitatem nullamque pa-[tentiam[15]) par]s plubika[15]) e[xind]e non abere[15]) nec [ius? vim?] p[er] q[uod] preceptum legitur da pars pubika[15]) contradicere aut subtraere[15]) causa[16]) sed ut dixi tui proprii sunt et esse debet cum legem.

His hactis[17]) et manifestatio ut supra facta rectum ev? [que] auditoribus paruit esse iudikaverunt iusta eorum altercaptionem

[1]) sic. — [2]) So de Rubeis. — [3]) sic. — [4]) Von den Buchstaben K machte der ungebildete Notar bloss die Hälfte, d. i. ein J, a fehlt ganz, auf dem L ist ein Punkt, jedoch ist es durch den unteren Teil als ein altgotisches L erkennbar; vrgl. am darüber Stumpf, Reichskanzler II./1, Nr. 1270. — [5]) Ober einem kleinen n ist ein a, was wohl nur eine Abkürzung für novembris sein kann. — [6]) sic. — [7]) Fehlt — [8]) sic. — [9]) Schlusspunkt. — [10]) sic. — [11]) Abschr: rogari. — [12]) Abschr: sigill[i]. — [13]) sic. — [14]) Abschr: ntri. — [15]) sic. — [16]) Abschr: posa? cosa causa? — [17]) sic.

et eidem [1]) Uverihen comes profesione [1]) dictus Amelgaussus iudex sacri palacii et atvocatus [1]) da pars plubice [1]) manifestatione ut ipse Uverihen comes iam dictis casis et rebus que in ipsum legitur preceptum iusta ipsum preceptum at [1]) [que tot]am proprietatem abere [1]) et detinere debet et ipse Amelgaussus iudex da pars plubika [1]) maneat omni tempore tacitus et contentus et finita est causa et hanc noticiam pro securitatem [1]) ejusdem Uuerihen comes fieri amonuerunt. Quidem et ego Gausspertus notarius ex iusione [1]) [Ottonis] domni [nostri] duc[is] et iudicum amonicione scripsi anno vero tercii domni Hottoni [1]) imperatori deo propitio hic in Italia sexto, tercio die mense novembris, indictione quinta [1]) decima.

+ Signum manus (Fulconis?) feramus comitis [2]) qui ut supra interfuit.

+ [3]) OTTO DVX subscripsi + Otbertus gratia dei episcopus interfuit † [4]) Amelgausus iudex sacri palacii in[ter]fuit.

+ Egelri comes interfuit, signum manus subscriptionis Bonefacio qui ut supra interfuit.

+ Lanfrancus comes subscripsi signum manus subscriptionis Ceisulfo comes qui ut supra interfuri.) [5])

Signum subscriptionum manibus [5]) subscriptorum Arnardus [5]) Adelardus Ariulfus Eberhardus Germanus Uverinto Lamberto Gandulfo et Gecio et Lancio Lanfranco Amicho Lanzio Adam qui ut supra ibi interfuerunt.

Signum subscriptionum manibus subscriptorum Tedaldus et Albericus, Germanus et Uvido, Rodaldus, Tedaldus, Johannes, Olricus Lanfridus, Richardus, Uvarimbertus, Uvikardo, Aunardo, Uberto, Vasi, [5]) Lanfranci comitis qui ut supra interfuerunt.

Copirt Prof. Dr. E. Ottenthal (1879) aus der sehr stark beschädigten und von einem ungebildeten Notar beschriebenen Membrane im Kapitelarchiv zu Udine Vol. I. der aufgeklebten Pergamente.

---

[1]) sic. — [2]) Abschr: comes — [3]) Für den Chrismon ist ein längliches P, das über die Mitte der untern Hälfte zwei Querstriche, beinahe einen sechsstrahligen Stern bildend, hat. — [4]) Statt diesem ein eigentümlich gemachtes Monogramm als Chrismon. — [5]) sic.

13.

Freising.

1002, 24. Nov., Regensburg. König Heinrich II. schenkt dem Bischofe Gotschalk von Freising auf Lebenszeit und darnach dem Domkapitel daselbst das Gut Stražišče und was er zwischen den drei Flüssen Libniza, Save und Zaier „in regione Carniola et in comitatu Vualtilonis comitis" hatte.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Nouerint omnes fideles nostri presentes scilicet et futuri, qualiter nos ob interuentum dilecte nostrę coniugis Chunigundę reginę fidelisque nostri Gotescalchi Frisingensis ęcclesię antistitis quoddam predium Strasista uocatum et quicquid intra tres fluuios Libniza, Sabum, Zoura in regione Carniola et in comitatu Vualtilonis comitis nostri iuris situm est, super gremium sancte Marię semper uirginis sanctique Corbiniani ibidem Frisinge corporaliter quiescentis in proprium donauimus cum omnibus ad idem predium pertinentibus ędificiis, mancipiis, agris, pratis, siluis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, exitibus et reditibus, zidaluvedon,[1]) foresto, decimis, uineis, uinetis, uenationibus, uiis et inuiis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis et cum omnibus appenditiis eo tenore, ut predicta nostra regalis traditio eidem presuli Gotescalco et post illius uitę terminum Frisingensi ęcclesię canonicis pro remedio animę nostrę parentumque nostrorum absque omnium contradictione mortalium in perpetuum deseruiat. Jussimus quoque inde hoc preceptum scribi et ut hoc firmius stabiliusque permaneat in futurum, manu propria subtus firmauimus anulique nostri inpressione assignauimus. Signum domni Heinrici inuictissimi regis. Engilbertus cancellarius in uice Willigisi archicancellarii notaui. Data VIII. kal. Decembris anno dominice incarnationis M. II., indictione i., anno vero domni Heinrici inuictissimi regis. Actvm Radaspone.

Cod. 189, f. 37, kön. Reichsarchiv zu München ebend. auch Cod. 238, f. 106; Meichelbeck I./1, 198, Monum. boica XXXI./2, 274; Zahn Cod. dipl. Fris. I., 54—55, Nr. 53.

[1]) Cod. 238 „zidalwaiden".

14.

Brixen.

1004, 10. April, Trient. K. Heinrich II. schenkt dem Bischof Albuin von Brixen die Herrschaft Veldes mit allen zugehörigen Kirchen, Schlössern etc. „in pago Creina nominato in comitatu Uuatilonis supradicto nomine id est Creina uocitato.“

C. In nomine sancte et individuae trinitatis. Heinricus divina fauente clementia rex. Si ecclesias dei aliquibus diuinitus nobis concessis rebus sublimamus et exaltamus, non solum humanam laudem, verum etiam diuinam remunerationem nos inde recepturos speramus. Quapropter nouerint omnes nostri fideles presentes scilicet et futuri, qualiter nos pro remedio animae dilecti senioris nostri Ottonis videlicet imperatoris augusti, nec non pro nostrae et dilectae conjugis nostrae Cunigundae reginae per interuentum uenerabilis Sabiniensis episcopi Albuuini, quoddam nostri iuris predium quod dicitur Ueldes, situm in pago Creina nominato, in comitatu Uuatilonis supra dicto nomine id [es[1]]t Creina uocitato, eidem uenerabili episcopo Albuuino [s[1]]uaeque aecclesiae in honorem[2]) sancti Ingenuini confessoris et Cassiani martyris constructe, tam sibi quam suis successoribus in proprium ius tradidimus cum omnibus suis pertinentiis, id est ecclesiis, castellis, aedificiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, siluis, uenationibus, pratis, pascuis, siue compascuis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis, seu omnibus que dici uel nominari possunt, iuste uel legaliter ad supra dictum predium pertinentibus, comitibus siue aliquibus iudiciariis personis, de publico destricto preter licentiam episcopi nihil se intromittentibus eo uidelicet tenore, ut cuncta decimatione ad opus fratrum sancto Ingenuino seruientium reseruata supradicto episcopo usque ad finem uitae suae secundum suam dispositionem alia cuncta deseruiant, post finem uero uitae suae, tercia pars supra dicti prediii ad usus fratrum proprie pertineat, relique uero due partes episcoporum istius uenerabilis uiri Albuuini successorum potestati subjaceant. Et ut haec nostre traditionis pagina nunc et in futuro firma et inconuulsa permaneat, [h[1]]anc cartam inde

[1]) An der Bugstelle durchlöchert. — [2]) Orig: in honore.

conscriptam sigilli nostri inpressione insigniri iussimus, et propria manu ut inferius uidetur confirmauimus.

Signum domni Heinrici (M.) regis inuictissimi.

Egilbertus cance larius uice Uuilligisi archicapellani recognoui.

Data IIII. idus Aprilis, anno dominicae incarnationis MIIII., indictione I, anno uero domni Heinrici secundi regnantis II., Actum Tridentum.

Orig., Pgt., Eigentum der krain. Industriegesellschaft, aufbewahrt im krain. Landesmuseum. Aufgedrücktes Sigel von weissem Wachs $^1/_3$ abgebr. zeigt den König auf dem Thron, links den Reichsapfel, rechts das Scepter haltend mit der Umschrift: .. (Gra) TIA REX + HEINRICHVS; Mon. boica XXVIII./1,319, Lünig, Reichsarhiv 7e 138; Sinnacher Beitr. zur Gesch. v. Säben (Brixen) II. 175.

15.

Brixen.

1011, 22. Mai, Regensburg. König Heinrich schenkt dem Bischof Adalbert von Brixen das Schloss Veldes und 30 königliche Huben im Gau Creina und in der Grafschaft Ulrichs zwischen der Wocheiner und Wurzner Save gelegen.

C. In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina[1] ordinante providentia rex. Si sanctorum dei loca alicuius doni incremento sublimare vel meliorare studuerimus nobis nostrique regni statui id proficere minime dubitamus. Quapropter omnium Christi fidelium praesentium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter nos divini amoris instinctu pro remedio animę nostrae seu parentum nostrorum interventuet petitione dilectae coniugis nostrae Gvnigvndae[2] reginae, nec non et Adalberonis sanctae Sabiniensis ecclesiae episcopi[3] rogatu sibi suaeque ecclesiae in honorem[4] sanctorum Cassiani Martiris, et sancti Ingenuvvini confessoris dedicatae, castellum Veldes vocatum, regalesque mansos xxx^{ta} in pago Creina, in comitatu Ŏdalrici sitos: videlicet inter duos fluvios maioris et minoris Sovva per hanc nostram paginam potenti manu concedimus. Quod si vero de eis inibi defuerit, in eodem comitatu, ubicunque habere noscimur, ad eorum subpletionem quantum sufficiat, simili modo largimur, cum

[1]) Orig. hat diuna. — [2]) sic. — [3]) epi ist von derselben Hand über der Zeile nachgetragen. — [4]) Orig: in honore.

omnibus pertinentiis ecclesiis, decimationibus, areis, aedificiis, campis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, molendinis, cum familia utriusque sexus, cultis aut incultis, exitibus et reditibus, quaesitis sive inquirendis, seu cum omnibus, quae quolibet modo dici aut scribi possunt, utilitatibus, et de nostro iure ac dominio in eius ius et dominium omnino transfundimus eo videlicet rationis tenore, ut praefatus episcopus suique successores de praenominatis praediis et eorum utilitatibus dehinc liberam habeant potestatem, quicquid eis placuerit, faciendi, ad eorum tamen utilitatem ecclesiae, omnium hominum inquietudine remota. Et ut hec nostrae traditionis auctoritas firmior omni habeatur tempore, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria firmare curavimus, et sigillo nostro insigniri jussimus.

Signum domni Heinrici (M.) regis invictissimi.

Cuntherius cancellarius vice Erchambaldi archicappellani notavit.

Data XI. Kal. Junii, indictione VIIII., anno dominicae incarnationis millesimo XI. anno vero domni secundi Heinrici regnantis VIIII.

Actum Regenesburg feliciter. Amen.

Orig., Pgt., im k. k. H.-, H.- u. Staatsarchiv in Wien; Sinnacher Beitr. z. Gesch. v. Säb. = (Brixen) II., 362, Nr. 72.

16.

Aquileia.

1012, 30. April, Bamberg. König Heinrich II. bestätigt nach dem Vorgange seines Vorfahrers Otto III. dem Patriarchen Johann (IV.) von Aquileia die im Innern der Grafschaft Istrien gelegenen Städte Pedena und Pisino sammt dem Hafen Fianona (an der Ostküste) und allem Zugehör.

Henricus divina favente clementia rex. Si ecclesias dei nostre largitatis munere sublimare studuerimus, vel ad statum nostri regni proficere non dubitamus. Quocirca noverit omnium nostrorum presentium scilicet ac futurorum industria fidelium, qualiter nos divino conpuncti amore sancte Aquileiensi ecclesie et Johanni patriarche rectori eius coroboramus confirmamus et largimur duas civitates in comitatu Hystriensi sitas, quarum una dicitur Penna in qua iam dudum epis-

copus ad honorem dei et sanctorum eius constitutus [1]) esse videtur, altera vero Pisino cum placito et decimis atque suffragio et districto vel omni publica functione liberorum hominum in eis habitantium, prout Otto dive memorie imperator eidem ecclesie et Johanni patriarche per tria miliaria eisdem civitatibus ex omni parte adiacentia per imperialem paginam largitus est. Hanc [2]) denique eius largitionem [3]) confirmantes iam dicte sancte [4]) dei ecclesie et Johanni patriarche addimus atque hac nostra [5]) pagina regali concedentes largimur omnes terras silvas et pascua tam vineta et oliveta quam etiam campestria, arva, prata, pabulatica, escatica, venationes, piscationes et omnes necessarias functiones quas liberi homines in predictis civitatibus habitantes antea tempore Poponis [et] Sizonis comitum tenuerunt vel adhuc necessarii ad ea tenenda videntur. Concedimus etiam sepe dicte ecclesie prata et pascua atque capula iuxta fluvium quod . . . .[6]) utriusque [7]) partibus rippe adiacentia et portum de Flaona, ut predicti homines in eo naves habentes navigandi [8]) atque per nostras provintias in quamcumque partem voluerint transfretandi liberam habeant potestatem omni nostra nostrorumque fidelium ducis et comitum omniumque hominum contradictione remota. Largimur quoque exarate [9]) ecclesie ut predicti homines in iam dictis civitatibus conmorantes largam et plenam omni tempore habeant potestatem [et] licentiam eorum peccora et armenta atque iumenta ad mare menandi et quandocumque necesse fuerit adaquandi. Precipientes firmiter iubemus ut nullus dux marchio comes vicecomes seu magna parvave regni persona eundem Johannem patriarcham vel homines eius in predictis locis habitantes de omnibus supradictis rebus et terris disvestire vel molestare presumat. Si quis hanc nostram donationem infringere temptaverit, sciat se compositurum centum libras auri, medietatem camere nostre et medietatem Aquileiensis ecclesie patriarche. Quod ut verius credatur et diligentius observetur ab omnibus, manu propria confirmantes sigilli nostri impressione subter iussimus insigniri.

Signum domni Henrici regis invictissimi.

Everardus [10]) episcopus [11]) et cancellarius recognovi.

Datum pridie kalendas madii anno dominice incarnationis MXII,

---

[1]) Orig: constrictus. — [2]) hos. — [3]) largitione. — [4]) dicti sancti. — [5]) nostri. — [6]) Lücke. — [7]) uerisque. — [8]) navigantes. — [9]) corrigirt aus exorate. — [10]) Guerardus. [11]) episcopos.

indictione X, domni vero Henrici X. Actum Pauenberc[1]) feliciter amen.

Aus den „Priv. antichi d' Aquileia" auf dem Archivio di stato in Venedig Consultori in iure nr. 366 b. nr. 22 f. 5. Dr. Joppi in Mitt. d. Inst. f. öst. Geschichtsforschung I., 292—294; vrgl. Stumpf, Reichskanzler III./5, 718, Nr. 515 mit abweichender Leseart einiger Ausdrücke.

17.

Gurk.

1016, 16. April, Bamberg. Kaiser Heinrich II. schenkt dem Grafen Wilhelm (von Zeltschach) 30 königl. Huben zu Drachenburg und das sonstige Kammergut zwischen der Save, Sann, Sotla und Neirin „in pago Seuna" in Krain und Untersteier.

C. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Sicut multis prę-esse uolumus ita multis prodesse debemus, ut qui ex debito fidelium seruitutis gaudemus, ex fructu remunerationis eosdem gaudere nos debitores esse sciamus. Qua propter sciant omnes fideles nostri, prȩsentes pariter et futuri qualiter nos pro peticione dillectissimae coniugis nostrę Cunigundę imperatricis ac interuentu Heriberti archiepiscopi Coloniensis ac Eberhardi episcopi Babenbergensis Willihelmo comiti predium quoddam dedimus, memores etiam domnę Hemnę suae matris, nostrae uidelicet neptis, quia nobis una cum filio satis deuote sepe seruiuit, posthac quoque remuneratione eidem W. in uilla quae dicitur Traskendorf, xxx regales mansos et insuper quicquid habemus inter fluenta Souuuę et Soumę. Zotlę et Nirinę in pago Seuna in comitatu suo in proprium tradidimus cum omnibus apertinentiis, campis pratis, pascuis, siluis, cum montibus et collibus, uenationibus, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, molendinis, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quȩsitis et inquirendis, theloneis, cum areis, terris, edifitiis, cultis et incultis, uel cum omni utilitate que ullo modo inde prouenire poterit, ea ratione ut liberam inde habeat potestatem faciendi quid uelit, dandi, uendendi, conmutandi uel sibi tenendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas per successiones temporum stabilis et inconuulsa omni permaneat euo, hanc imperialis precepti paginam inde conscribi ac manu propria corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

[1]) Pauebrec mit Abkürzungsstrich über e.

Signum domni Heinrici Romanorum inuictissimi imperatoris (M.) augusti.

Guntherius cancellarius uice Ercambo(l)di archicappellani recognoui.

Data XVI. kal. Mai, indictione XIII., anno dominicae incarnationis M.XV., anno uero domni Heinrici secundi regnantis XIII., imperii autem II. Actum Babenberc feliciter amen.

Orig., Pergmt., leicht verletzt, wohlerhaltenes aufgedrücktes Sigel, im Archiv des Domcapitels zu Gurk; Eichhorns Beitr. I., 170. — Vergl. wegen des Datums Stumpf, die Reichskanzler. Nr. 1667. — Zahn, Urk. f. Steierm. I, 44—45, Nr. 37.

18.

Gurk, Stift.

1025, 11. Mai, Bamberg. König Konrad II. schenkt dem Grafen Wilhelm (von Zeltschach) 30 königliche Huben im Gebiete der Flüsse Ködnig, Kopreiniz und Wogleina in Untersteier, dann zwischen der Gurk und Save in Krain.

C. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium Christi nostrique fidelium uniuersitas qualiter nos per interuentum ac petitionem dilectę coniugis nostrę, Gislę scilicet regine, nec non Aribonis Mogontiacensis archiepiscopi Willihelmo comiti xxx regales mansos in comitatu ipsius qui dicitur Souna, et inter fluenta Copriunizę, Chodinię et Oguanię et inter fluenta Gurkę et Souuuę sitos quos ipse in eiusdem marchię locis ad plenitudinem elegerit ubicunque sibi placuerit, cum areis, edificiis, terris cultis et incultis, pratis, campis, pascuis, siluis uenationibus, uiis, et inuiis, exitibus et reditibus, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, molendinis et cum molendinis locis, theloneis, quesitis et inquirendis uel cum omni utilitate que ullo modo inde prouenire poterit, et insuper quicquid inter ipsa predicta fluenta habemus montium, uallium et siluarum, perpetualiter habendum in proprium tradidimus, ea videlicet ratione ut liberam dehinc habeat potestatem de supra nominato predio quicquid sibi placuerit faciendi. Et ut hęc no(strę) auctoritas donationis stabilis et inconuulsa omni permaneat euo, (hanc) paginam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi (M.) regis inuictissimi.

Ödalricus cancellarius uice Aribonis archicapellani recognoui.

Data V. idus Maias, indictione VIII., anno dominice incarnationis M.XXV., anno autem domni Kuonradi secundi regnantis I. Actum est ad Babenberch.

Orig., Pergmt., an zwei kleinen Stellen durchlöchert und hier dem Sinne nach ausgefüllt, aufgedr. wolerhalt. Sigel, Archiv des Domkapitels zu Gurk. — Hormayr: Archiv f. Süddeutschland, II., 226; Zahn, Urkb. f. Steierm. I. 52, Nr. 43.

19.

Aquileja.

1027, ... September, Rom. Papst Johann XX. (XIX.) verleiht das Patriarchat von Aquileja dem Patriarchen Popo, und bestätigt demselben die auf den heiligen Petrus zurückreichenden Vorrechte [1]) der Kirche als Metropole aller Kirchen Italiens. In Glaubenssachen soll das Patriarchat unmittelbar nach der römischen Kirche stehen. Zugleich wird demselben das Pallium verliehen, dessen sich der Patriarch beim Messopfer an bestimmten Tagen des Jahres bedienen könne. Bestätigt wird auch das Patriarchat in seinem ganzen bisherigen Besitze, in seinen Pfarren, Capellen, Schlössern, Meierhöfen, sowie in dem Besitze der Insel Grado auf Grund eines eigenen Reichs-Synodalbeschlusses gegen den ungesetzlichen Patriarchen von Grado, mit Berufung auf Schenkung St. Petri an Marcus und Hermagoras.

Ughelli, Italia sacra V. 48—50 ed. Romae.

20.

Aquileia.

1028, 11. September. Imbshausen. K. Konrad II. erteilt dem Patriarchen Popo von Aquileia das Recht Münzen zu prägen. Die Aquileier Münzen sollen den Veroneser Denaren gleichkommen, wenn sie der Patriarch nicht aus freiem Willen bessern wollte. Zugleich erhalten sie den Wert (Coursrecht) einer Handelsmünze.

Cappelletti, Le chiese d'Italia. 8. 164; de Rubeis, Mon. eccl. Aqu. 505 Nr. V, vrgl. Stumpf Reichskanzler II./2, 161, Nr. 1982.

---

[1]) Der heil. Petrus starb nach diario romano im Jahre 67.

21.

Gurk.

1028, 30. December, Augsburg. Kaiser Konrad II. bestätigt dem Grafen Wilhelm (von Zeltschach) die Schenkung seines Vorfahren Heinrichs II (von 1016) über Trachendorf (in Unterst.), dann über die Besitzungen zwischen der Save, Sann, Sotla und Nirina, über die Markt- und Zollgerechtigkeit in Friesach und dessen übrigen Gütern, wie auch seine eigene Schenkung v. 1025 u. z. des Bezirkes zwischen den Flüssen Kopreiniz, Ködnig, Wogleina und zwischen Gurk und Save.

C. In nomine sanctae indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Sicut multis prodesse uolumus, ita multis prodesse debemvs, vt qui ex debito fidelium seruitutis gaudemus, ex fructv nostrae remunerationis eosdem gaudere faciamus. Quapropter sciant omnes nostri fideles, presentes pariter et futuri qualiter nos pro petitione dilectae coniugis nostrae Gisilae imperatricis augustae et Heinrici regis nostrae amantissimae prolis, nec non Popponis venerabilis patriarchae fideli nostro Willihelmo comiti illos xxx regales mansos et in uilla Traskendorf et insuper quicquid Heinricus antecessor noster diuae memoriae imperator habuit inter fluenta Souuuae et Sounae, Zontlae et Nirinae in pago et comitatu Sounae et sibi in proprium donauit, nec non illos xxx regales mansos quos nos prefato W. in eodem comitatv proprietauimus inter fluenta Copriunizae, Chodiniae et Oguaniae et inter fluenta Gurkae et Souuuae sitos quos ipse in eiusdem marchiae locis ad plenitudinem elegerat ubicunque sibi placuerat, cum omnibus pertinentiis, cum areis, aedificiis, agris, terris cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, siluis, venationibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, molis, molendinis, theloneis, quęsitis et inquirendis seu omni utilitate quae ullo modo inde prouenire poterit, et insuper quicquid inter ipsa praedicta fluenta montium, uallium et siluarum habuimus, et super haec omnia mercatum sibi ab antecessore nostro H. imperatore concessum cum theloneo ad hoc iure pertinente in loco Friesacha uel in cęteris suis praediis in eodem comitatv iacentibus ubicunque sibi tunc temporis placuerat aut amodo placebit, concessimus atque hoc ipsum et cętera omnia prescripta per hoc nostrum imperiale preceptum confirmauimus atque corroborauimus, ea uidelice

ratione vt praefatus Willihelmus de prenominatis donis liberam dehinc habeat potestatem tenendi, tradendi, vendendi, commutandi posterisque relinquendi uel quicquid sibi placuerit faciendi. Et ut haec nostrae donationis et confirmationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo, hanc kartam inde conscriptam subtvsque manu propria roboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi inuictissimi Romanorum imperatoris (M.) augusti.

Ödalricus cancellarius uice Aribonis archicapellani recognouit

Data III. kal. Januarii. indictione XII., anno dominicę incarnationis millesimo XXVIIII., anno autem domni Cŏnradi secundi regnantis V., imperii uero II. Actum Augustae.

Orig., Pergmt., sehr gut erhalten, aufgedr. Sigel, Archiv des Domkapitels zu Gurk. — (Hormayr): Archiv. f. Gesch. von Süddeutschland, II., 229; Zahn, Urkb. f. Steierm. I., 54, Nr. 45.

22.

Freising.

1029, 3. März, Freising. Kaiser Konrad II. bestätigt der Kirche von Freising alle ihre Besitzungen mit allem, was auch immer dazu gehört,[1]) in was immer für einer Provinz, einem Gau, einer Mark oder Grafschaft seines Reiches gelegen.

Orig. in München; Urkunde gedr. in Mon. boica XXIX./1, 24—26, Nr. 331; vrgl: Stumpf Reichskanzler II./2, 161, Nr. 1987.

23.

Freising.

c. 1030, ..., ... Bischof Egilbert von Freising tauscht mit dem Propst seines Capitels Werinher dessen Güter in Krain gegen andere zu Viecht, Oberndorf, Zorneding u. s. w. in Baiern ein.

Justum et ratiŏnabile uidetur, ut quicquid sæcularibus agitur negotiis, testimonio ueratium testium et serie litterarum ita ligetur atque firmetur, ne postmodum ullo modo dissolui uel infrigi quaeat (!)

[1]) Orig: „cum omnis generis pertinentiis".

Proinde nouerit industria omnium, qualiter placuit atque conuenit inter uenerabilem Egilbertum episcopum et canonicos sanctę Frigisingensis ęcclesie una cum domno Werinhario preposito ac magistro fratrum eorundem quoddam concambium facere, sicut et fecerunt. Tradidit namque idem uenerandus antistes cum manu aduocati sui Ŏdalscalchi in manus eiusdem domni W. et aduocati sui Altmanni comitis de rebus ęcclesiae suę loca infra nominata id est Fiohta cum ęcclesia decimata, excepta tantum decima quę pertinet ad pauperes, Oparandorf quoque et Zorogeltinga cum ęcclesiis in utrisque locis constructis et quicquid in beneficiari habuit domnus supradictus tam in mancipiis quam in rebus cęteris, insuper post obitum uitę suę ad O(pa)ranpahha, quod prefatus senior precaria possessione tunc possidebat, item ad Nidaranpahha post obitum Ariponis, cui precario nihilominus iure illud erat concessum, cum ęcclesiis in utrisque locis constitutis, excepta item decima quę ad pauperes pertinet, et molendinas ii, unam ad Frigisingam, alteram ad Weidland, totum atque integrum ad usum canonicorum in sede supradicta Christo famulantium tradidit atque firmauit, conplexis quoque ad item concambium locis his, id est Weingi et Erlipah omnibusque quę ad hoc tempus in beneficium erant concessa ab episcopis, cum mancipiis utriusque sexus tam in predictis locis manentibus quam etiam his quę de parte episcopatus usque in locis potestati fratrum concessis habitare uidebantur. Econtra prelibatus domnus W. cum manu aduocati sui A. in manus uenerandi E. episcopi et aduocati sui O. de rebus fratrum in comitatu Carniola quicquid eisdem fratribus dono et largitate bonę memorię Heinrici imperatoris traditum erat, in recompensationem traditionis supradicte potestatiua manu retradidit, consentientibus et ambarum partium traditiones collaudantibus tam uniuerso clero quam populo et cunctis pariter fidelibus suis tam nobilibus quam ex familia, et totus huius commutationis tenor hoc fine ac ratione conclusus et perfectus est, ut tota ratio predictę commutationis euo perpetuo ob commune conpendium utriusque partis stabilis et inconuulsa permaneat. Testes Perahtold, item Perahtold, Ŏdalrich, Hartuuich, Jagob, (!) Dierich (!) Weriant, Wazaman, de familia Heilrich, Reginhalm, Chuonrad, Geruuic, Epararo, Waldman, Razo, Rihker, Erchanfrid.

Codex 188, f. 234', kön. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck I./1, 232; Zahn, Cod. dipl. Frisingensis I., 68—69, Nr. 67.

24.

Freising.

c. 1030 . . ., ... Bischof Egilbert von Freising tauscht mit seinem Diener Dietmar 140 Joch Grundes zu Tegernbach gegen gleich viel zu Niusazinhun (Neusäss bei Lack) in Oberkrain.

Nouerint omnes Christi fideles, qualiter Fgilberto Frisingensis ęcclesię episcopo et Diemaro (!) eiusdem ęcclesię seruo placuit quoddam concambium facere quod et fecerunt. Tradidit namque idem Dietmar predium quod habuit in loco Tegiranpah, cxl iugera ad altare sanctę Marię sanctique Corbiniani perpetualiter existendum. Econtra predictus episcopus eidem seruo ad Crheina (!) in loco qui dicitur Niusazinhun, ęqualem mensuram cum manu sui aduocati Odalscalchi dedit perpetuo sibi tenendum. Huius rei testes sunt comes Altmanus, Liutheri, Pezili, itervm Liutheri, Wolfolt, Geruich, Asmar, Meginhart, Mazili, Huc, Aripo, Warmunt, Walto, Waldmant, Frouimunt.

Cod. 188, f. 273', k. Reichsarchiv zu München; Arch. f. K. öst. Gesch. Quellen XXVII., 261, Nr. 6; Zahn, Cod. dipl. Fris. I, 70, Nr. 69, in Fontes r. A. 31. Bd.

25.

Freising.

1039, 4. November, Regensburg. König Heinrich III. bestätigt der Kirche von Freising alle ihre Besitzungen mit allem, was auch immer dazu gehört,[1]) in was immer für einer Provinz, einem Gau, einer Mark oder Grafschaft seines Reiches gelegen.

Urkunde gedr. in Mon. boica XXIX./1, 53—55, Nr. 346.

26.

Aquileia.

1040, 3. Jänner, Regensburg. Kaiser Heinrich III. bestätigt dem Patriarchen Poppo von Aquileia den Besitz aller Bistümer, Abteien, Pfarren, Mönchs- und Nonnenklöster, wie auch Synodochien,[2]) Schlösser, Zollstätten, Landungszölle, Meierhöfe Wälder und alle Besitzungen des

[1]) Orig: „cum omnis generis pertinentiis". — [2]) Nach du Cange: Armenhäuser, Armenhospitäler oder Armenanstalten.

Patriarchats, welche es durch Schenkungen der Könige oder Kaiser und apostolische Privilegien bisher besitzt — zugleich mit der vollkommenen Immunität.

Cappelleti Le chiese d' Italia VIII, 171; de Rubeis M. eccl. Aqu. 511, Nr. VII.

27.

Aquileia.

1040, 11.[1]) *Jänner, Augsburg. K. Heinrich III. schenkt dem Patriarchen Poppo und seiner Kirche von Aquileia 50 königliche Huben (sitis in Circhiniz et certis villis circumjacentibus*[2]) *in der Mark Creina und in der Grafschaft des Markgrafen Eberhard gelegen.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Divina mentis dispositio, que post excessum dive memorie regum et imperatorum sollicitudinis scilicet regalis potentie non ignara misericorditer respexit, monet et instigat Ecclesiis Dei in regno nostro circumquaque constitutis tanto vigilantius prudentie nostre curam impendere, quanto constat in nostri ordinis promotione, celestis gratie beneficia indulgentius nos percepisse. Ex hoc enim lucri potissimum premium apud conditorem omnium Deum procul dubio promereri confidimus, si venerabilia loca opportuno tempore ad meliorem fuerint statum Deo juvante nostraque potentia cooperante perducta. Quapropter noverint omnes Christi nostrique fideles tam futuri quam praesentes, qualiter nos pro piissimi genitoris nostri felicis memorie Conradi Romanorum imperatoris augusti, nostreque anime remedio, simulque ob fidele servitium Popponis patriarche Aquilegensis ecclesie cui idem presidet, in honorem scilicet sanctorum Hermachore et Fortunati constructe L regales mansos, id est villas Circheniza cum ceteris villis inibi adiacentibus ad explendos tot prescriptos regales mansos in marchia Creina in comitatu Eberardi marchionis sitos cum omni pertinentia in proprium tradidimus, cum Ecclesiis, areis, edificiis, agris, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, campis, silvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis, et inquirendis sive cum omni utilitate, que ullo modo inde poterit

[1]) Datum nach Stumpf. Reichskanzler 2156. — [2]) Bianchi thes. eccl. Aquil p. 19.

provenire, ea videlicet ratione ut prescriptus Poppo patriarcha, suique successores de pretitulatis L regalibus mansis liberam deinceps habeat potestatem tenendi, commutandi, vel quidquid sibi ad utilitatem prelibate ecclesie placuerit inde faciendi. Et ut hec nostre traditionis auctoritas stabilis et inconvulsa per futura annorum curricula permaneat hoc preceptum inde conscriptum subtus manu propria confirmatum sigilli nostri jussimus impressione insigniri.

Signum d. Henrici III. regis invictissimi.

Theodoricus cancellarius vice Gordonis (!) archicapellani rocognovit.

Data VI. Id. Januarii, Indictione 8. anno dominice incarnationis millesimo quadragesimo: anno autem d. Henrici III. ordinat. XII. regni vero I. Actum Auguste feliciter Amen.

Copie gedruckt im Trevisaner codex veterum monumentorum Ms, daraus im Ughelli Italia sacra V. 55—56; de Rubeis Mon. ecclae. Aquil. 512; Ankershofen im Arch. f. K. ö. G. Qu. II. 320, Nr. 111; corrigirt von Dr. V. Joppi. nach der Copie im Vol. LXXVIII, pag 494 Varia Ms. Fontanini aus der Bibliothek zu St. Daniele in Friaul.

28.

Brixen.

1040, 16. Jänner, Augsburg. K. Heinrich III. schenkt dem Bischof Poppo von Brixen das Landrevier zwischen dem Flusse Feistriz bis zum Hof Veldes mit dem Wald „Leschach" genannt, in der Mark „Creina" und im Comitate des Markgrafen Eberhard gelegen.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnium Christi nostrique fidelium presentium scilicet ac futurorum noscat universitas, qualiter nos pro aeterna memoria patris nostri Chuonradi imperatoris augusti nostreque anime remedio Popponi venerabili uiro scilicet episcopo Brixiensis (!) ecclesie in honorem sancti Cassiani martiris constructe, quoddam nostri iuris predium infra terminum qui subscribitur a fiuuio qui dicitur Vistriza usque ad curtem prescripte aecclesiae Ueldes nominatam cum silua que Leschahc (!) nuncupatur, in Marchia Creina, in comitatu Eberhardi marchionis situm cum omni pertinentia in proprium tradidimus cum areis, aedificiis, agris, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, campis, siluis, venationibus, aquis, aquarumue decursibus, molis, molendinis, piscationibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quesitis et in-

quirendis seu cum omni utilitate, que ullo modo inde poterit prouenire. Eo nimirum tenore, ut prescriptus episcopus suique succesores de eodem predio liberam deinceps habeant potestatem, tenendi commutandi uel quicquid sibi ad utilitatem prelibate aecclesiae inde placuerit faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa per futura annorum curricula permaneat, hoc preceptum inde conscriptum subtusque manu propria confirmatum, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii (M.) regis inuictissimi.

Theodericus cancellarius uice Bardonis archicapellani recognouit.

Data XVII. kalendas FEBR. Indictione VIII. Anno dominice incarnationis Millesimo XLmo. Anno autem domni Heinrici tercii ordinationis XII. regni uero. I. Actum Augustae feliciter amen.

Orig., Pgt., schön erhalten der krain. Industriegesellschaft, aufbewahrt im krain. Landesmuseum. Aufgedrücktes in 5 Teile gebrochenes Thronsigel, nur die Umschrift + HEINRICVS erhalten; Sinnacher, Beitr. zur Gesch. von Säben II. 392, Nr. 85.

29.

Brixen.

1040, 16. Jänner, Augsburg. K. Heinrich III. schenkt dem Bischof Poppo von Brixen in seinem, in der Mark Kraina und im Comitate des Markgrafen Eberhard, zwischen der kleinen und grossen Save gelegenen Walddistrikte die Banngerechtigkeit.

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Rex. Omnium Christi nostrique fidelium uniuersitati presentium scilicet ac futurorum notum esse cupimus, qualiter nos pro pii genitoris nostri Chuonradi imperatoris augusti anime remedio, simulque pro nostre beatudinis spe, Popponi sanctae Brixiensis (!) aecclesiae episcopo in honorem sancti Cassiani martiris constructae, quendam nostri juris saltum inter duo flumina que vocantur Suowa, ab exortu usque ad concursum eorum circumseptum in marchia Creina in comitatu Eberhardi marhionis situm, cum alpibus cunctisque utensilibus que aut in presens aut in posterum inde provenire poterunt, in proprium tradidimus atque eundem saltum forestauimus et

banni nostri districtum[1]) circumuallauimus, ea videlicet racione, ut nulla magna, paruaque persona absque licencia prenominati episcopi suorumque successorum in eodem foresto potestatem habeat uenandi, sagittandi, pedicas ponendi, retia tendendi, piscandi aut aliqua arte feras decipiendi. Siquis autem huius nostri precepti temerarius uiolator extiterit, banni nostri debitum se sciat fore compositurum. Et ut hec nostre tradicionis et concessionis auctoritas stabilis et inconuulsa per cuncta temporum spacia permaneat, hoc preceptum inde conscriptum subtusque manu nostra corroboratum sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii (M.) regis inuictissimi.

Theodoricus cancellarius vice Bardonis archicapellani recognouit.

Data XVII. kal. Februarii, Indictione VIII., anno dominicę incarnationis mill. XL^mo, anno autem domni Heinrici tercii ordinationis xii., regnantis vero 1., Actum Augustae feliciter Amen.

Orig. Pgt. im k. k. Staatsarchiv, auch in einem Orig. Vidimus der Aebte von Neuzell, Murten und Wilten vom Jahre 1338, Eigentum der krain. Industriegesellschaft, aufbewahrt im krain. Landesmuseum (beide Ms. benützt); Sinnacher, Beitr. zur Gesch. von Säben (Brixen) II., 391, Nr. 84; Mitt. f. Krn. 1847, 26; Horm. Arch. f. G. 1823, 180; Horm. Beitr. z. G. Tir. im Mittelalter II, 36; Ankershofen im Arch. f. K. ö. G. Qu. II. 320, Nr. 112.

30.

St. Mihael zu Leme.

1040, 12. Mai, ... Die hochedle Frau Azcica, Tochter des Grafen Wecelin und dessen Gattin Wilburg von Istrien, schenkt dem Kloster St. Michael zu Leme, mit Zustimmung ihrer damals noch lebenden Mutter Wilburg, ein Landgut mit genau bezeichneter Abgrenzung.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno dominice incarnationis M.XL.[2]) regni domini Henrici felicissimi regis anno VI[2]) mensis maii die XII, Indictione X.[2])

---

[1]) districtu. — [2]) sic, das Regierungsjahr ist zum J. 1044 — nach 4. Juni; die Indiction zum J. 1042 angegeben; da aber hier des Wecilin nicht erwähnt wird, von der Mutter als „adhuc viventis“ — und „consensu domini Wolderici filii sui (Aziche) qui coram stabat“ gemeldet wird, so dürfte diese Urkunde am ehestens in das Jahr 1044 gehören.

Ecclesiarum Dei status non tam edificiis, quam edificatorum beneficiis confirmatur: et ideo satis necessarium ducitur hoc, quod eisdem Christi ecclesiis ad sibi servientium sustentationem confertur literarum memorie mancipari, ut si forte temporum longevitate deleta congnitione largitorum violenti quilibet, quorum similes nostra etiam generat etas ad ea diripienda improbas manus extenderint, explicatis testimoniis veritatis ex conceptione inique cupiditatis erubescant, et ab ausu temeritatis proprie non sine damno recedant.

Igitur qualiter inlustrissima Azcica totius nobilitatis compos, patre Wecelino et Wilpurga nobilissima matre Hystriensium quondam comite et comitissa procreata, ecclesiam ad honorem Dei et sancte Marie virginis, beatique Michaelis archangeli a domno Johanne abbate, ac reliquis fratribus ibidem congregatis super altitudinem ripe sinus, qui dicitur Lemnus edificatam, et a domine Engelmaro venerabili Parentino episcopo eadem invitante consecratam humilima devotione et benignissimo caritatis affectu dotaverit, haec brevis scriptiuncula transmittit notitie futurorum.

Dat igitur predicta domina Azcica consensu domine Wilpurgo matris sue adhuc viventis, et consensu domini Wolderici filii sui, qui coram stabat, presentibus nobilibus viris, qui subterius manifestantur, prefacte Dei ecclesie ad sustentationem domni Johannis abbatis fratrumque suorum et cunctorum eis in perpetuum succedentium servum unum et ancillam, et predium quoddam non modicum indivisum et inseparabile, sibique totum coherens, interjacens partim prediis infrascripte domine, partim territoriis sancti Mauri, et aliorum hominum secundum quod illustris Jacobus Almerici filius advocatus ejusdem in capitibus et lateribus designavit et terminis quo adjacentium definivit. Incipit enim a monte, qui dicitur Passinus, et pertransit juxta possessam domini Albini, recurrens infra quindecim passibus juxta latus possesse, et ab eodem loco decurrit recto tramite usque ad cyrum, a qua arbore retroreducitur juxta possessam ejusdem domine usque ad plagium de valle Felectosa, et ab ea valle vadit in directum juxta Casaliolas, postea vero dirigitur sursum et reflectitur usque ad arcam sepulture ibi sitam, deinde vadit in longum juxta possessas Dominicas, et ab hinc retorquetur sursum usque ad coronam terre sancti Mauri. Ab illa vero corona dirigitur per latum secus pedes montium de Nogarda et de Lodomo usque ad Lamam spinosam que est juxta viam publicam. Inde autem reclinat

infra se aliquantulum juxta eamdem viam, et preterea vergit in obliquum secus carse de monte Fosco recta linea usque ad Modolum, et inde reducitur recto tramite usque ad lacum de monte Fosco, et ab illo lacu vertitur per transversum finito scilicet circuitu suo usque ad prenotatum montem, qui dicitur Passinus. Hoc igitur predium apertis finibus longe lateque signatum sepedicta domina offert prelibate Dei ecclesie Sancte Marie et sancti Mihaelis ac servis suis ibidem famulantibus, presentibus et futuris in perpetuum possidendum nullo unquam temporis homine absque eorum consensu inibi partecipaturo.

In aliis etiam territoriis suis, que indique sibi circumjacent, liberam prebet facultatem omne tempore, quo eis necesse fuerit, laborandi sine aliqua pensione vel redditu. Hac itaque oblatione facta eadem domina una cum supradicto Jakobo advokato suo, consensu Wodelrici filii sui investivit domnum Johannem abbatem et reliquos fratres sibi subjectos de omnibus his sub lege perpetue possessionis, mandans heredibus suis, cunctisque suis successoribus per adtestationem tremendi judicii nunquam ea, que sepedicte ecclesie Dei ipsa devoto corde obtulerat, de potestate servorum Dei ibidem famulantium auferre praesumant, sed ad ipsorum jus, et perpetualiter teneantur, et servent; Imprecata est etiam ut Omnipotentis Dei furorem incurrat, et praesentis vitae cotidianis afficiatur adversis, numquam prosperis consoletur, post vitae vero presentis transitum gehenne ignibus deputetur, atque in novissimo extremi judicii die separetur a dextris, et cum sinistris eternis tradatur incendiis concremandus quisquis hec, que ipsa pia cordis intentione Dei ecclesie donaverat diripere de possidentium manu presumpserit, nec tantum careat presentibus damnis, sed cogatur decem libras auri exsolvere, medietatem camere regie, medietatem vero injuriam passis, sitque ei in eternum anathema maranatha Huic largitioni adfuerunt Venerabiles Viri, id est Dominus Engelmarus Parentine Civitatis Episcopus, et Albinus Advocatus etc.

Aus dem Archivio domestico des Marchese G. P. dei Polesini — Dr. Kandler Codice diplomatico Istriano ohne Seitenzahl; de Rubeis M. eccle. Aqu. 536.

31.

St. Michael zu Leme.

1040, 12. Juli, ... Wilpurg, Gräfin von Istrien schenkt dem Kloster St. Michael zu Leme mit Zustimmung der Herren Grafen Wecellin, Woldoricus (des Sohnes ihrer Tochter Azcica), Woldoricus, ihres eigenen Sohnes, sowie mit Zustimmung von deren Söhnen und Töchtern ein genau bezeichnetes Landgut in Istrien, welches Mitgift ihrer Tochter Azcica war.

In nomine Dei eterni amen. Anno dominice incarnationis M.XXXX. regni domni Heinrici felicissimi regis anno VI. (!) indictione X. (!) die XII. mensis Julii. Ecclesiarum Dei status non tam edificiis, quam edificatorum beneficiis confirmatur: et ideo satis necessarium ducitur hoc, quod eisdem Christi ecclesiis ad sibi servientium substentationem confertur, literarum memorie mancipari, et si forte temporum longevitate deleta cognitione largientium violenti quilibet, quorum similes sibi generat etas etiam nostra ad ea deripienda improbas manus extendere explicantur testimonio veritatis ex conceptione inique cupidinis erubescant, et ab ausu temeritatis proprie non sine damno recedant. Igitur qualiter illustrissima domina Wilpurga mater Histriensium totius nobilitatis compos, quondam comitis et comitissa procreata ecclesiam ad honorem Dei et sancte Marie virginis, et beati Michaelis Archangeli a domno Johanne abbate et reliquis fratribus ibidem congregatis super altitudinem ripe sinus, qui dicitur Lemnus edificatam, et a domino Engelmaro venerabili Parentino episcopo eadem invitante consecratam humillima devotione et benignissimo charitatis affectu doptaverat, (!) et voluit ante mortem suam omnia sua territoria designare, hec brevis scriptiuncula transmittit notitie futurorum. Dat igitur predicta domina Wilpurga consensu domini Wecellini, et consensu domini Woldorici, et consensu filiorum et filiarum suarum presentium nobilium, qui subterius manifestantur, prefate Dei ecclesie ad substentationem domni Joannis fratrumque suorum et cunctorum eis succedentium unum territorium non modicum indivisum et inseparabile, sibique totum coherens, secundum quod illustris Jacobus advocatus Almerici filius in capitibus et lateribus designavit, et terminis coadiacentibus definivit. Incipit enim a monte, qui dicitur Calbo, versus meridiem, postea vadit sursum per cacumen montis recto tramite usque ad plagium de valle Felectosa, sicuti

continetur in dotatione domine Azciche filie sue. Sequitur ab ea valle et vadit in directum juxta Casaliola versus occidentem, postea vero dirigitur sursum, et reflectitur usque ad archam sepulture ibi sitam, que est in monte qui dicitur Ceternicus, deinde vadit in longum juxta possessam Dominici. Et hinc retorquitur sursum usque ad coronam terre sancti Mauri, quae est juxta viam publicam, que vadit de Parentio ad castrum Calixedi. Ab illa corona vero dirigitur per latus secus pedes montium de Nogarda et de Lodomo recto tramite versus Orientem usque ad lamam spinosam, que est juxta viam publicam, que vadit Ursarie de castro sancti Laurentii. Inde currit et reclimat infra se aliquantulum juxta eamdem viam, et postea vertit se in obliquum versus Carso de monte Fixini, quod est juxta paludem. Postea vero vadit recta linea usque ad Moduli, et deinde reducitur recto tramite usque ad lacum de monte Fixini, et ab illo laco vertitur per transversum Fracte usque ad montem qui dicitur Paxivus. A monte Paxivo vero vadit ad pedes montis Fixini versus meridiem, ubi est una magna corona lapidum, et per illam coronam vadit versus montem retorquendo sursum usque ad viam dictorum castrorum, que vadit Parentium, et ibi sunt coadunati lapides prope paludum quindecim passibus, postea vero vadit recto tramite usque ad viam, que vadit de paludo ad castrum Calixedi, postea vero volvitur ad magnum termonem, qui est prope viam castri sancti Laurentii, que vadit ad paludum, postea vero vadit per illam viam versus castrum sancti Laurentii usque ad viam, que vadit de Calixedo duorum castrorum, et ibi est signum crucis in una quercu, et a quercu vadit recto tramite usque ad montem Spinosum, postea vero vadit per unam magnam coronam usque ad pedes montis Carmasci versus orientem, postea vero declinat et vadit versus meridiem usque ad cleam, et per illam cleam vadit usque ad mare salsum et piscarie qui sunt ad Arnum, qui est subtus montem, qui dicitur Calbo. Ab Arnu vero vadit usque ad prenotatum montem qui dicitur Calbo. Hoc igitur territorium apertis finibus longe lateque signatis predicta domina voluit omnia in luce facere, pro pace et bona concordia fecit fieri stridam, et posuit terminum usque ad dies xxx. Si aliquis habet facere aliquid in dicto territorio vel in piscariis, debeat se presentare, sicut est consvetum camere regie usque ad predictum terminum. Ad hec omnia nullus comparuit, finitoque termino supradicta domina offert prelibate ecclesie sancte Marie virginis, et sancti

Michaelis ac servis suis ibidem famulantibus presentibus et futuris in perpetuum possidendum. In aliis vero territoriis suis, que undique sibi circumjacent, liberam prebet facultatem omni tempore, quo eis necesse fuerit laborandi sine aliqua pensione vel reditu. Hac itaque oblatione facta eadem domina una cum supradicto Jacobo advocato suo consensu Woldorici filii sui, investivit domnum Johannem abbatem et reliquos fratres sibi subditos de omnibus his sub lege perpetue possessionis, mandans heredibus suis cuntisque successoribus per attestationem tremendi judicii nunquam eam que Dei ecclesie ipsa devoto corde obtulerat, de potestate servorum Dei ibidem famulantium auferre presumant, sed ad ipsorum ius perpetualiter tueantur et serventur. Imprecata est etiam, ut omnipotentis Dei furorem incurrat, et presentis vite quotidianis officiatur adversis, nunquam prosperis consoletur, post vite vero presentis tramitum gehenne ignibus deputetur, atque novissimo extremi judicii die separetur a dextris et a sinistris, et eternis tradatur incendiis concremandus. Quisquis hec, que ipsa pia cordis intentione Dei ecclesie donaverat, et desig naverat, deripere de possidentium manu presumpserit: nec tamen careat presentibus damnis, sed cogatur decem libras auri solvere, medietatem camere regis, medietatem vero injuriam passis; sitque ei in eternum anathema maranatha.

Ego Albanus auctoritate imperiali judex ordinarius et notarius, et nunc supradicti domini episcopi Parentini advocatus supradictum instrumentum dotationis de mandato dicte domine Wilpurge scripsi et publicavi, et signo meo consveto munivi presentibus venerabilibus et nobilibus viris domino Engalmaro Parentine civitatis episcopo, et Jacobo advocato supradicte domine Wilpurge.

Carli, Antichita Italiche IV. p. 259—262.

32.

Kloster St. Michael zu Leme.

1040, 15. September, ... Der Bischof Engelmar von Parenzo verlangt den Zehent von den Leuten des Klosters st. Michael zu Leme; die Letzteren beklagen sich bei Azzica [1]) *und diese bringt ihre Klagen*

[1]) cf. Urk v. J. 1040, 12. Mai, oben Nr. 30.

vor Kaiser Heinrich III. 568 Senioren erscheinen bei dem Rate, wo Azzica ihre Schenkung bestätigt und klagt über das seitens des Bischofs ihren Schützlingen angetane Unrecht. Der Kaiser entscheidet, dass der Zehent dem Kloster gehöre, wie es bei allen Benediktinerklöstern in Istrien der Fall sei, und der Bischof schliesst Frieden mit Azzica, erreicht jedoch, dass sie ihm einen Landstrich am Sablonerberge schenkt.

In nomine Dei aeterni Amen. Anno dominice incarnationis millesimo quadragesimo, regni domni Henrici felicissimi regis anno sexto, indictione decima, die quintodecimo mensis septembris. Cum quedam questio verteretur inter dominum Engelmarum episcopum Parentine civitatis ex una parte, et ex altera parte domnum Johannem abbatem monasterii sancte Marie virginis et sancti Michaelis archangeli de Lemo.

Questio talis erat inter illos, quod dominus episcopus volebat habere decimam de territorio dicti monasterii, et dominus episcopus precepit omnibus hominibus, qui laborant territorium supradictum, ut portarent decimam in episcopali palatio, et ipsi noluerunt eam portare nec dare et talem excusationem habebant dicendo. Domnus abbas nobis precepit, ut debemus portare decimam in monasterio supradicto sub pena dupli. Ista et alia multa verba fuerunt inter illos.

Propter talem questionem dictus abbas comparuit cum suis juribus coram domina Azicha, et dixit ei. Dominus episcopus facit nobis molestare omnes homines, qui laborant nostrum territorium, quod tu nobis dedisti, petit ab ipsis decimam, et domina Azicha respondit, eamus omnes ad nostrum regem.

Post hec omnia comparuerunt omnes coram domino Henrico felicissimo rege et talem questionem narraverunt ei et rex cum audisset eos fecit sibi multos seniores convocare in palatio suo ad consilium, et ibi fuerunt congregati quingenti et sexaginta octo seniores. Et rex coram omnibus vocavit dominum episcopum, et domnum Johannem, et dominam Azicham, et ipsi venerunt coram rege cum multis, qui erant in societate eorum. Domina Azicha viva voce dixit domino regi, et omnibus, qui erant cum eo. Ego dedi unum territorium ad honorem Dei monasterio Sancte Marie virginis et Sancti Michaelis archangeli domno Johanni abbati, et reliquis fratribus ibidem congregatis super altitudinem ripe sinus, qui dicitur Lemus, et ecce instrumenta, si vobis placet; facite ipsa legere coram omnibus.

Cum lecta fuerunt instrumenta dixit domina Azicha coram omnibus: Dominus episcopus facit mihi injuriam, quia petit decimam a pauperibus Christi. Ego dedi dictum territorium, ut possint fratres predicti monasterii habitare, et pauperes recipere.

Ad hec dominus episcopus respondit: Omnes decime debent esse episcopi et capituli sui

Hec omnia dominus Rex intellexit cum suis senioribus et fecit consilium, et in illo consilio omnes viva voce dixerunt. Decimas debent habere fratres de suo territorio, qui habitant in dicto monasterio. Incipit enim a monte Calbo, et vadit per signa, sicut continentur in supradictis instrumentis domine Aziche, et matris sue Wilpurge Et dominus Henricus Rex dixit supradicto domino episcopo. Vade in pace, et non nos contristare. Nos volumus decimas dare, quas tu petis supradicto monasterio, et hoc habemus exemplum, quod per totam provinciam Hystriensem monasteria sancti Benedicti possident suum territorium cum decimis et omnes fructus qui in eo possint habere. Etiam nos volumus cum consilio nostro, quod omnes homines, qui laborant supradictum territorium, debeant portare decimam domno Johani abbati supradicti monasterii et suorum fratrum, cunctorumque in perpetuum succedentium, et possint ipsas decimas habere, gaudere, et omnes suam voluntatem facere sine contradictione alicujus persone sub pena librarum decem auri, medietatem solvere camere regis, medietatem vero injuriam passis.

Post hec dominus episcopus fecit pacem cum domina Azicha; et domina Azicha dedit domino episcopo et suo capitulo unum territorium subtus montem Sablonorum versus occidentem, sicut continetur in suo instrumento, et dominus episcopus promisit, cum suis clericis domine Aziche, quod nunquam peteret decimam in territorio supradicti monasterii. Anathema Maranatha.

Ughelli Italia sacra 10ª 316; Mittareli Annal. ord. Camald. 2, 88; Kandler Cod. dipl. Istriano; vrgl. Stumpf Reichskanzler II./2, 181, Nr. 2199.

33.

Gurk.

1042, 15. Aug., Gurkhofen.[1]) *Die Heilige Hema schenkt dem von ihr gestifteten Nonnenkloster zu Gurk in Kärnten „cum devoto clericorum ac laicorum consensu sub eisdem etiam testibus*[2]) *Chrilouua cum aliis villis quovis iure possessis tradidit ad altare sancte Dei genitricis Marie et sanctimonialibus ac clericis eidem altari servientibus in proprietatem.“*[3])

Ut autem hec et omnia que post mortem suam intestata reliquerit quorum omnium factam prius delegationem rursus innovando beatam Dei genitricem Mariam loco filiorum heredem constituit nullus unquam ab eadem ecclesia alienare vel diminuere possit sed sub tuitione sancti P(etri) et beati R(oudberti) secura libertate fruatur, nec non ut eiusdem libertatis lex futuris temporibus non ignoretur rogatu eiusdem memorabilis domine H(emme) atque predictorum advocatorum[4]) suorum assensu hanc paginam inde conscribi feci Omniumque clericorum ac laicorum collaudationem ad signum confirmationis in capite sigillari precepi adhibitis supradicti testibus: (Perhtolt, Wilhalm, Hartuid, Switcker, Ernust, Goterich, Aribo, Azman.)[5])

Di letzten 5 Zeilen einer unfangreichen Originalurkunde des Gurker Archives coll. Karl Freiherr v. Hauser; Eichorns Beitr. I. 176—182.

34.

Gurk, Stift.

1043, 2. Februar, Gurkhofen. Die Gräfin Hema von Friesach-Zeltschach schenkt alle ihre Untertanen dem von ihr gestifteten Nonnenkloster Gurk und ordnet das Verhältnis über ihre nun der neuen Kirche zugehörenden Beamten und Untertanen.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen.

---

[1]) Im Originale steht: Acta sunt hec XVIII. kal. septembris, celebrantibus nobis assumptionem sancte Marie quo etiam die eandem ecclesiam consecrauimus . . ohne Ortsgabe Gurkhofen, — diese setzte dazu Eichhorn in seinen Beiträgen I. 174—176. — [2]) Bezieht sich auf den übrigen Inhalt der ganzen Urkunde. — [3]) Das heisst: Unter Zustimmung der auch als Zeugen gegenwärtigen Kleriker und Laien (die Pfarre) Chrilowa (Greilach (Škrljevo) zu St. Rupert in Unterkrain) und gibt es mit anderen Villen dem Altar der heil. Marie den Klosterleuten und Klerikern, welche demselben dienen, als Eigentum. — [4]) Pretzlaus = (Braslaus) und Aribo Eich. Beitr. I. 180—181. Pretzlaus war nach Eichhorn Schuztvogt des Santalgebietes. — [5]) Die Zeugen sind aus dem vorhergehenden Abschnitte übertragen, deshalb eingeklammert.

Ego Hemma divina misericordia Gurcensis ecclesie licet indigna fundatrix notum facio omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, cum marito meo beate memorie viduata et filiis meis male peremptis orbata omnem possessionem meam tam in hominibus quam et in aliis rebus pro remedio anime mee, et mariti mei et filiorum meorum salute ecclesiis [1]) erogarem et habitum religionis Gurke induerem, omnem familiam meam [2]) eidem ecclesie taliter delegavi ut quicumque primogenitus illius familie a proprietate liberari vellet dimidium talentum et XV. denarios ipsius ecclesie abbatisse conferret, reliqui autem pueri hanc libertatem habere cupientes secundum placitum tocius conventus se redimerent. Ministeriales quoque quos eidem ecclesie donavi, eisdem hominibus ab ecclesia inbeneficiati hoc jus infringere non presumant si licencia ecclesie illorum primogenitis supradicta pecunia redemptio concedatur, ceteri vero filii redimi vetentur aloquin ecclesia magnum dampnum in familia consequeretur. Acta sunt hec apud Gurkehoven. Anno ab incarnationis Domini M.XL.III. Indictione XI. III. Non. Februarii feliciter amen.

Orig. Pgt. im Gurker Archive; Eichorns Beiträge I. 183—4.

35.

Freising.

1057, 9. Februar, Neuburg (an der Donau). Kaiser Konrad II. bestätigt der Kirche von Freising alle ihre Besitzungen mit allem, was auch immer dazu gehört,[1]) in was immer für einer Provinz, einem Gau, einer Mark oder Grafschaft seines Reiches gelegen.

Orig, in München nach Stumpf Reichskanzler II./2, 211; Lünig, Reichsarchiv 17/1 228; Mon. boica 29./1, 135, Nr. 394.

36.

Gurk, Stift.

1058, 18. Oktober, Regensburg. — Urkunde gedruckt in Schumi's Archiv für Heimatkunde I. 6—7, Nr. 2.

[1]) Nebst der Gurkerstiftung begabte sie auch noch andere Kirchen — [2]) Familia bedeutet eben das, was homines. — [3]) Orig: „cum omnis generis pertinentiis".

37.

Kloster St. Michael in Pola.

1061, 17. August, Pola. Maingot,[1]) *Bischof von Pola, schenkt Juventius, dem Abte von St. Michael (zu Pola), dem Kloster und den Nachfolgern die Kirche des heil. Clemens eine Colonie, im Orte Badavo gelegen, die einst der Bruder des Bischofes Johann, Grimaldus, zur Nutzniessung hatte; diese schenkte der Bischof am Tage der Einweihung dieser Kirche unter der Bedingung, dass die Aebte diese Schenkung durch zehn Pfund Goldes lösen.*

In dei nomine regnante domno Henrico anno V. mensis augusti XVII., indictione XIIII. actum intra monasterium ven. sancti Michaelis. Cum secularia facta prudencium studiis sunt memorie tradita multo decencius existimatur ut opera pietatis maxime que in ecclesia dei sancti. l. terrarum memorie commendentur. Qua propter nos quidem Megingaudius dei gracia Polensis episcopus. Recolentes hoc quod ecclesie sancti Clementis doni causa donamus pro amore dei et sanctorum in eorum patrocinia ibidem collocavimus atque [2]) indicavimus[3]) hoc scripture firmitate roborare, idcirco nos quidem predictus Megingaudius episcopus tradimus et consignamus tibi Juvencio abbati sancti Michaelis cuncteque caterve monachorum sub tua cura degencium vestrisque successoribus idem una colonia de terra nostre ecclesie · sitam in loco qui dicitur Badauo · quam olim Grimaldus frater Iohannis episcopi ad pensionem tenuit secundum quod eam in die consecrationis prefate ecclesie sancti Clementis donavimus cespitem ejusdem agri super altare ferentes ut ab hac[4]) die in antea liberam et perpetuam potestatem habeatis[5]) teneatis uttendi nostra et omnium succes sorum nostrorum contradictione [remota],[6]) quia dignum est ut nostri successores hoc inviolabiliter observent · quod a nobis pietatis rectum factum tam nostre anime quam illorum credit profutorum unde promittentes promittimus et obligamus nos nostrosque successores contra hanc nostre donacionis sive obligationis cartam nullo unquam tempore esse venturos quod si a nobis vel ab aliquo nostrorum successorum per aliquem ingenium fuerit attentatum de poene nomine emendetur supradicte congregacioni pondus auri librarum decem et

[1]) Meingoz, Maingotus, Megingaudius = Starkgut. — [2]) ecum. — [3]) iudicavimus. — [4]) ac. — [5]) abeatis. — [6]) Abschr: . . .

post solutam penam hec nostra ordinacio maneat in sua firmitate testes fuerunt Candianus Petenensis, ego Megingaudius episcopus manu mea scripsi, ego Hademarus dei gratia Parent. episcopus manu propria [subscripsi][1]) Odolricus marchio [2]) Istriensis. + signum manus prefati [3]) marchionis [4]) qui scribere nesciens [5]) signum crucis fecit.

+ Signum Vitalis testis et Andreas + et [6]) Petrus qui vocatur Matheus judicibus . . . . . sancti Michaelis in perpetuum.

+ Signum manus Bertaldi [7]) Basiliaci [8]) + et ipso filio Urso [9]) eius de Bertaldi testis confirmavi [10]) et subscripsi.

+ Signum manus Peneonis + Eriseneius testis.

+ Signum manus Grimaldi [11]) torigide testis + Signum manus Vuarda. rogatis testes et ego . . . . . lius . . . predicte [polensis ecclesie] episcopo rogatus hec carta donacionis scripsi et complevi.

Aus den Abschriften von Fontanini I, fol c. 302 in der biblioteca Marciana zu Venedig; corrig. nach Valentinelli's Regesten v. ebend. im Notizenblatt. V. d. k. Akad. zu Wien (1855) p. 220; Kandler cod. dipl. Istriano zum J. 1060.

37.

Brixen.

c. 1061 [12]) . . . ., *Kanker. Ulrich, Markgraf von Istrien und Krain schenkt durch die Hand Tagano's, eines Lehenritters des Bischofs von Brixen sein Landgut „Lêscah". Er wünscht die Besitzungen der Kirche von Brixen, zu vermehren, weil er aber noch unentschlossen war, ob er sich nicht etwa verehlichen und Kinder erhalten werde, so übergab er, und zwar durch die Hände des nämlichen Ritters auch den Weiler Feistriz an das Stift Brixen, doch nur für den Fall, wenn er unverehlicht sterben würde. Der obengenannte Ritter, durch seinen Herrn den Bischof erinnert, vollzog nun zu gehöriger Zeit und am rechten Orte das ganze Vermächtnis, und übergab zuerst Lêscah, dann auch den Weiler Feistriz im Orte Stein auf den Altar der Kirche zu Brixen.*

Marchio Ödalricus in Christo hereditatis adipiscendę cupidus, Christum hic in membris suis pauperem haereditatis suę voluit esse

---

[1]) Abschr.: pro amo. — [2]) marchius. — [3]) prefatus. — [4]) marchius. — [5]) nesciunt. — [6]) testis. — [7]) Bertaldus. — [8]) Basiliacus. — [9]) Nach Vallentinelli, — [10]) cumfirmavi. — [11] Grimaldus. — [12]) Die Datirung wurde nach den Angaben des Lambert von Hersfeld ad a. 1061 et 1062 (SS. V. 162) praecisirt.

participem. Ductus ergo Altwini Prixinensis ęcclesię pontificis familiaritate illi potissimum ęcclesię de rebus suis statuit aliquid attribuere, deditque in manum Tagani militis ejusdem episcopi predium Lêscah praedictę potenti manu tradendum ęcclesię jam ex tunc perpetuo jure possidendum juxta terminum videntibus et audientibus ambarum fidelibus inibi praescriptum. Et ut res acta permaneat rata, testium est asstipulatione roborata, quos et praesens refert pagina: Meginhart, Hûgo, Ruodpreht, Durinch, Tagani, Heinrih.

His ita gestis comes dilectione episcopi adhuc ejusdem ęcclesię res meliorandi studiosus, sed conjugis prolisque habendę etiam tum humilitatis sorte dubius, tradidit in manum ejusdem militis etiam Fuistriza villam, eidem ęcclesię tradendam cum molendinis aliisque appendentibus omnique prorsus servitutis commodo sibimet inde debito hac tamen conditione, ut si legitimi expers connubii obiret, tum eandem ęcclesia villam obtineret. Hujus item rei testes: Meginhart, Hûgo, Ruodpreht. Postea conpetenti loco et tempore miles praedictus ab episcopo Seniore suo admonitus, omnem absolvit legationem deditque Lêscah super altare Brixinensis ęcclesię perpetuo possidendum jure. Et adhibitis ex more testibus sub inde Fustriza villam super idem tradidit altare juxta modum conditionis supra memoratae. Utriusque vero traditionis eidem sunt testes: Liezo, Ruodpreht, Wolfram, Tagini, Noppo, Durinch, Eppo. — Actum Conerae. (!) (Posterius): Actum Steine.

Brixner Cod. trad. im k. k. Staatsarchiv zu Wien 515, fol. 1' n. 2; auch Cod. 460 fol. 18, n. 45 jedoch weniger genau als der zuerst genannte und fehlt das „Actum": Sinnacher (aus Resch) Beitr. z. Gesch. von Säben (Brixen) II. 586 Nr. 4.

39.

Freising.

1062, 24. Oktober, Augsburg. König Heinrich IV. schenkt dem Bischof Ellenhard von Freising Güter, zu Pirano und Neuenburg (Emona) in der Mark „Hystria" und in der Grafschaft des Markgrafen Ulrich gelegen.

C. In nomine sanctae et individuae trinitatis. H(einricus) divina favente clementia rex, Romanorum augustus. Omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum pie devotioni pateat, quemadmodum nos pro aeterna retributione et pro anima patris nostri

bone memorie Heinrici Romanorum imperatoris augusti obque peticionem et interventum dilecti nostri Annonis scilicet Coloniensis archiepiscopi, nec non ob devotum et fidele servitium Ellenhardi Frisingensis sedis episcopi quasdam nostri juris proprietates ad fiscum nostrum pertinentes in Marcha Histria in comitatu marchionis Ödalrici, inque locis subnotatis, idem (id est), in Pyrian et Nivvenburch sitas, cum omnibus utilitatibus ad eas rite pertinentibus, hoc est mancipiis utriusque sexus, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, navium stationibus, theloneis, molendinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis, cunctisque aliis appenditiis, que ullo modo dici vel nominari possunt, ad monasterium s. Andreae apostoli in civitate Frisinga a prefato ejusdem civitatis episcopo in dei nomine iniciatum et constructum, ex proprio in proprium donavimus ea videlicet ratione, ut fratribus inibi deo militantibus in quantum ex eisdem bonis provideri possit, ad divinum officium peragendum victus et vestitus singulis annis subministrentur. Et ut haec traditio nostra nunc et in futuro tempore stabilis et inconvulsa permaneat, hoc regiae donationis preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione jussimus insigniri, manuque propria, ut infra videtur corroboravimus atque firmavimus.

Signum domni Henrici (M.) quarti regis.

Wicbertus cancellarius vice Annonis archicancellarii recognovi. Datum VIIII. Kal. Novembris, anno incarnationis domini MLXII. Indictione I. Anno autem Ordinationis domni Heinrici quarti regis VIII. Regni vero VI. Actum Auguste in dei nomine feliciter. Amen.

Mon. boica 31ª 344. N. 184; Meichelbeck Hist. Fris. I, 2, pag. 258; Lünig Reichsarchiv 27ª 229 (mit Sept. 23).

40.

Stift Gurk.

1062, 11. December, Regensburg. K. Heinrich schenkt seinem Getreuen Anzo Güter an der Gurk in Gau Creine in der Mark, zu diesem Gau gehörend und in der Grafschaft des Markgrafen Ulrich gelegen.

C. In nomine sanctae et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina favente clementia rex. N(ouerit [1]) omnium tam presentium quam fu-

[1]) Das Eingeklammerte radirt und mit Bleistift nachgeschrieben: N(overit omnium tam futurorum quam præsentium in).

turorum in)dustria. qualiter nos pro remedio patris nostri piae memoriae Heinrici. ac pro incolomitate nostra. aeternaequae retributionis premio nec non ob interuentum fidelium nostrorum. ANZONI nostro quidem fideli. tale predium. quale infra terminum. his nominibus subnotatum habere uidebimur. In pago Creine in Marcha, ad eundem pagum pertinente. In comitatu Vodalrici marchionis situm. ipso annuente et concedente. In superiori riuuo qui dicitur Gurca. sicut predium Rvodperti usque in riuum BITSA vocatum finit. ubi prefati Anzonis predium. juxta eundem riuuolum adiacet. In occidentali quidem plaga, ubi predia Tietpoldi comitis. et Rapotonis comitis. usque· ad Engelberonis predium pretendere uidentur. In uilla Lonsa dicta, ex eiusdem predicti Engelberonis predio. sicut recto intuitu uideri potest. ad prefatum predium Ruodperti. quod, ut prediximus in superiori riuuo Gurca uocato. situm est. regia nostra auctoritate ac potestate· prenominato Anzoni in proprium tradidimus. Hoc quidem regię munificentiae donum. cum omnibus appenditiis suis. areis· aedificiis. terris cultis. et incultis. pratis. pascuis. aquis· aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. silvis uenationibus· exitibus et reditibus, uiis. et inuiis. quesitis· et inquirendis cum omni utilitate· que ullo modo inde prouenire poterit. in suum ius omnium mortalium contradictione remota. transfudimus· et condonauimus. Ea uidelicet ratione. ut predictus Anzo. de prefato predio. liberam dehinc potestatem habeat. optinendi. tradendi. commutandi· precariandi. uel quicquid sibi placuerit inde fatiendi. Et ut haec nostra regalis traditio, stabilis et inconuulsa omni aeuuo permaneat hanc cartam inde conscriptam. manu propria. ut infra uidetur. corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis.

Fridericus Cancellarius uice Sigefridi (M.) archicancellarii recognoui.

Data est III. idus Dec. Anno dominicę incarnationis M.LX.II. indictione I. anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis. VIII. regni vero [1]) Actum Ratisbone in· Dei nomine feliciter Amen.

Orig., Pgt., aus dem gurker Domstift-Archive, jetzt im steir. Landesarchiv Nr. 48. cf. diesen Abdruck mit dem im Arch. f. H. I, 7—8, Nr. 3, und wegen der Indiction Stumpf Reichskanzler Reg. Nr. 2616.

[1]) Diese Zeitangabe ist richtig, wenn man das Jahr nach dem Gebrauche jener Zeit entweder vom 25. März, oder von Ostern anfängt.

41.

Brixen.

1063, 27. September, bei dem Flusse Fischa [unterhalb Wien]. König Heinrich IV. schenkt dem Bischofe Altwin von Brixen die Berge Steinberg (Kamnik) und Otales (Otaležki vrh), die zwischen Linta (Pfarre Ledine) und der Quelle Steinbach (V potocih) [1] *in der Mark des Markgrafen Ulrich (bei Idria im Tolmeiner Gebiete) gelegen sind.*

C. In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnium Christi nostrique fidelium tam futurorum quam presentium sollers industria nouerit, qualiter nos precipue pro amore diuino, tam ob nostrae regiae liberalitatis munificentiam ALTWINO. Brixiensis (!) aecclesiae venerabili episcopo memores etiam illius erga nos fidelis meriti quedam bona ad nostrum ius et dominium pertinentia, montes uidelicet duos Staeinberch et Otales dictos, inter terminum Linta et flumen Steinbach dictum sitos, et in marchia Ůdalrici marchionis ipso quidem marchione conlaudante et rogante in proprium tradidimus cum omnibus suis appendiciis quemadmodum ad nostram regalem potestatem pertinere uidebantur, hoc est terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumque de-

---

[1]) Der Steinberg (heute Kamnik), ziemlich bedeutend an Umfang, trägt gegenwärtig reiche Wirtschaftsgüter. Er liegt auf der Grenze zwischen Otalež und der Pfarre Ledine. — Otalež ist der Name eines hochgelegenen Dorfes von 45 Nummern und des gleichnamigen Vicariats von ungefähr 1100 Einwohnern; das Pfarrdorf Otalež liegt in der Mitte des Berges „Limbov hrib, Belkov vrh oder Otaležki vrh“ vulgo geheissen und ist von Steinberg (Kamnik) durch einen ziemlich tiefen Talgraben geschieden. — Auf der andern Seite gegen Cerkno (Kirchheim) trennt ihn ein Graben, den ein Wässerlein durchfliesst, das etwas unterhalb Otalež entspringt und gleich so stark ist, dass es einen Mühlstein treibt; das dürfte der Steinbach sein, heutzutage V potocih (= ein Wasser aus mehreren Quellen zugleich entspringend) genannt. Dieses Wasser scheint einstens an einer höher gelegenen Stelle des Berges hervorgesprudelt zu sein, und dürfte erst im Laufe der Zeit seine gegenwärtige Ausflussöffnung tiefer gesucht haben, dass dem so sei, davon zeugt der Umstand, dass nach starken Regengüssen die Wasser weit oberhalb der angeführten Quelle aus dem Berge dringen, gleichsam als ob sie gestaut die mehr unten gelegene Ausflussöffnung nicht zu erreichen vermöchten, während die normalen Niederschläge innerhalb des Berges hinab dringen und an besagter Stelle unten zu Tage treten. Gegenwärtig gehört der ganze angeführte Landstrich zur gefürsteten Grafschaft Görz; wie die Urkunde weist, gehörte er damals in Ulrichs Zeiten unter seine Verwaltung.

cursibus, molis, molendinis, piscationibus, siluis, uenationibus, exitibus et reditibus, uiis et inuiis, quesitis et inquirendis, cum omni utilitate quae ullo modo inde prouenire poterit. Ea videlicet ratione, ut prenominatus episcopus et sui successores liberam d[eh]inc[1]) potestatem habeant de prefato predio obtinendi, tradendi, comutandi, precariandi, uel quicquid illis ad usum aecclesiae placuerit inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni aeuo permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra uidetur corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis (M.) inuictissimi.

Gregorius cancellarius uice Annonis archicancellarii recognoui.

Data V. kal. octobris. Anno dominicae incarnationis M.LX.III. Indict. II. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis. VIII. Regni vero VI. Actum iuxta flumen Fisik, in Dei nomine feliciter AMEN.

Orig., Pgt., gut erhalten, Eigentum der krain. Industriegesellschaft aufbewahrt im krain. Landesmuseum; Sinnacher Beitr. zur Gesch. von Säben (Brixen) II, 571, Nr. 92: Mon. boica 29ª 164.

42.

Markgraf Ulrich — (Aquileia).

1064, ..., ... Hartwig de castro Pyranensi und seine Frau Bona geben dem Markgrafen Ulrich von Istrien das castrum Veneris. — Anno Henrici regis . . . MLXIV.[2])

De Rubeis M. eccle. Aqu. 535; Arch. f. K. ö. G. Qu. II. Bd. (1849.) 313 Nr. XCII.

43.

Markgraf Ulrich — (Aquileia).

1064, 31. Juli, Goslar. Heinrich IV. schenkt dem Markgrafen Udalrich 20 Königsmansen in seiner Grafschaft Istrien.

Henricus divina favente clementia rex. Omnibus Christi nostrisque fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, qualiter nos ob interventum fidelium nostrorum, dilecti scilicet magistri nostri Annonis Coloniensis archiepiscopi [et] Adalberti Hamen-

[1]) An der Bugstelle durchlöchert. — [2]) Bei de Rubeis das falsche Datum MXIV.

burgensis [1]) archiepiscopi, viginti regales mansos in pago Histrie [2]) in villis et castellis subtus [3]) nominatis Puviendi, [4]) Lompaga, [5]) Bangul Curtalla, [6]) Lahanewit [7]) et in villa que vocatur ad sanctum Martinum Rus, [8]) Winstrin, [9]) Rana, [10]) in comitatu Odalrici marchionis sitos, eidem prefato Odalrico marchioni ob fidele servitium eius cum omnibus appenditiis hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, agris, pratis, pascuis, vineis, silvis, venationibus, terris cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus et redditibus, viis et inviis, quesitis et inquirendis in proprium dedimus atque reddidimus, ea videlicet ratione, ut predictus Odalricus marchio liberam inde potestatem deinceps habeat, remota omni contradictione tenendi, vendendi, [11]) comutandi, precariandi vel quicquid de eodem predio voluerit faciendi. Et ut hec nostra regalis traditio stabilis et inconvulsa omni remaneat tempore, hanc cartam inde conscribi manuque propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Et quicumque hoc regale preceptum violaverit, centum libras auri persolvat medietatem [12]) camere nostre et medietatem prefato et prescripto marchioni Odalrico.

Signum domni Henrici quarti regis.

Sigeardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.

Data II. kal. augusti anno dominice incarnationis MLXIIII, indictione II., anno autem ordinationis domni Henrici regis VIIII, regni vero octavo. Actum Goslar in dei nomine feliciter amen.

Aus den „Priv. antichi d' Aquileia" chart sec. XV, in dem Archivio di stato in Venedig (Consultori in iure Nr. 345 (Bd. I.) fol. 14); Mitt. d. Inst. f. öst. Geschichtsforschung I. Bd. 2. Heft, 294, Nr. 15; Stumpf Reichskanzler III. 5. Abt. 723, Nr. 519.

44.

Aquileia.

1066, 16. November, Eckartzberga. Heinrich IV. schenkt seinem Getreuen Adalbert die Villa Strengi in Istrien.

Henricus divina favente clementia rex. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos fideli

[1]) Stumpf: Hammaburgensis. — [2]) St. Hystrie. — [3]) St. subter. — [4]) St. Pumendi. — [5]) St. Lempaga. — [6]) Oder Curtalba, Joppi. — [7]) St. Lahanennit. — [8]) St. Ruz. — [9]) St. Uzemenstrum. — [10]) Die Namen verderbt im Thes. eccl. Aquil. nr. 594; in certis locis Istrie videlicet Pingone (Pinguente) Bagnol et Ruyn (Rovigno) et aliis. — [11]) trahendi. — [12]) mediates.

nostro Adalberto ob interventum et petitionem coniugis nostre Berte regine aliorumque fidelium nostrorum necnon ob fidele servitium eiusdem Adalperti quandam villam Strengi dictam in pago *a)* et in marchia Hystriensi [1]) Wuodalrici [2]) marchionis sitam cum omnibus appenditiis hoc est utriusque sexus mancipiis vineis agris pratis campis pascuis silvis venationibus aquis aquarumque decursibus molis molendinis piscationibus exitibus et redditibus viis et inviis terris cultis et incultis montibus et collibus forestis et forestariis quesitis et inquirendis omnique utilitate in proprium dedimus confirmavimus atque possidendam concessimus, ea videlicet ratione ut eidem Adalperto nullus successorum nostrorum hec data auferre alienare aut ullo modo presumat inquietare, sed ipse eiusque heres cuicumque ab ipso cum presenti privilegio tradita fuerit inde liberam potestatem habeant tenendi precariandi commutandi vel quicquid illis placuerit faciendi. Quicumque hanc cartam hereditario iure possederit, et hec donaria nostra omnium contradictione remota usque in mediam laymam *b)* possidebit. Et ut hec nostra regalis traditio stabilis et inconvulsa omni permaneat evo, hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri manu corroboratam insigniri iussimus impressione. Si quis vero hec regalia instituta violare aut in aliquo presumat infringere, sciat se centum libras auri optimi daturum, medietatem *c)* camere nostre cetera autem eiusdem predii possessoribus.

Signum domni Henrici invicti regis.

Sigeardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.

Data XVI. kal. decembris anno dominice incarnationis MLXVI, indictione IIII, anno autem ordinationis domni Henrici quarti regis XIII, regni vero X. Actum Ekkarsberge.

Aus den „Priv. antichi d' Aquileia" chart. XV, in dem Archivio di stato von Venedig (Consultori in iure Nr. 345 (Bd I.) fol. 14—15), Stumpf Reichskanzler Urk. Nr. 520; Mitt. des Instituts für österr. Geschichtsforschung I. Bd. 2. Heft, 295, Nr. 16, beide Redactionen benützt, und ungleich gefunden. — Mit consultori in iure nr. 366b 22 f. 14' (!)

a) rogo. *b)* vielleicht für lamam oder lagunam? — So die Hs. *c)* medietas.

[1]) Stumpf Urk. Nr. 520 hat Ystrich. — [2]) Ibidem Udalrici.

45.

Freising.

1067, 5. März, Regensburg. König Heinrich IV. schenkt dem Bistum Freising die Ortschaften Couvedo, Lonche, Ospo, Rosariol, Trusche Steina und st. Peter in der Markgrafschaft Istrien.

C. In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Sanctae dei ęcclesiae profectui tanto diligentius providere debemus, quanto excelsius ex diuino munere sublimati sumus. Quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam prȩsentibus notum esse uolumus, qualiter nos Frisingensi ęcclesiae in honorem sanctę Marię sanctique Corbiniani constructæ et consecratæ ob petitionem ac interuentum Berthę reginae regni thorique nostri consortis dilectissimae instinctu quoque Epponis Niwenburgensis episcopi, Ekkiberti marchionis, Ǒdalrici marchionis, nec non ob fidele meritum Ellenhardi eiusdem sedis episcopi, has uillas Cubida, Lovnca, Ozpe, Razari, Trvscvlo, Steina, sancte Petre in pago Istria in marcha Ǒdalrici marchionis sitas cum omnibus appendiciis suis, hoc est utriusque sexus mancipiis, uineis, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, uenationibus, forestis, forestariis, ęcclesiis, areis, ędificiis, terris cultis et incultis, aquis aquarumue decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus et reditibus, uiis et inuiis, merkatis theloneis, monetis, quaesitis et inquirendis omnique utilitate in proprium dedimus, confirmauimus, perpetuo iure obtinendum concessimus, ea uidelicet ratione ut nullus successorum nostrorum imperator siue rex, dux, marchio, comes aut alia maior uel minor persona iudicialis haec data prędatae ęcclesiae auferre, alienare aut ullomodo prȩsumat inquietare, sed prȩnominatus episcopus eiusque successores liberam inde potestatem habeant tenendi, prȩcariandi, commutandi uel quicquid inde ad utilitatem eiusdem ecclesiae uoluerint faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat ęuo, hanc cartam scribi manuque propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (M.) quarti regis.

Gregorius cancellarius uice Annonis archicancellarii recognoui.

Data III. nonas Martii anno dominicae incarnationis M.LXVII., indictione V., anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XII., regni vero XI. Actum Ratispone feliciter amen.

Orig., Pgt., aufgedrücktes Sigel ausgefallen, im k. Reichsarchiv zu München; ebend. auch Codd. 189, f. 12, 238, f. 113', 191, f. 84 und 102; Meichelbeck I./1, 261; Resch Aet. millen. 96; Mon. boica XXIX/1, 170; v. Zahn Cod. dipl. Fris. I., 84—85, Nr. 83.

46.

Aquileia — Brixen.

c. 1067, 6. Juni, Tolmein. Altwin, Bischof von Brixen verzichtet zu Gunsten des Patriarchen Rabinger von Aquileia auf das Zehentrecht aller Güter, welche er in dessen Patriarchat im Besitze hat, wie auch auf jenen Zehent, welchen mehrere Vasallen seiner Kirche gegeben haben. Patriarch Rabinger dagegen überlässt Altwin nicht nur den Zehent seiner Landgüter in Krain so wie in Kärnten gelegenen Bauplätzen (Häusern), sondern auch die Abgaben, die er von den in Kärnten befindlichen Leibeigenen zu beziehen hatte, dann die Hälfte der Kirche von Dristach mit allem Zugehör für die ihm und seiner Kirche durch die Hand seines Vogtes Markward zurückgegebenen zwei Huben, die im Territorium von Vigaun liegen.

Innotescat apud sanctę ęcclesiae universitatem, qualiter Altwinus Brixinensis episcopus Rabingero patriarchę recognovit et tradidit manu advocati Chadalhohi justam decimationem ex omnibus bonis, quę in suo patriarchatu habuit: eam quoque decimam quam complures Herimanni suę ęcclesiae dederunt, et quicquid suo ęcclesiastico juri debuit, benigne fraterneque remisit. Econtra vero patriarcha, quia humillimis et fraternis precibus ejus noluit neque debuit resistere, decimas, quae ex cuncto ejus praedio in Carniola[1]) posito, et quae in Charinthia ex areis servisque suis proveniunt et dimidietatem ęcclesiae in Dristach dictę cum suis pertinentiis, cum consensu scilicet et consilio clericorum Heremanni, Perehtoldi, Johannis, Hartwici, Hilarii, laicorum autem Marcwardi, item Marcwardi, Johannis, Perehtoldi, Novollonis, Chuononis, Engilfridi, item Johannis, sibi suęque ęcclesiae manu sui advocati Marcwardi reddidit pro duabus hobis sitis

[1]) Cod: in Carniolo.

in territorio Vegun [1]) dicto, quibus praedictas decimas concambiavit. Postquam vero ex utraque parte vestitura legitime facta est his testibus quidem, Marcwardo, Johanne, Perehtoldo, Novollone, Chuonone, Engelfrido, episcopi vero testibus, item Marcwardo, Johanne, Woffone, Griffone, Ruodolfo, Paldamaro, Gottone, tota causa corroborata ipsius quidem pactionis formam certissimis dictorum factorumve servatricibus placuit mandari, nequis successorum suorum seu aliqua violenta potestas ullam fraudem convellendi, vel quoquomodo inquietandi hoc nostrae conventionis pactum possit commentari. Praeceptum in Tuimine. Actum octavo idus junii. Amen.

Brixner Cod. traditionum im Wien. Staatsarch. 515 fol. 37' n. 118.

47.

Aquileia.

1070, ..., ... Urkunde gedruckt im Schumi's Archiv für Heimatkunde I., 40, Nr. 16.

48.

Gurk.

1072, 9. Jänner, Regensburg. König Heinrich IV. bestätigt die Verwandlung des Stiftes Gurk in ein Bistum, und diesem alle Besizzungen, die teils er selbst jenem Stifte verliehen, teils die Gräfin Hemma mit ihren Voreltern von den Kaisern und Königen, Arnulf, Ludwig, Otto, Heinrich und Konrad erhalten und demselben zugewandt hat.[2])

Urkunde des Gurker Archivs, gedruckt im Hormayrs Archiv für Süddeutschland II. Bd. 237, Nr. xx.

---

[1]) Vigaun. — [2]) Vrgl. die Urkunden oben Nr. 17, 18, 21, 33 und 34. Zu berücksichtigen sind auch die Urkunden Nr. 36 und 40, die von Anzo, an die Kirche von Gurk gekommen sind.

49.

Brixen.

1073, 23. Mai, Augsburg. K. Heinrich IV. schenkt Altwin, dem Bischof von Brixen einen Wildbann auf seinen kirchlichen Besitzungen von dem Bache Doberpotok (Gutbach) bis zur Feistriz und von den Gipfel des Krainberges bis zur Mitte des Saveflusses.

C. In nomine sanctae et individuae trinitatis. Hainricus divina favente clementia rex. Cum omnium nobis servientium, a nobis ut ab omnium Domino pendeat intuitus, omnium quidem servituti congruis respondere beneficiis curamus et horum praecipue iustae petitioni acuiscere deliberavimus, ad quos non modo corporis verum etiam animae utilitatem spectare scimus. In quorum numero episcopum Brixinensem Aldwinum respeximus. Cujus petitionem, quia iusta et honesta videbatur, fieri ad iudicavimus. Interpellantibus etiam ac secum petentibus Berchta et regni et thori socia, Gebhardo Saltzpurgensi, Vtone Treuirensi archiepiscopis caeterisque fidelibus nostris. Siquidem Wildpannum, quem super praediis ecclesiae suae petiit, concessimus. Quorum prediorum longitudinem seu latitudinem certo rivorum limite determinavimus. De rivo Tobropotoch, quod teutonice Guetbach (dicitur), usque ad flumen Feistriza et a summo vertice Creine montis usque in medium fundum Sowe fluminis. Infra quem terminum nullum hominum aliquod genus venationis sine praedictae ecclesiae Brixinensis episcopi suorumque successorum licentia exercere banni nostri obligatione interdicimus. Et ut haec nostra decretali auctoritas firma et inconcussa omni aevo permaneat. Hanc chartam inde conscriptam et propria manu corroboratam, sigilli quoque nostri impressione insignitam omnis generationis tam futurae quam praesentis notitiae relinquimus.

Signum domni Hainrici (M.) quarti regis humillimi et invictissimi.

Adalbero cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.

Data X. kalendas Junii. anno dominicae Incarnationis M°LXXIII. Indictione XI. anno autem ordinationis domni Hainrici quarti regis XVIIII., Regni vero XVII. actum est Augustae feliciter in dei nomine.

Nach einer im J. 1867 in Laibach angefertigten, im k. k. Staatsarchiv aufbewahrten Copie des jetzt nicht vorhandenen Originals; Sinnacher, Beitr. z. G. v. Säben II. 577—578, Nr. 96; Horm. B. z. Gesch. Tir. I./2, 53—4; Mon. boica 29a, 183.

50.

Freising — Aquileia.

1074, 15. Juni, Aquileia. Bischof Ellenhart von Freising vergleicht sich mit Patriarch Sighart von Aquileia betreffs der Zehente auf dem Gebiete von Lack und vereinbart sich weiters mit demselben hinsichtlich des Baues von Kirchen, der Anstellung von Priestern, ihrer weltlichen Bezüge u. s. w.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter Ellinhardus Frisingensis episcopus recognouit omnem decimam de uniuersis bonis quę ęcclesia sua tunc temporis habuit in comitatu Carniolę, sanctę Aquilegiensi ęcclesię per manum aduocati sui Ekkehardi ad altare sanctę Marię in manum Sigehardi pathriarchę suique aduocati Marchvardi. Post hęc vero idem episcopus traditis duabus Sclauonicis massaritiis cum omni iure ac proprietate qua ipse eas habuit, in pertinentia curtis suę Lonka dictę sitis, una seruo, altera libero possessa ac plenaria decimatione iiii arearum ibidem positarum, necnon et delegatis x Sclauonicis massariciis apud Uuinperch cum integra trium eiusdem curtis arearum cunctorumque tunc temporis inibi degentium seruorum decimatione eandem decimam redemit. Preterea inter eos conuentum est, ut si quos pathriarcha uellet ad ęcclesias in Lonka constructas determinare, clerici qui ibi sunt, ita illos sicuti qui et determinati sunt, ad Christianitatis iura legitime compellat, ac inde et de ceteris ad ius pathriarchę pertinentibus sibi uel archidiacono suo respondeant. Collaudatum quoque est, ut Frisingensis episcopus in supradictis a se datis aput Uuinperch massariciis ubicunque pathriarcha postularet, ecclesiam faceret fabricari ea ratione ut pathriarcha eam consecrans incolas earundem massaritiarum et siquos alios preter ad episcopum pertinentes uellet, ad eam determinaret, idem etiam episcopus in suis bonis iuxta utriusque partis uoluntatem ubi opus esset, unam uel duas aecclesias construeret et pathriarcha uel episcopus ipsius licentia eas consecraret ita tamen, vt omnes ad episcopum pertinentes et siquos alios pathriarcha uellet, ad eas determinaret. Ut autem huius concambii ac conuentionis firmitas stabilis et inconuulsa permaneat, cleri ac populi ex utraque parte assensu roboratum (!) est. Huius rei testes sunt de militibus Aquilegiensis aecclesię Ratpot, Marchuart, Johannes, Gozpreht, Heinrih, Altman, Durinch, Adalper, de familia Nouol, Ermenhart, Johannes,

Engilfrit, de militibus Frisingensis ęcclesię Wignant, Erchinpreht, Reginmar, Heimo, de familia Dietrich, Pezili.

Actum in civitate Aquilegia XVII. kalendas Julii anno dominicę incarnationis M. VII. IIII. (!)[1], indictione XI.

Orig., Pgt., (littera paricla), aufgedr. Sigel im Fragment, k. Reichsarchiv zu München; ebend. Codd. 189, f. 28', 238, f. 114' und 191, f. 112; Meichelbeck I./2, 521, Nr. 1248a; Resch: Aetas millen. 106: v. Zahn Cod. dipl. Fris. I., 89, Nr. 89.

51.

Aquileia.

1077, vor Ostern, Pavia. König Heinrich IV. schenkt dem Patriarchen Sigehard von Aquileia die Grafschaft Friaul und die Villa Luzanik.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Amen. Henricus divina favente clementia rex. Patrum nostrorum orthodoxorum exempla secuti, qui rebus suis ecclesias Dei aedificantes non tam propriis haereditatibus quam rebus ad Fiscum regium pertinentibus ditaverunt salubre est et honestum duximus, dies juventutis nostrae hujusmodi studiis transigere, ut et vita nostra longaevior sit in tempore et tempora jucundiora in tranquilla pace. Quapropter omnibus Christi nostrisque fidelibus tam futuris quam praesentibus notum esse volumus: qualiter nos ob remedium animae nostrae et interventu excellentissimae matris nostrae Agnetis imperatricis et dilectissimae conjugis nostrae Berthae reginae ceterorumque fidelium nostrorum, scilicet archiepiscoporum Theodaldi Mediolanensis, Umberti Ravennatis instinctuque carissimi cancellarii nostri Gregorii Vercellensis episcopi, Burcardi Losanensis episcopi, Epponis Cizetensis episcopi, Benonis Osnabruggensis episcopi et ducis etiam Liutoldi, marchionum quoque Gulielmi, Azzonis, Adalberti nec non ob fidele servitium Sigehardi patriarchae comitatum Forojulii et villam Lunzanigam dictam omneque beneficium, quod Ludowicus comes habebat in eodem comitatu situm cum omnibus ad regalia et ad ducatum pertinentibus hoc est placitis, collectis, fodro, districtionibus universis, omnique utilitate, quae juste ullo modo poterit provenire, sanctae Aquilejensi

[1] Ueber VII. ist ein Kürzungsstrich, welcher vielleicht die ordentliche Schreibung der Zehner ersetzen soll.

ecclesiae et praelibato fideli nostro Sigehardo patriarchae suisque successoribus per praecepti hujus traditionem in proprium dedimus atque tradidimus, ea videlicet ratione, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes vel aliqua major vel minor persona nostri regni praedictam ecclesiam vel praedictum fidelem nostrum Sigeardum patriarcham suosque successores de omnibus praedictis rebus divestire, molestare, aut ullo modo praesumat inquietare. Quod si praesumpserit, sciat se compositurum centum libras auri, medietatem camerae nostrae ac medietatem antedictae ecclesiae. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconvulsa omni permaneat aevo hanc chartam inde conscribi manuque propria corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum domni Henrici quarti regis invictissimi.

Gregorius Vercellensis episcopus ac cancellarius vice domini Hitolphi Coloniensis archiepiscopi archicancellarii recognovi.

Datum anno ab incarnatione dom. nostri Jesu Christi MLXXVII, indictione XV. anno autem ejusdem ordinationis quidem domini Henrici IV., XXVI. Regni vero ejusdem XXIII. Actum Papiae feliciter.

Cappelletti Le chiese d' Italia VIII. p. 190—191. Rubeis, Monumenta Ecclesiae Aquilejensis pag. 537—538 Nr. V.

52.

Aquileia.

1077, 11. Juni, Nürenberg. König Heinrich IV. schenkt dem Patriarchen Sigehard von Aquileia und seiner Kirche die Mark Krains.[1])

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Henricus diuina fauente clemencia Rex. Si ecclesias dei honoramus, ditamus et sublimamus, regno nostro stabilitatem, corpori salutem, anime quoque aeternam remuneracionem per hoc adipisci non dubitamus. Unde uulgatum esse ubique in regno nostro uolumus, quod nos fecimus æcclesie Aquilegensi in honorem uidelicet Sancte dei genitricis uirginis Marie, et sancti Ermachore qui in eadem æcclesia et membris requiescit et coruscat miraculis. Igitur pro caro nobis et fideli seruitio ac peticione Sigehardi eiusdem sancte Aquilegensis æcclesie pa-

[1]) Vrgl. Arch. f. H. I p. 9 u. 33—36.

triarche, subueniente dilecta nostra Berta regina nec non aliis nostris fidelibus ad hoc nitentibus scilicet Embricone Augustensi [1]) episcopo, Wothalrico Eihestensi, Eppone Niwenburgensi, Bennone Osinabruggensi, Gebehardo Pragensi episcopis, ducibus quoque Writizlao Bohemie et Liudolfo Carintie, Cvonone palatino comite, et Tiepoldo marchione, et aliis quam pluribus nostris familiaribus marchiam Carniole [2]) de nostra regali proprietate et potestate, in proprietatem et potestatem sancte prefate Aquilegensis æcclesie, et prenominati eiusdem sedis patriarche Sigehardi [3]) suorumque successorum tradidimus et perpetualiter concessimus ea uidelicet racione ut idem Sigehardus patriarcha eandem marchiam possideat, obtineat et omnigena lege et quo sibi placeat iure utatur, ac post uite sue decursum successoribus suis cunctis in id ipsum relinquat, huius ergo nostre regalis auctoritatis et tradicionis testem cartam presentem inde conscriptam, et propria manu corroboratam, sigilli quoque nostri impressione ut infra uidetur insignitam omnis generacionis tam future quam presentis relinquimus noticie.

Signum domni Henrici regis quarti inuictissimi. (M.)

Gebeardus Pragensis episcopus et cancellarius uicem Sigifredi archicancellarii recognoui.

Data iii idus iunii, anno dominice incarnacionis mill. lxxvii indictione xv anno autem ordinacionis domni Henrici quarti regis xx.iii Regni uero xx.i. actum Nverenberc in nomine domini nostri Jesu Christi feliciter.

Ego Petrus Foroiuliensis notarius ut uidi in autentico priuilegio ita fideliter transcripsi et me ferente nec dictione per sillabam addedi nec pretermisi etc.

Copia contemporanea im Capitelarchiv zu Udine, vrgl. diese mit der Copie im Arch. f. H. I. 9—10.

53.

Aquileia.

1077, 11. Juni, Nürenberg. K. Heinrich IV. schenkt dem Patriarchen Sigehard von Aquileia die Grafschaft Istriens.

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Heinricus dei gratia rex. Ea per iniuncto didicimus, quam preclaram et permansuram

[1]) Abschr.: Augustense. — [2]) Abschr.: Corniole. — [3]) Abschr.: Sigerhardi. —

adepti sint famam reges seu imperatores, nostri uidelicet antecessores, quia suorum fidelium clementer cognoscentes seruicia, regali eos ditauerunt munificencia, quanto magis ecclesias Dei sua sublimantes abundantia. Quorum uero exempla nos aeque potentes aeque diuites secuti fideli nostro Sigeardi patriarche [1]) sue sancte Aquilegensi ecclesie ad honorem Dei genetricis uirginis Marie et s. Hermachore inibi requiescentis pro peticione dilecte nostre regni ac thori nostri consortis Berthe reginae, subuenientibus quoque ad hoc familiaribus nostris Embricone Augustensi Wothalrico Eihstensi, Eppone Niuuemburgensi, Bennone Osinabruggensi, Gebeardo Pragensi episcopis, ducibus autem Writizlao Boemie ac Liudolfo Carintie, Cuonone quoque palatino comite et Tieboldo marchione, aliis quoque nostris quam pluribus amicis comitatum Istrie tradimus ac perpetua proprietate dicamus ea quippe racione, ut idem prefatus patriarcha Sigeardus liberam potestatem habeat eundem comitatum possidendi, obtinendi uel cuicumque dandi. Hanc ergo potestatem sibi suisque concedentes successoribus regalem nostram auctoritatem in hoc et tradicionem per hanc cartam inde conscriptam et propria manu corroboratam ac sigilli nostri impressione insignitam omnibus seculis notificamus.

Signum domni Henrici IV. regis inuictissimi. (M.)

Gebehardus Pragensis episcopus et cancellarius uice Sigefridi archicancellarii recognoui.

Datum III. idus iunii anno dominice incarnationis MLXXVII. indictione XV. anno autem ordinacionis domni Henrici regis XXIII. regni uero XXI. Actum Nuerenberc. In nomine domini Jesu Christi feliciter amen.

Ego Petrus Foroiuliensis notarius perlecto antentico priuilegio hoc rescriptum ab eo fideliter releuatum cognoui et ideo propria manu corroboraui.

Copia contemporanea in den ausgewählten Pergamenten des k. Staatsarchivs zu Venedig.

[1]) Abschr.: patriarce.

54.

Brixen.

c. 1080,. . . ., actum Chreine. Der soeben frei gewordene Tobrogor schenkt ein Landgut zu Veldes mit Haus, Weingärten, Wiesen und Aeckern auf den Altar seines Vogtes Chariling.

Universis — notum sit, qualiter quidam libertatem sortitus „Tobrogor" personatus tale praedium, quale venerabilis Praesulis Altwini fidelibus loco Veldes est demonstratum, curti fero, vineis, pratis, agris etc. supra altare SS. Cassiani et Ingenuini in manus praelibati Antistitis suique Advocati Charilingi — donavit. Testes tracti per aures: Wezil, Heinrich, Orindil, Mazili, Johannes, Adelurit, Prezlau Hezil, Ratpoto, Gotescalch. — Vestitura — istis — testibus firmata: Heinrico, Orendilo, Mazilone, Johanne. Actum Chreine.

Brixner Cod. trad. 515. fol. 47', n. 153 im k. k. Staatsarchiv.

55.

Brixen.

c. 1080, ..., actum Chreine. Der Edelmann Charilinc vollzog den Auftrag, welchen ihm der freie Gundram gemacht hatte, zwei Jauchert Feldes an dem Orte Koritna (Pfarre Veldes) auf dem Altar der heil. Kassian und Ingenuin in die Hände des Bischofs Altwin zu übergeben.

Non minus pateat — qualiter quidam nobilis ex genere Charilinc nomine duo jugera a quodam liberto Gundram personato loco Corithna sibi tradita supra altare SS. Cassiani et Ingenuini in manus Episcopi Altwini donavit. Testes: Wezil, Heinrich, Orendil, Mazili, Adalorit, Johannes. — Vestiturae testes sunt: Orindil, Johannes Mazili. Actum Chreine.

Brixner Cod. trad. 515, fol. 47'' n. 154. im k. k. Staatsarchiv.

56.

Brixen.

c. 1080, . . ., actum Chreine. — Der eben genannte Vogt Charilinc übergiebt seinen Knecht Heinrich auf dem nämlichen Altar als Sühne, weil er einen solchen Dienstmann des Stiftes Brixen getödtet hat.

Omnis — posteritas — agnoscat, qualiter idem legator quendam suum servum Heinrich personatum pro alio Brixinensis familię Serviente, ab eodem interfecto, supra altare SS. Cass. et Ing. in manus praelibati Episcopi — tradidit. — Testes: Wezil, Heinrich. Orendil, Mazili. — Actum Chreine.

Brixner Cod. trad. 515 fol. 48 nr. 155 im k. k. Staatsarchiv.

57.

Brixen.

c. 1080, . . ., actum Chreine. Der Edelmann Grifo opfert seinen Knecht Sinzus auf den Altar der heiligen Ingenuin und Albuin und Martin.

Notum sit omnibus, — qualiter quidam nobilis homo Crifo personatus, suum servum Sinzum nominatum supra altare SS. Ing. et Albuini et Martini — tradidit. — Testes: Hezil, Wezil, Piligrim, Scuribrant, Hezeman, Altger, Mantuvin. — Actum Chreine.

Brixner Cod. trad. 515 fol. 73. n. 237 im k. k. Staatsarchiv.

58.

Kloster Rosazzo.

1083, . . ., ... Heinrich, Graf von Görz, aus dem Geschlechte von Eppenstein, schenkt dem Kloster Rosazzo „super Tulminum“ (oberhalb Tolmeins), die Ortschaften Idria und Livina.

Urkundentranssumpt des Klosters Rosazzo aus dem J. 1496 im k. k. Staatsarchive, gedruckt bei Czörnig Gesch. v. Görz p. 485—486.

59.

Aquileia.

1093, 12. Mai, Aquileia. Kaiser Heinrich IV. schenkt der Kirche von Aquileia wiederum die Mark Krains, die er auf Veranlassung schlechter Ratgeber derselben entzogen und anderweitig verliehen hatte.

Heinricus Dei gratia quartus Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus Christi nostrisque fidelibus tam futuris quam praesentibus, qualiter nos tempore Sighardi Patriarchae bonae memoriae pro fideli servitio ejus et pro petitione aliorum fidelium nostrorum quandam Marchiam nomine Carniole[1]) Aquilejensi ecclesiae ob honorem s. Dei genetricis Mariae sanctique Hermagorae dedimus, postea vero concilio quorundam non bene nobis consulentium eandem Marchiam praedictae ecclesiae subtrahendo abstulimus, alii eam concedentes. Nunc igitur recognoscentes justitiam ad reconciliandam nobis s. Dei genitricem Mariam praefatae ecclesiae reddidimus et pro remedio animae nostrae tum pro dilectione et fideli servitio Vodalrici Patriarchae fidelis nostri et dilectissimi consanguinei, tum ob interventum fidelium nostrorum videlicet Meginwardi Frisingensis episcopi et Dieboldi marchionis, Burcardi marchionis, Werneri marchionis, Henrici de Hoverdas (!), Burcardi fratris Burcardi marchionis, Adalberti d' Othemburg (!), Amelrici de Busco aliorumque quos nominare longum est, praedictam Marchiam Aquilejensi ecclesiae ad honorem s. Mariae sanctique Hermagorae in proprium dedimus cum tali jure et justitia, qua eam nos habuimus et antecessores nostri regesve vel imperatores habuerunt ea scilicet ratione, ut praedictus Udalricus patriarcha ejusque successores liberam potestatem habeant, possidendi, obtinendi[2]) vel quidquid illis ad utilitatem ecclesiae placuerit inde faciendi. Et ut hujus traditionis auctoritas omni aevo firma et inviolata permaneat, hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum domni Henrici quarti Romanorum imperatoris.

Humbertus[3]) cancellarius vice Routhardi[4]) archicancellarii recognovi.

---

[1]) Abschr.: „Carnioliam" vrgl. die Anmerkung im Arch. f. H. I., 156, Anm. 1. — [2]) Abschr.: obtineant — [3]) Abschr.: Heinricus. — [4]) Lünig Cod. Ital: Reconradi.

Datum est IV. Idus Maii anno ab incarnatione D. MLXXXXIII. Indict. I. anno vero D. Henrici regni ejus XXXVIII[1]) imperii vero IX. Actum Papiae feliciter in Christi nomine. Amen.

Ughelli Italia sacra Tom. V. pg. 59; Lünig Cod. Ital. IV. 1534; vgl. die Anmerkung bei Stumpf, die Reichskanzler Nr. 2919.

60.

Istrien.

c. 1093, . . ., ... Ulrich II., Markgraf von Istrien, Engelbert, Graf (von Görz), sowie die Bischöfe und Adligen Istriens verbinden sich durch einen Schwur alle Bewohner der Städte, Schlösser und der Landgüter, die diesen Vertrag beschwören werden, gegen jedermann zu verteidigen und dadurch die Ehre der Mark Istrien zu wahren. Zugleich wird die Blutgerichtsbarkeit über die Landbewohner dem Markgrafen Ulrich übertragen.

Forma Sacramenti d*(omini)* W*(odorlici)* marchionis et domini comitis Hengelperti, et episcoporum, et Hystriae magnatum: fiet in hunc modum quod ipsi jurabunt (*defendere*) omnes homines civitatum, castellorum et villarum qui ad hanc cartulam jurabunt. In marchia Hystriae contra omnes homines qui eos molestare voluerint bona fide sine omni fraude, et hanc cartulam infra tempus constitutum firmam obtinebunt, et manutenebunt bonum statum et honorem totius Hystriae. Simili modo paysani jurabunt eis, et tantum plus quia omnes honorem domini W. marchionis Hystriae bona fide sine omni fraude obtinebunt. Statutum est, ut si aliquis paysanorum sine ratione vel judicio aliquem paysanorum occiderit, quod Deus advertat, personam ammittat et bona sua omnia in duas partes dividantur ita, ut una medietas sit propinquorum mortui et alia domini W. marchionis et loci offensionis salvo alio jure ipsius marchionis et sit homicida inimicus domini marchionis et omnium Hystriae paysanorum in perpetuum nisi prius gratiam propinquorum occisi invenerit, et in aliquo loco paysanorum Hystriae non recipiatur. Qui si inventus fuerit et querimonia de eo venerit . . . . . .

. . . . . capere si possunt, et de eo rationem facere vel eum nuntio marchionis presentare, qui de ipso justiciam faciat. Et si homicida dixerit se defendendo fecisse homicidium . . . . . .

[1]) sic.

..... tate
pugnam facere non poterit. Tunc dominus marchio W. cum commune illius loci debent pugnam facere per campionem .....
.....
..... mittere vel eam recuperabit xL Libr. Ven. Ad
..... W. marchionis et a loco ..... ss. .....
.....

Dr. Kandler, Cod. dipl. Istriano = da carta dell' abbate Pirona di Udine (in Udine nicht vorhanden); Bianchi, Thes. 229, Nr. 551.

61.

St. Paul.

1093, Anfangs Dezember, ... Thiemo, Erzbischof von Salzburg tritt der Kirche von St. Paul mit Einwilligung des gesammten Clerus und Volkes einen Teil des Zehent ab und gesteht dem Kloster das Pfarrrecht, dem Abte und dessen Nachfolgern das freie Begräbnis zu.

Anno dehinc secundo. decembris mensis inicio.[1]) templi dedicatione sollempniter peracta. concessit eidem ecclesie partem quandam decimationis obtentu eiusdem domini nostri aduocati sui Engelberti. cum consensu presentis tunc plebis ac cleri. uir. merito beatificandus. Tiemo sancte Juuauensis sedis arhiepiscopus. non longe post Christi martir futurus.[2]) ea dumtaxat conditione. ut in tribus monasterii possessionibus hoc est Gorinsig. Griuina. et Andrichsdorf. terciam partem decime que scilicet ad episcopum pertinebat. illi fratres haberent. noualium decimas que intra episcopii terminos iam tunc adeptus esset. idem locus in perpetuum obtineret. Regimen quoque plebis a tempore sancti Hardwici ad eandem ecclesiam pertinentis.[3]) abbati eiusque successoribus concessit. sepulturam loci omnimodis liberam esse decreuit. Que res in omnium qui tunc ibi confluxere perlata noticiam. cuncto-

[1]) Im zweiten Jahre nach der feierlichen Gründung, also Anfangs December 1093. Muchar, l. c. IV. pag. 329, sagt unrichtig im Jahre 1091. — [2]) Erzbischof von 1090—1101. Das Nekrologium hat ddo. 13. März: „Memoria S. Thiemonis Martyris Archiepiscopi Salisburgensis, qui summum templum Monasterii S. Pauli consecravit et anno Domini MCI. Martyr ad Deum migravit". — [3]) Hartwic war Erzbischof 991—1023. Die Kirche, von der hier die Rede ist, war dem heiligen Egidius geweiht und stand nach Urkunde vom 6. December 1240 „in ipso monasterio", und nach dem „Archivum" (Tom. III. fol. 178) „in medio atrio intra muros monasterii". Abt Hieronymus liess sie im Jahre 1618 niederreissen, weil sie schon sehr baufällig war.

rum ipsius procerum. et ascriptorum est testium corroborata presidio Poppo gener comitis [1]) Cholo ſororis epiſcopi [2]) filius. Chûno ſcrôt. Ludwich Ludwici filius. Arnolt. Adilman. Reintach. Perhtolt de Vochenburch. Manegolt. Otto. Brûn. et Raben cum compluribus aliis.

Archiv 1820, pag. 289. Ankershofen, l. c. Regesten Nr. 5, pag. 68; B. Schroll. Urkb. d. Kl. s. Paul 8, Cap. IV.

62.

St. Paul.

1093, .. December, ... Poppo III., Markgraf von Istrien; Weriant von Windischgratz, Ludwig, der Sohn Ludwigs, wie Arnold und Sitzo machten an die Kirche von St. Paul einige Schenkungen an Grund und Boden.

Tunc temporis etiam prefatus Poppo Histriensis marchio. dedit sepedicto loco unum curtile cum hortis suis intra muros Aquilegie urbis. Weriant de Grez [3]) duos mansus trans siluam aput Celnitz.[4]) Ludwich Ludwici filius duas hobas. et quartam partem uectigalium in Vûstriz [5]) et ut homines ecclesie qui eadem bona incolunt. communionem habeant in saltu adiacente. a torrente Vdmunt dicto. usque ad torrentem Gêmnitz. pascendo. uenando. et omni utilitate.

---

[1]) Gemal der Richarda, Tochter Engelbert's I., Markgraf von Istrien, welchen Titel er im Cap. V führt. Siehe über ihn: Ankershofen, I. c. II. pag. 819. Tangl, Die Grafen etc. aus d. Hause Eppenstein, Abt. IV. pag. 5. Neugart, l. c. I. pag. 51 Das Nekrologium hat ddo. 3. Jänner: „Poppo marchio Histriensis". — [2]) Des Thiemo. — [3]) Windischgratz. — [4]) Zellnitz am linken Drauufer ober Marburg. — [5]) Feistritz am linken Drauufer unterhalb Zellnitz. Dass das im Urbar von 1290 „in supanatu Celntz" gelegene Feistritz gemeint sei, beweist der Umstand, dass ebendaselbst auch der Giessbach Vodmunt vorkommt, indem nach den Besitzungen in villa Celntz et in monte Waltz sogleich die in monte Wûdmund angeführt werden. Doch ist jetzt nicht mehr zu bestimmen, welche zwei Bäche gemeint sind. Vielleicht entspricht der mons Wûdmund dem Berge Wautz, nördlich von Zellnitz, oder es ist, da Abt Hieronymus im Archivregister von 1618 sagt: „a torrente Wuodmat usque ad fluvium in Gamnitz", das heutige Wurmath westlich von Zellnitz. Der Giessbach Gemnitz würde bei Gams zu suchen sein, wenn man nicht wegen zu grosser Entfernung den oberen Lauf des Gamlitzbaches, der bei Ehrenhausen in die Mur mündet, annehmen will. Muchar, l. c. IV. pag. 336, hält es für Feistritz bei Lembach am rechten Drauufer.

Item Arnolt et Sitzo [1]) tradiderunt duos mansus in Plesteten [2]) sitos. pro anima Perhtoldi nepotis sui. Harum IIII^{or}. donationem insimul factorum testes sunt hii. Engelbertus comes. Poppo marchio. Weriant. Arnolt. Purchart. Petrus. Herolt. Marquart. Rûthart. Herman. et alij multi.

Archiv 1819, pag. 113. Ankershofen, l. c. II. Regesten Nr. 6, pag. 69, teilweise; B. Schroll, Urkundenbuch des Klosters St. Paul p. 9, Cap. V.; Zahn Urkb. f. Stmk I. 100, Nr. 87.

63.

Aquileia.

c. 1101, ..., ... Ulrich II., Markgraf von Istrien schenkt St. Syrus nach Aquileia.

De Rubeis 535—536 mit „anno dominice incarnationis M.CI, indictione XIII.; — Arch. f. K. ö. Gesch. Quellen II. Bd. (1850) 181, Nr. 179.

64.

Abtei s. Jakob zu Lüttich — (Burchard, Markgraf von Istrien).

1101, 1. Juni, Aachen. Urk. gedruckt im Schumi's Archiv für Heimatkunde I., 10, Nr. 5.

65.

Aquileia.

1102, ..., ... Ulrich II., Sohn des Markgrafen Ulrich I. schenkt der Kirche von Aquileia das Schloss Portole in Istrien.

De Rubeis M. ecclae. Aquil. 536.

66.

Friaul — Istrien — Krain.

1102, 3. Oktober, Cividale. Die Eheleute Egino und Ilmengard verkaufen im Beisein ihres Verwandten Reinhart und seiner Söhne dem Schutzvogt Konrad so wie seiner Gemalin Matilda um tausend Silbersoldi ihre Besitzungen zu Latisana und Castellone in der Grafschaft Friaul; den Hof sammt Zugehör zu Golagoriza in Istrien, und ihren gesammten Besitz zu „Stermo" in Krain.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi M · C · II, quod est III. die mensis Octobris. Indictione X. Constat, nos Egino et

[1]) Das Nekrologium hat ddo. 6. Jänner: „Arnold. Zizo. Herold benefactores". — [2]) Plesteten, Dorf am Hart, östlich von St. Paul.

Ilmingart jugales, qui professi sumus. ex natione nostra lege vivere romana sed ego Ilmingart natione mea lege vivere Langobardorum, sed nunc pro viro meo lege vivere romana una cum notitia de propinquioribus meis parentibus, idest Reginardus et filii sui propinqui mei quia in eorum presentia vel testium certa facio professione quod nulla me pati violencia ad quopiam ominem nisi mea bona spontanea voluntate accepissemus nos comuniter sicuti et in presencia testium accepimus ad vos Condrado avocato et Mactilda iugales argentum valente sol. CCCCC.D. finito pretio in iugario nomine per quantum nobis pertinet in comitatu Foroiuliensi res et (in) familiis. In primo vero loco in Latisana et in Castellone idest casis curtiliciis, vineis, campis, pratis pascuis comunitatis et Histrie in loco Golgoriza et quantum ad ipsam curtem pertinere videtur; et in Carniola ad loco qui dicitur Stermo res et (in) familiis; idest Casis cum sediminis suis, vineis, campis pratis, pascuis, silvis, selectis, sationibus, rivis, rupinis, molendinis, piscationibus, venationibus. cultum et incultum, divisum et indivisum, sortitum et insortitum, una cum finibus at terminibus ac acgacenciis, usibus aquarum, aquarumque ductibus, tam in montibus quam in planiciis, locis seu servis et ancillis, una cum accessionibus et ingressibus, seu cum superioribus et inferioribus suis earum rerum, quarum supra-[dictum] est, ab hac die vobis cui supra Condrado avocato et Mactilda iugales pro supra scripto precio vendimus, tradimus, comutamus, nullus aliis venundate, donate, alienate, obnocziate vel tradite nisi vobis et faciens exinde a presenti die vos et heredibus et ac proeredibus vestris jure et proprietario nomine quicquid volueritis, sine omni nostra et eredibus nostris contradictione. Quidem et spondimus atque promittimus nos quod supra Egino et Ilmingart iugales nostrisque heredibus hac proheredibus vobis quod supra iugales, vestrisque eredibus hac proheredibus vestris aut cui vos dederitis qualiter supra scriptum instrumentum ab omni homine defensare quod si defendere non potuerimus aut vobis exinde aliquid pro quovis ingenium subtraere quesierimus, tunc in dupla eadem comutacione vobis restituamus, sicut pro tempore fuerit meliorate vel valuerit sub estimacione in consimilis locis vel personis et nec nobis liceat ullo tempore nole quod quidem volumus, sed quod a nobis semel factum vel conscriptum est jusiurandum conservare promittimus cum stipulacione subnixa et nihil nobis expensum precium aliquod deberi.

Actum est in Civitate Austrie sub solario feliciter. Signum manuum suprascriptorum qui hanc cartulam comutacionis scribere ro-

gaverunt et iugario acceperunt ut supra; Signum sup. Reginardo et filius propinco meo qui hanc cartulam comutacionis fieri consentiente, sup. a. Signum manibus Astaldus et Noipo consobrinus et Fedricus filius Aldini et Adelgeri filius Rantulfo et Johannes filius Maraldi omnes rogati testes. Ego Waltil notarius et iudex qui hanc cartulam comutacionis tradidi et dedi.

Ego *Wodolricus* patriarcha a Deo electo interfuit.

Ego *Cacilinus* iudex interfuit.

Ex Apographis SS. Liruti in Bibl. Civica zu Udine Nr. 935 collationiert Dr. V. Joppi; Dr. Kandler Cod. dipl. Istriano.

67.

Aquileia.

1102, 17. November, Aquileia. Ulrich II. Sohn des Markgrafen Ulrich I. von Istrien und seine Gemalin Adelheid schenken mehrere genannte Güter in Istrien der Kirche von Aquileia.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi anno ab incarnatione eiusdem nostri redemptoris millesimo (C.) secundo XV. kal. decembris, indictione X.[1]) (in) ecclesia sancte Marie virginis et sancti Hermachore martiris Christi patriarchatus sancte Aquilegensis,[2]) ubi nunc dominus Wodalricus vir venerabilis patriarcha preordinatus esse videtur. Nos Wodalricus filius quondam item Wodalricus marchionis et Adeleita iugales, qui professi sumus ex natione nostra lege viuere Boioariorum, ipso namque viro meo mihi qui supra Adeleita consentientem et subter confirmantem, offertor et offertrix, donator et donatrix, ipsius sancte ecclesie altario proprium duximus: ut quisquis in sanctis hac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerint iuxta auctoris vocem in hoc seculo centuplum accipiat, insuper at quod melius est vitam possidebit eternam ideoque nos qui supra . . . . iugales donamus et offerimus in eadem sancte Aquilegensis[2]) ecclesie pro anime nostre mercedis, i sunt ex integris cunctis casis, castris, et capellis, et monasteriis, et villis, seu seruis, et ancillis, et omnibus rebus, iuris nostri, quas habere et tenere visi sumus et nobis pertinet in comitatu Istriensi per locis quos nominauerimus vel ubicumque inuenire potueritis, excepto quod ante ponimus et in nostra reseruamus potestate . . Illud quod dedimus fidelibus nostris . . hec enim Meginhardo dedimus. Ronz . cum suis pertinenciis, Adalberto

[1]) Abschr.: XV. — [2]) aquilensis.

dedimus duo castella cum suis pertinentiis quorum nomina sunt Cernogradus et Bellegradus. Adalberto minori dedimus Calisedum et piscationem in Lemo cum suis pertinenciis. Et cum aliis omnibus rebus et familiis nobis pertinentibus in comitatu Istriensi in eandem ecclesiam facimus tradicionem. Inprimis nominatim castrum Pinquent et castrum Cholm, castrum Baniol et castrum Vrane et castrum Letai et castrum sancti Martini et castrum Josilach et villa ubi dicitur Cortalba inter latinos, castrum Veneris, villam Cuculi et villam Mimilliani et villam Cisterne et villam Petre albe et villam Druuine et villam Maticeniga, villam Cavedel, castrum Uuege (!), castrum Brisintina, villam Castan, castrum Castilione. villam sancti Petri cum monasterio sancti Petri et sancti Michaelis, vel per aliis quibuscumque locis inuenire potueritis de nostri iuris rebus in eodem comitatu in ciuitatibus quamque et de foris, in ipsis istis rebus i (hi) sunt tam casis cum sedeminibus, castris, capellis, monasteriis, villis, terris aratoriis, vineis, campis, pratis, pascuis, siluis, salcetis, sacionibus, riuis, rupinis, hac palludibus, tam in montibus, quamque in planiciis, locis cultis, et incultis, diuisis, et indiuisis, sortitis et insortitis, una cum finibus, terminibus, hac cessionibus, et usibus aquarum uquarumque ductibus, et cum omni iure adiacenciis, et pertinenciis, earum rerum, per loca et vocabula, ab ipsis casis et omnibus rebus pertinentibus, una cum predicta familia in integrum; que autem istis ex integris cunctis casis, et omnibus rebus, in eodem comitatu iuris nostri superius dictis una cum accessionibus et ingressoriis earum, seu cum superioribus et inferioribus suis, qualiter superius legitur, in integrum ab hac die in eadem sancte aquiliensis (!) ecclesie donamus, et offerimus, et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus faciendum. Exinde patriarcha Wodalricus, qui nunc est vel qui pro tempore post eum in eodem patriarchatu ordinati fuerint et deo seruierint, ad eorum usum et sumptum tam ipsi quamque successores eorum faciendum ex frugibus earum rerum vel censum quibus exinde annue dominus dederit, quitquid voluerint pro anime nostre nostrorumque parentum mercede, insuper per cultellum festucam, uuantonem et uuasonem terre, atque ramum arboris et vestitura, et nos exinde foris expellimus, unarpiuimus et absasno (sic) fecimus et ad eadem ecclesiam abendum reliquimus faciendum, exinde partes ipsius ecclesie, vel cui patres ipsius ecclesie dederint iure proprietario nomine quidquid voluerint, sine omni nostra et eredum ac proeredumque nostrorum contradictione

vel repetitione. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos ipsi iugales, quod absimus, aut ullus de heredibus hac proheredibus nostris seu quislibet homo, oposita persona contra hanc cartam ofersionis ire quandoque tentauerimus, aut eam per quoduis ingenium infrangere quesierimus, tunc adinseruimus ad illam partem vel contra quem exinde litem intulerimus, mulcta quod ex pena auri optimi unciis quinquaginta argenti ponderis centum, et quod repetierimus accin .... eamus, sed presens anc cartam ofersionis eternis temporibus firma et stabilis permaneat, atque persistat inconuulsa, cum stipulatione subnixa, et ad nos qui supra iugales et nostris heredibus hac proheredibus suprascripta ofersio ab omni homine defensare, que si defendere non potuerimus, aut si aput eandem ecclesiam exinde aliquid per quoduis ingenium subtrahere quesierimus, tunc in duplum eadem ofersionis ad predictam ecclesiam restituamus, sicut pro tempore fuerit melioratam, aut valuerint sub estimatione hominum ibidem aut in consimilis locis et predicta familia in consimiles duplas personas, et nec nobis liceat ullo tempore, nolle quod voluimus, sed quod a nobis semel factum vel conscriptum est, sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promittimus, et bergamena cum hanc trementario destera leuauimus, me paginam Wal(til)oni notarius, (et) iudex tradidi et scribere rogaui in qua etiam hic subter confirmans testibus que optulit roborandam. Actum in supra scriptam civitatem Aquilegiam feliciter.

Signum manuum supra scripti iugales qui hanc cartam ofersionis scribere rogaverunt et ipse Wodalricus cum eadem iugale sua consenti ut supra.

Signum manuum Woldarici comitis et Conradus avocatus [1]) et Henricus de Gorizia et Adeleita [2]) de Ortemburg, Poppo Rodulfi manus. Gebahardus, Godolscalcus, Baiuariorum rogati testes.

Signum manuum Cadulus, Berardus, Johannes, Poppo, Johannes, isti sunt histrienses testes.

Signum manuum Adalgerus, item Adalgerus Torengus, isti sunt forulienses testes .... o dei gratia Petenensis episcopus manu sua subscripsit.

Ego qui supra Waltilo notarius et iudex scriptor huius cartule ofersionis post tradita compleui et dedi.

Nach der Abschrift von Dr. Kandler im Diplomatarium regni Croatiae v. Kukuljević Sakcinski II. Bd. 6—8, Nr. VIII.

[1]) comes d'Aquileia. — [2]) Nach Dr. Tangl: Adalbertus; cf. oben Urkunde Nr. 59.

68.

Franciscus de Guerciis — (Aquileia).

1106, 6. Mai, Umago. Ulrich, Patriarch von Aquileia verleiht mit Zustimmung des Papstes und des Grafen Konrad von Aquileia seinem Vasallen Franciscus Nobili de Guerciis aus der Stadt Capodistria das Schloss s. Giovani de Corneti, welches auf seinen und des Kirchenrates von Aquileia Befehl von Ulrich, dem Markgrafen von Istrien zerstört worden. An diese Schenkung des im Bistume Emona gelegenen Schlosses wird die Bedingung des Neubaues geknüpft. Ausserdem werden die einstigen Grenzen der Schlossherrschaft wieder gezogen und die damit verbundenen Steuern an die Kirche von Aquileia bestimmt.

Hoc est exemplum cujusdam instrumenti, cujus tenor per singula talis est. In nomine Dei eterni: Regnante Domino nostro Henrico Ser.^{mo} Imperatore, ano Incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo sexto, indictione quarta decima, die sexto mensis Maii. Actum in villa Humagi diocesis Emonie; Quoniam ego quidem Odelricus patriarcha Aquilegensis Sedis per consensum summi Pontificis, et Coradi Comitis Aquilegiensis Do, tribuo, atque concedo tibi Francisco de Guerciis nobili Justinopolis civitatis prefati patriarchatus tanquam fideli vasallo Ecclesie Dei, et Sancti Ermacore, ad Curie Aquilegiensis, quod deinceps possis et valeas relevare, ac redificare Castrum alias vocatum Castiel Sançuan di Corneti, quod de mandato meo, et de consensu curie consilii Aquilegensis destructum et ruinatum fuit per Odelricum Marchionem Istrie, ultra hoc quod possis tu, et Successores tui in perpetuum ipsum in culmine tenere, et de eo usufructuore ad libitum voluntatis tue et successorum tuorum, observando semper erga predictum patriarchatum fidelitatem vassalitatis, habendo ipsum castrum jure perpetualis feudi cum omnibus suis juribus et actionibus, pasculis, aquis, silvis, nemoribus et piscationibus prout prius ante ruinationem ejus utebatur, et usufructuebatur et presentialiter utitur, ita vero quod ne molestia prefate curie unquam dari possit tam per comunitatem villarum Sancti Laurentii et Humagi prefati vicinarum ipsius olim castri pro pasculis et aquis. Ad presens ego cum prefato consilio do, atribuo, atque consigno confinia dividentia territorium ipsius olim Castri a territoria comunitatum predictarum villarum, et primo incipiendo a parte ville S. Laurentii, ubi est putheus penes mare, dico cum predicto consilio, quod possis uti usque

ad mare, meando ultra ipsum putheum per directam viam per cubitos triginta duos versus dictam villam, tendendo semper directo tramite ultra ipsum putheum, et per longitudinem eundo infra Castiglionum, et Bullearum in tantum quod ista longitudo sit quinque miliarorum, et non ultra, et ista erunt confinia a parte S. Laurentii predicti: a parte altera versus villam Humagi dico et volo, quod ecclesia, que est super mare noviter edificata ad honorem S. Pelegrini per illam comunitatem Humagi sit directus terminus, et confinis tum tui territorii quam dicte ville, et habens pro longitudine ipsius capitis per rectam viam semper meando, incipiendo ab ipsa ecclesia usque ad illum saxum incrosatum qui distat ab ipsa ecclesia S. Pelegrini per quinque miliaria vel paulo minus, et ab illo saxo recede directo tramita usque ad aliud caput, ubi comissum fuit comunitati ville Sancti Laurentii, quod debeat edificare pilonum lapideum pro concernentia dictorum confinium; de quo autem castro cum omnibus suis juribus et pertinentiis supradictis et consignatis ac declaratis habeas tu Franciscus de Verciis cum omnibus successoribus tuis tam de prole tua quam non usque in perpetuum: pro quo quidem feudo, et omnibus suprascriptis annuatim contribues tu et quilibet successor tuus in perpetuum mihi et successoribus meis vel prefato patriarchatui in festo S. Hermacore libras quinque mire et totidem cere albe in dopleriis laboratis et similiter in festo S. Pelagii ecclesie sive episcopatus Emonie, sub cujus Diocesi est dictum Castrum. Preterea do et cum dicto consilio concedo tibi et omnibus successoribus tuis in perpetuum merum et mixtum imperium, prout ante ruinationem ejus observabatur, ut naturalis Dominus, et si quocumque tempore ego suprascriptus Odelricus patriarcha, aut aliquis successor meus, nec non extranei, vel aliqua persona, qui contra hanc nostre traditionis seu investitionis et donationis cartam agere temptaverit aut per aliquodvis ingenio corrumpere vel frangere voluerit fiat compositurus tibi suprascripto Francisco vel successoribus tuis de dicto olim castro optimi auri libras decem, et insuper habeat maledictionem Dei Omnipotentis et beate Marie Virginis, et Sancti Ermacore, et mei patriarche hujus Ecclesie. Signum meum Ego Dominus Odelricus patriarcha qui hanc cartam donationis et investionis scribere rogavit. Signum meum Corradi et auctor consentiens. Signum meum Engellardus episcopus civitatis Pole. Interfuerunt. Signum meum Adalperti testis. Signum meum Papo testis. Signum meum Petalo

testis. Signum meum Carlo testis. Ego Ubertus Notarius hanc donationis et investitionis cartam manu mea scripsi atque firmavi.

In Christi nomine amen. Anno ejusdem millesimo quadrigentesimo decimo septimo, indictione decima, die vigesimo sexto mensis septembris. Hoc exemplum per me Silvestrum subscriptum notarium sumptum ex autentico, scripto manu predicti Uberti notarii coram spectabile et egregio viro domino Marco Polani honorando Potestate, et Capitaneo Justinopolis insimiatum fuit, et in ejus presentia per me ipsum Silvestrum et alios suprascriptos notarios diligenter cum auctentico ascultatum, et cum idem dominus Potestates et Capitaneus cognoverit illud cum ipso auctentico concordare, ut adhibeatur eidem exemplo plena fides de cetero suam, et comunis Justinopolis auctoritatem interposuit et decretum.

(Signum Notarii). Ego Leazarius Poncello Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum cum istis Ser Simone, Petro, Antonio, et Silvestro Notariis hoc auctenticum instrumentum manu dicti Uberti Notarii coram antedicto domino Potestate et Capitaneo diligenter et fideliter ascultavi et quod utrumque concordare inveni de ipsius domini Potestatis et Capitanei mandato in ejusdem exempli plenam fidem, et testimonium me subscripsi.

(Signum.) Ego Simeon de Victore Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum a suprascripto Ser Leazario, et infrascriptis Petro, Antonio, et Silvestro Notariis ad auctenticum instrumentum manu dicti Uberti Notarii coram dicto domino Potestate et Capitaneo diligenter et fideliter auscultavi, et quod utrumque concordare inveni de supradicti domini Potestatis et Capitanei mandato, in ejusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi.

(Signum.) Ego Petrus de Gavardo Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum cum suprascriptis Ser Leazario et Ser Simone et infrascriptis Ser Antonio et Ser Silvestro Notariis ad auctenticum instrumentum manu dicti Uberti Notarii coram dicto domino Potestate et Capitaneo diligenter et fideliter auscultavi, et quod utrumque concordare inveni de ipsius domini Potestatis et Capitanei mandato in ejusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi.

(Signum.) Ego Antonius de Giroldo Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum cum suprascriptis Ser Leazario, et Ser Simone, et Ser Petro ad infrascripto Ser Silvestro Notario ad auctenticum instrumentum, manu dicti Uberti Notarii coram dicto domino Potestate et Capitaneo diligenter et fideliter auscultavi, et quod utrum-

que concordare inveni de ipsius Potestatis et Capitanei mandato in ejusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi.

(Signum.) Ego Silvester de Adalpero quondam Ser Nicolai Notarii de Justinopoli publicus imperiali auctoritate Notarius, et nunc Comunis Justinopolis cancellarius hoc exemplum ex auctentico scripto manu predicti Uberti Notarii fideliter scripsi, et postmodum in presentia antedicti domini Potestatis et Capitanei cum predictis Ser Leazaro, Ser Simone, Ser Petro, et Ser Antonio Notariis diligenter cum ipso auctentio auscultavi et quod utrumque concordare inveni de ipsius domini Potestatis et Capitanei mandato ad ejusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Carli. Delle antichità Italiane, Appendice pag. 23 (Milano 1791.)

69.

St. Paul.

Vor 1112.[1]) *Gräfin Richarda (II. von Sponheim - Lavanttal) schenkt dem Kloster St. Paul einen Hof an der Gurk in Kärnten.*

Isti sunt testes illius curtis ad Gurk site. quam Rihkart[2]) cometissa potestatiua manu sancto Paulo delegauit. Bernhart et Hainric fratres eius.[3]) Penno de Friesach. Adilpretus filius Wolmût. Ceizolf. Tiemo de Salcpurc. Fridric. Otto. Rîcher. de Aheim[4]) Marquart. Marquart de Jûn.[5]) Otto. Rather. Egilof. Hainricus de Rinisdorf.[6])

B. Schroll, Urkb. v. St. Paul, p. 31, Cap. XXVII.

[1]) Arch. 1820, pag. 330. — [2]) Das Necrologium hat ddo 15. Jänner: „benefactrix Richarda filia fundatoris Comitissa. Arch. f. Kärnten X. 44. — [3]) Da Heinrich nach dem am 4. December 1122 erfolgten Tode Heinrichs III. Herzog von Kärnten wurde, hier aber dieser Würde keine Erwähnung geschieht und Bernhard nicht als Vogt erscheint, so gehört diese Schenkung vor 1112. — [4]) Ein Schloss und Gut Aheim befindet sich im Raabtale in Steiermark. Vielleicht ist es das heutige Achalm in der Pfarre Lavamünd, Bezirk St. Paul. — [5]) Jaunstein im Jauntale, Bezirk Eberndorf. — [6]) Das beim Cap. XV des Urkb. v. St. Paul p. 21 von B. Schroll erwähnte Pergamentblatt enthält eine Ergänzung und teilweise nähere Bestimmung der Zeugen. Es heisst daselbst: „Isti sunt testes quando Rihcart tradidit curtim suam Gurca. sancto Paulo. Pernhart et Heinrich fratres eius. Benno de Frîesah. Adelbreht filius Wolmûte. Ceizolf. Timo de Salzpurch. Friderih de Chreina. Otto de Grâce. Rihheri de Âheim. Marquart de sancto Joanne. Marcwart de Juna. Otto. Râthere. Sigefrit. Bernhart. Heinrih. Megingoz. Egilolf de Hagene (Hagenegg im Bezirke Kappel). Heinrih de Rinisdort. Willihalm. Herolt. Colo. Hecil".

70.

St. Johann am Timavus.

c. 1120, ..., ... Ulrich, Patriarch von Aquileia giebt der Kirche von st. Johann am Timavus zehen Mansen in Gradiska, welche der Markgraf Engelbert (von Istrien) als Ersatz für den Schaden abtrat, den dessen Getreuen durch das Niederbrennen einer Kirche in Krain dem Patriarchate zugefügt hatten.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego quidem Vodolricus Dei gratia Aquilejensis ecclesiae patriarcha, considerans quia regnum coelorum vile cum comparatur, verum percarissimum cum possidetur, existit; apud memetipsum compensavi, qualiter hujus felicissimae hereditatis vel ultimam portionem possem adipisci. Occurrit illico mihi illa evangelica vidua, quae projectis duobus in gazophylacium minutis, a Salvatore meruit audire: Amen dico vobis, quia haec vidua plus omnibus dedit; nam quod habuit, totum dedit. Igitur quia haec cum bona voluntate projecit, secundum sententiam Domini per hoc tantillum munus caeleste regnum feliciter comparavit. Ego vero hanc, non per omnia, sed ex parte sequi desiderans; ecclesiae sancti Johannis de Tymavo, quae sub regimine abbatis Beliniensis est, quaedam beneficia contuli, et pro dote tradidi. Est autem ille locus ob reliquias sanctorum ibidem requiescentium honorandus, omnibusque Christianis venerandus.

Quem etiam locum antecessores mei non mediocriter diligentes, ex antiquitate destructum diligenter renovaverunt, et eum ecclesiae sancti Martini et ejusdem abbati tradiderunt. Quod et ego probo, laudo, et confirmo. Hoc ergo consecrando altare sanctae Crucis in eadem ecclesia, plebem Marcilianam pro dimidio, ac deinceps monachis ibidem servientibus mancipo; Insuper decem mansos, quos a Maynardo de Guriza pro beneficio fratris sui Engelberti a me tibi traditos accepi in loco, qui Ortuwin dicitur, eidem ecclesiae super sancti Johannis altare trado. Decem quoque mansos, quos a marchione Engelberto pro sacrilegio, quod fideles sui per incendium ecclesiae in Carniola commiserant, recipe, similiter sancto Johanni tribuo in loco, qui dicitur Gradisca. Rogo itaque, rogando moneo, monendo obtestor, obtestando vinculo anathematis stringo, ne aliquis successor meus hanc meam donationem infringere praesumat; imo eundem locum amet et diligat, et quantum valet pro Dei amore exaltet. Hujus autem rei testes sunt Otto Concordiensis episcopus,

copus Novae-Civitatis; Hermannus capellanus, Johannes vicedominus, Odescalcus, Meynardus, Wernherus, Jonam. Ego Wodolricus patriarcha jam in senectute positus manu mea subscripsi. Ego Marquardus notarius et capellanus jussu domini Wodolrici patriarchae hanc chartam scripsi.

Erneuerung.

Hujus autem innovationis testes, in quorum etiam audientia dictum privilegium est perlectum, fuerunt magister Bonacursius episcopus Aemoniensis, magister Paganus electus Parentinus, Leonardus abbas Rosacensis, Johannes praepositus sancti Stefani, magister Wilielmus decanus Aquilejensis, Chounradus decanus Civitatensis, Popo praepositus s. Felicis, Gerardus decanus ejusdem, magister Bertoldus de Fagedis, Gerardus Siboto, Mathias de Mels, canonici Aquilejenses, et alii plures. Datum in patriarchali palatio Aquilejensi per manum Bonencontri canonici Aquilejensis, curiae nostrae scribae, anno gratiae M.CC.XLIII. indictione II. tertio Kalendas novembris feliciter.

De Rubeis. Mon. Eccles. Aquil. Bd. I. pag. 553—554 Nr. VIII; Arch. f. K. ö. G. Qu. II. Bd. (1850) p. 194, Nr. 200.

71.

Brixen.

1120, 31. Oktober, ... Der Edelmann Dietmar giebt dem Bischof Hugo von Brixen sein Landgut, das er zu „Crûskilach“ besass, mit allem Zugehör für sein und seiner Eltern Seelenheil. Dafür gibt ihm der Bischof auf seinen Wunsch ein Landgut im Patriarchate von Aquileia, mit Namen „Vochina“, das er von dem Edelmann Chuonrad um 120 Pfund erkauft hat, unter der Bedingung, dass er hier, da der Ort für ein Kloster geeignet sei, Mönche ansiedle. Die Klosterbrüder erhalten das Recht einen Abt zu erwählen, der von dem Bischofe von Brixen bestätigt wird.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Divina favente clementia Hugo Brixinensis episcopus. Exemplis sanctorum patrum edocti. si res et honorem ecclesie nostre auxerimus. ad eterne vite retributionem nobis proficere speramus. Hujus igitur desiderii affectu Deo auxiliante executi sumus. quod quidam nobilis nomine Dietmarus divini amoris instinctu conpunctus tale praedium quale in loco qui

dicitur Crûskilach habuit. cum universis utensilibus areis. edificiis. mancipiis. terris cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis silvis venationibus aquis aquarumve decursibus. piscationibus. molendinis viis et inviis. exitibus et reditibus. tam quęsitis quam inquirendis. Deo et sanctis ejus Cassiano et Ingenvino supra reliquias eorum pro remedio animę suę ac parentum suorum et ad emendandum si quid contra ęcclesiam nostram peccavit. in proprium tradidit ac delegavit. Nos vero tantę benivolentię ejus grates reddentes, consilio fidelium nostrorum secundum voluntatem et petitionem suam. praedium in Aquilejensi patriarchatu situm Vochina nomine. quod a quodam nobili Chuonrath nuncupato. et a conjuge ejus et a filiis eorum centum viginti libris comparavimus. et quod ab aliis nobilibus ibi acquisivimus. ei concessimus eo tenore. ut quoniam ipse locum illum Monachicę vitę novit aptum. monachos regulariter viventes. et essentialiter Deo ibi servientes. veniam peccatis ejus ac parentum suorum et nostris ac antecessorum successorumque nostrorum exorantes instituat. et idem praedium utilitati eorumdem fratrum deinceps inserviat. Illud etiam addidimus et confirmavimus. ut hidem fratres inter se in claustro suo eligendi abbatem nunc et semper liberam habeant potestatem. et eo electo nostram successorumque nostrorum simul cum eis teneat [1]) sedem et dignitatem. et investituram a nobis abbatię accipiat, ac fidelitatem faciat. et debite obędientie ac reverentie nobis stabilitatem exsolvat. Hanc igitur traditionem nostram et omnia que amodo hisdem fratribus juste conferuntur et condonantur. quoniam rata esse sancimus. nosmetipsos et nostros successores si institutionem loci illius destruxerimus anathematizamus. Si autem aliquis dux. marchio. comes. vel aliqua praepotens persona eundem locum praesumptuose invaserit. vel aliquid inde abstulerit. aut destruxerit. hunc indissolubili Anathematis vinculo obligamus. et perpetuis gehenę incendiis puniendum diabolo et Angelis ejus destinamus. Et ut hęc eadem nostra traditio firma et inconvulsa permaneat nostro sigillo fecimus eam insigniri. (Locus sigilli cerei rotundi, quod in medio diplomatis est fixum.)

Tempore Ůdalrici Aquilejensis patriarchę. Data II. kalendas novembris anno incarnationis domini M.C.XX. regnante imperatore Heinrico IIII.[2]) anno imperii ejus XI. presidente Hugone episcopo, anno ordinationis suę III.

Orig., Pgt., im bischöfl. Archive zu Brixen.

[1]) Copie: edeat. — [2]) sic.

72.

St. Georg zu Diessen.

1122 — 31, ..., ... Berhtolfus II. comes de Diezzen (Diezin) tradiert „presente uxore sua Sophia [1]) *et filiis suis Poppone et Berhtolfo" die Hailrada, Tochter Hildibolts von Hovestetin und der Imiza von Vindingen (Vinningin) mit ihren Kindern als Ministerialen an St. Georg zu Diessen.*

Zeugen: Priester Gotebolt, Meingoz von Utingen, Dietmar von Diezen (Tizen), Lutwin von Birchnach (Birchinanc), Engildio de s. Georio. Tr. Or. Bl. 37—37' Oefele 2, 694; Bl 54'; Mon. boica 8, 131 beide Redactionen benützend — Oefele, Gr. v. Andechs 113. Nr. 35.

73.

St. Paul.

1124. 30. März, ... Graf Bernhard bestätiget dem Abte Bruno (von St. Paul) den Besitz der Kirche St. Martin (bei Osterwitz), des Hofes Glazindorf in der Mark und des Gutes Schirmdorf. Der Kleriker Sighard und sein Bruder Wodalrich geben der Kirche St. Martin ihr Erbgut, auf welchem jene Kirche von ihren Ahnen erbaut worden war. Späterhin gab Sighard die genannte Kirche, welche ihm erblich angefallen war, dem Grafen Bernhard als Precarium (in precarium) mit Vorbehalt des lebenslänglichen Fruchtgenusses und erhielt dagegen von dem Grafen in der March den Weiler Glazindorf und in einem andern Orte den Stadelhof Schirmdorf. Nach Sighards Tode fiel die Kirche St. Martin, der Stadelhof und der Weiler in der March dem Grafen Bernhard anheim und dieser gab selbe sammt Zugehör nach St. Paul. Da die diessfälligen Zeugen im Laufe der Zeit gestorben waren, bestätigte Graf Bernhard die Uebergabe auf Bitte des Abtes Bruno mit neuen Zeugen.

Omnibus bone uoluntatis hominibus notum fieri uolumus. quod quidam clericus nomine Sighardus. et frater eius Ödalricus [2]) tradi-

[1]) Tochter des Markgrafen Poppo III. von Istrien. — [2]) Söhne des Markgrafen Poppo von Istrien und der Richarda von Sponheim. Das Necrologium hat ddo 17. Jänner: „Sighardus et Udalricus Comites nepotes fundatoris, benefactores". Siehe Neugart, I. c. I. pag. 41 und 52, genealog. Tabelle III.

derunt predium suum ecclesie beati Martini[1]) que in eodem predio ab eorum antecessoribus fundata ad eos hereditario iure pertinebat. pro suarum salute animarum parentumque suorum. Postea uero isdem Sighardus predictam ecclesiam que ad eum hereditario iure ut dictum est pertinebat. cum omnibus. que ad eam pertinebant. dedit in precariam comiti Bernhardo. Et retento sibi usu fructuario usque ad terminum uite sue. accepit ab eodem comite unam uillam in marchia Glazindorf. et in alio loco stabulariam curtim Scirmdorf[2]) qui nichilominus usque ad terminum uite sue quiete possedit. Post mortem uero eiusdem Sighardi[3]) tam supradicta ecclesia beati Martini. et omnia que ad eam iure pertinebant. quam etiam uilla in marchia. et curtis stabularia que iam sepedicto Sighardo comes pro precaria concesserat. ad eum iure redierunt. Qui postmodum cupiens paterne institucionis conceptum augmentare. delegauit eandem ecclesiam sancti Martini. et predium sepedictum potestatiua manu sancto Paulo sibique militantibus cum uniuersis ad se iure pertinentibus. hoc est mancipiis. utriusque sexus. agris. uineis. siluis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. omnemque prorsus utilitatem. que inde prouenire potuerit. ut monasterium hoc et eius incole perpetuo iure possideant. et testibus roborauit. Quibus per decursum temporis ex hac uita cedentibus rursus rogatu uenerabilis patris nostri et domini Brunonis hoc idem allodium innouatis testibus Bernhart corroborauit sub die tercio kal. aprilis die dominico palmarum.[4]) quorum nomina subscribuntur. Adilram de Utindorf. Amelbreht et Hainrich fratres de Cholniz. Adilram de Huniswisin. Adilbertus et frater eius Wernher de Lauent. Rahwin de Othmanach.[5]) Arbo. Sigbot de Sweuia. Wernher de Hozi. Hainrich. Fridricus de Petra.[6]) Willinc Dietprant.

Archiv 1820, pag. 330; Fontes rer. Austr. 39. Bd. = B. Schroll Cod. trad. v. St. Paul. p. 19. Cap. XII.

[1]) Muchar (l. c. IV. pag. 398) hält es für St. Martin bei Windischgratz, Ankershofen (Regesten Nr. 210) nach Neugart für St. Martin bei Osterwitz in Kärnten oder im Cillier Kreise. — [2]) Schirmdorf am rechten Murufer unterhalb Obermureck. — [3]) Er starb circa 1112. (Neugart, l. c. I. genealog. Tabelle). — [4]) Bruno war der zweite Abt von St Paul, 1115—1138; den die Annales Mellicenses haben zum Jahre 1138: „Brun abbas de Lavent obiit". (Pertz, Monum. Germ. XI. Script. IX. pag. 503.) Das Necrol. Mellicense hat: „Idus Mai. Brun abbas de Lavent obiit". In dieser Zeit fiel blos im Jahre 1124 der Palmsonntag auf den 30. März. Muchar (l. c. IV. pag. 398) versetzt also diese Schenkung mit Unrecht circa 1146. — [5]) Ottmanach im Bezirk Klagenfurt. — [6]) Stein am Abhange der Choralpe ober St. Georgen im Lavanttale.

74.

Gurk.

1130, 18. Oktober, Würzburg. König Lothar III. bestätiget die Rechte Freiheiten und Besitzungen des Bistums Gurk, die die Menschen von edler Herkunft als: Waltun, Zwetboch, Gräfin Imma, Graf Wilhelm, dessen Sohn Wilhelm und die erbenlose Frau Gräfin Hemma dahin geschenkt haben.

C. In nomine sancte et individue trinitatis! Lotharius tercius! divina favente clementia rex! Notum esse uolumus, omnibus Christi. fidelibus. tam futuris. quam praesentibus. qualiter nos rogatu dilectissime coniugis nostre Rikenze, nec non fidelium nostrorum! Cuonradi uidelicet uenerabilis Salzburgensis archiepiscopi! et Hildeboldi Gurcensis episcopi auctoritate nostra regia. et hoc manuscripto nostro. confirmauimus. proprietati Gurcensis ecclesie. bona quedam subscripta. que praedecessores siquidem nostri. reges et inperatores. augusti. perenni iure. in proprium concedentes. quibusdam hominibus. nobili progenie exortis donauerunt. his scilicet. Waltuno. Zwetbocho. Imme cometisse. Wilhelmo comiti. nec non et filio suo Wilhelmo. que postea dña Hemwa (!) heredibus his deficientibus. hereditario iure possidens. in primo sue fundationis exordio. Gurcensi ecclesie contradidit. Succedente quoque tempore predecessoris nostri pie memorie. regis Henrici. quarti. et Gebhardi Salzeburgensis ecclesie archiepiscopi. ob pontificii ipsius in Gurke, pontificalis sedis irrefragabilem institutionem. sigillis eorum confirmatum. assensu quoque nostro stabilimus. Sunt autem isti termini. quorum habita est mentio prediorum. ab alpibus Glodniz. ad desertas alpes. deinde ad coniuratum fontem. ad confluentiam Milse. in Motiniz. usque Eintrichestanne. et in loco Undringen. et in ualle Olicipespurch. inter tria loca. Straholfesdorf. Adelpoldesdorf. et Wichartesdorf. et ad Ainode. et Celsach. et in Bawaria Vohendorf. nec non et Geroltesdorf. et praedium aput Truhsen. cum duobus castris. inibi sitis. et predium in Marchia. Dobrich. Stenniz. Frezniz. Trachendorf. Roas. Sowe. et Sowine. Zotel. et Niringe. et inter fluenta Copriunich. Chodinie et Ogwanie. Chrilowe. et inter flumina Gurke. et Sowe. et praedium in Gurketal. et praedium circa Friesach. et forum pro temerario ausu forensium sibi rebellium praedicto episcopo Hildeboldo. in praedio ecclesie sue destructum. et alias ex communi consensu. et consilio suorum. et praememorati archiepiscopi. in distincta praedia ecclesiarum eorum sub

castrum Friesach locatum, ea conditione. ut uterque per praedium suum. a medio duorum altarium ecclesie Sci. Petri. directe ultra Motniz fluuium. Salzburgensis. ad septentrionalem partem Gurcensis ad meridionalem. iudices. et thelonarios haberet. et pro comodo ecclesie sue ordinaret. Si uero quod non speramus. aliquis Salzburgensis ecclesie successor. hanc fori conditionem. forte totum forum in proprietatem sibi redigendo. uel quocumque modo irritare uoluerit. Gurcensis episcopus forum suum cum omnibus foralibus institutis. in pristinum locum. uel alium ecclesie sue comodissimum. cum moneta. et theloneo. liberam transferendi habeat potestatem. Omnes quoque fodinas. cuiuscumque metalli. siue salinas. que in praediis ecclesie [reperientur. usibus eius auctoritate nostra regia subiacere praestitimus. Preterea. ob frequentem praefati episcopi querimoniam super negligentia. et in potentia. aduocati ecciesie] sue. comitis Wergandi circa tutelam ecclesie. equo regni principum iuditio. [aduocatia ei resignata omni appellatione remota. eligendi sibi quecumque uellet] aduocatum. liberam episcopo. suisque successoribus. potestatem concessimus. Sed quoniam hec eadem praedia. per Romanorum imperatorum. siue regum largitionem ad praefatos heredes. legitimo hereditandi ordine successiue deuenerunt. qui ipsa manu potestatiua. et rationabiliter iam sepe dicte ecclesie contulerunt. si forte quis postmodum temerario ausu aliquam proprietatem. uel quamcumque appellationem. sibi de his presumpserit. ipsius ecclesie episcopis. et aduocatis. coram imperialis maiestatis presentia. solam respondendi facultatem indulsimus. Vniuersa equidem. que per legitimos heredes. in usum. et fructum. Gurcensis ecclesie cesserunt. aut ammodo per oblationem fidelium. uel industriam et aquisitionem episcoporum, ipsius loci poterunt deuenire. sub imperii. protectionem suscepimus. Et ut he traditiones. tam uidelicet aliorum supra dicta. quam nostra quoque facta iugiter perseuerent. et inconuulse cirographum hoc inde. conscribi. et inpressione. sigilli nostri. iussimus insigniri. Signum domni Lotharii tercii Dei Gratia Roma (Monogram) norum Regis inuictissimi.

(L. S.)

Ego Thietmarus notarius uicem Adelberti Archicancellarii recognoui.

Data. XV. Kal. nouemb. Anno dominice incarnationis M°. C°. xxx°. Indictione VIIII. Anno vero regni dñi Lotharii tercii. dei gratia Romanorum regis serenissimi. v°. Actum Wirzeburch feliciter Amen.

Orig., Pgt., von Gurk im Kärnt. Gesch.-Verein; collat. Carl Freiherr v. Hauser.

75.

Diessen.

c. 1132,[1]) . . . ., ... Sophia, Gemalin des Grafen Bertold II. von Andechs schenkt ein Landgut von 12 Huben[2]) „in monte s. Stephani in Carneola“ [3]) bei Krainburg dem Stifte Diessen in Baiern.

76.

Diessen.

1132, 6. Februar, Cluny. Papst Innocenz II. erklärt das Chorstift Diessen „aecclesiam beati Stephani a Bertulfo et Ottone comitibus et Sophia ac Lauretta eorum uxoribus et filiis per manum illustris viri Tehinardi beato Petro oblatam“ für nur dem heiligen Stuhle untergeben.

Orig. im k. baier. Reichsarchiv; Mon. boica 8, p. 161—3; Oefele, die Grafen v. Andechs. p. 228—30, Nr. 4.

77.

St. Paul.

c. 1135,[4]) . . . ., Völkermarkt. Ceizolfus, der Sohn des Grafen Hermann, eines älteren Bruders Engelberts I. von Sponheim-Lavanttal; schenkt dem Kloster St. Paul verschiedene Güter „preter Motnik[5]) cum suis noualibus, pascuis, piscationibus, atque uenationibus“. Unter den Zeugen: Poppo filius Popponis comitis.[6])

B. Schroll Urkb. des Klosters st. Paul p. 15—18, Cap. XI'.

78.

Tigring.

1135, ..., Aquileia. Hartwig und Perchtold von Albecke geben zu Aquileia in Gegenwart des Herrn Bernhard und des Clerus

[1]) Die Datierung wurde nach der unten folgenden und anderen Urkunden präcisiert. — [2]) cf. Urk. vom J. 1228, 29. Oktober bei Zahn Urkundenbuch f. Stmk. II. 345, Nr. 252. — [3]) Diessener Necrol. zum 8. Idus Sept. bei Oefele SS. 2. 682. — [4]) Zwischen 1130—1140. — [5]) Darnach war Motnik ein sponheimisches Allod. — [6]) Sohn Poppo's III. Markgrafen von Istrien, Schwiegersohnes des Stifters von st. Paul. Vrgl. die Urk. v. J. 1093 oben S. 70 Nr. 61 und 62.

und Volkes von Aquileia der Frau Diemoud durch die Hände des Poppo Grafen von Celsach das Gut im Weiler Tigric (Tigring im Klagenf. K.) Zeugen waren: Wodalricus Dux Carinthie, Meinhardus comes, Pilgrimus et frater ejus Poppo comes de Huniburc, Otto de Mallintin, Mainhardus de Swarzenperc, Penno de Trimian, Amelbrecht de Lawena,[1]) Hartroch de Wiezzensteine, Dietricus de Carniola, Dietricus de Rotensteine, Albertus de Mensan, Berchtoldus Uoulefuz, Hartwicus de Gurk, Engilscalcus Adalbertus de Retin. Hoc actum est in Aquilegia coram Domino Bernhardo et clero et populo aquilegiensi.

Arch. 1820. S. 381, N. 111; Arch. f. K. öst. Gesch.-Quellen. V. Bd. (1850) p. 211 Nr. 229.

79.

Sitich.

1136, ..., ... Die edlen Männer Dietrich Heinrich und Meinhalm schenken dem Patriarchen Peregrin von Aquileia ihr Gut im Orte Sitich mit der Bitte, dass er daselbst ein Mönchskloster errichte. Der Patriarch erfüllt ihre Bitte, übergiebt es den Benediktinern aus dem Kloster Reun und dotiert dasselbe mit den unten gennanten geschenkten und ausserdem noch anderen Gütern.

Peregrinus Dei Gratia sanctae Aquilejensis ecclesiae patriarcha. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Notum sit omnibus, tam futuri quam praesentis temporis Christi fidelibus, qualiter nobiles quidam viri Henricus, Dietericus et Megenhalmus, praedium quoddam in loco qui vulgo Sitik appellatus est, cum redditibus et exitibus, pratis pascuis et venationibus, aquis, piscationibus, cum omnibus sibi pertinentibus, cultis et incultis, in jus et proprietatem sanctae Aquilejensi ecclesiae tradiderint, atque omni, quâ debuerant, in perpetuum stabilitate roboraverint. Nos autem petentibus eisdem viris, consulentibus nobis venerabilibus fratribus nostris, Detmaro Tergestino et Petro Pollensi episcopis, Wodalrico Aquilejensi Archidiacono, Ansfredo Beleniensi, Wodalrico Mosacensi Abbatibus, aliisque compluribus fratribus nostris, in eodem loco Divinum cooperante Domino servitium: Megenardo quoque advocato, aliisque Aquilejensis ecclesiae fidelibus adstantibus ac unanimiter suggerentibus, ordinavimus, et Monachis de Runensi congregatione secundum regulam Beati Benedicti laudabiliter conversantibus, eundem

[1]) Lauent.

ocum, salvo per omnia jure et obedientia Aquilejensi ecclesiae, commisimus. Praeterea quinque mansos, juxta Moram fluvium sitos, villam quoque, quae dicitur Wingarten, nec non decimas de omnibus possessionibus suis, quas nunc habent, vel adhuc conquisituri sunt, tam eis, quam eorum successoribus, excepta sacerdotis parte, irrefragabiliter concessimus, ibique Abbatiam fieri decrevimus. Praenominatis autem viris Henrico, Dieterico, Megenhalmo, quandam possessionis ecclesiae sancti Viti partem minus satis illo, quod Aquilejensi ecclesiae tradiderunt, praedio, valentem, minusque utilem, pro concambio per manum Dieterici, ejusdem ecclesiae advocati, in proprium tradidimus, cujus possessionis nomina haec sunt: Ex illa, parte Gurcgkae fluvii domus Lausdorff, ad sanctum Michaelem, Dobernik, Wisen, Groslupp, Moraucz, Chrastoulach, juxta villam, quae dicitur Kalle. In Swinge tres mansi, in Tehaboj duo, Haggenbûch unus. Nostros autem successores obnixe postulamus, quatenus hanc nostram pro devotione factam ordinationem ratam firmam habeant, et fratres ibidem manentes pro Domino et in Domino diligant. Sub poena autem perpetuae maledictionis omnibus interdicimus hominibus, ut nullus praesumat eosdem fratres aut in persona, aut in Bonis, aut in possessionibus eorum aliquomodo laedere. Quod si quis contumax et iniquus facere praesumpserit, excommunicationi subjaceat, et nisi resipuerit, aeterna maledictione mulctatus cum Dathan et Abiron permaneat. Ut autem hujus nostrae ordinationis constitutio, rata et inconvulsa in aevum permaneat, hanc chartam scribi, et sigilli nostri impressione firmari jussimus. Hujus rei testes sunt Megenhardus Advocatus Aquilejensis. Wodalricus de Atenis, Wodalscalcus de Tercent, Adelpertus de Merisan, Piligrinus Trah, Engelscalcus de Gravendor, Wolfdrigel de Cucha, Wolfdrigel de Axan, Ekkeberus Ariroh, Hermanus Marquardus.

Actum est hoc Aquilejae sub sollario Anno ab incarnatione Domini MCXXXVI, indictione XV.[1]) imperante Domino Lothario, piissimo Romanorum Imperatore Augusto.

[1]) sic.

Ego Detmarus Tergestinus episcopus subscripsi. + Ego Vdalricus ecclesiae Aquilejensis Archidiaconus subscripsi. Ego Vdalricus Mosicensis Abbas manu propria subscripsi

Ego Peregrinus sanctae Aquilejensis ecclesiae electus [1]) Patriarcha et subscripsi et confirmavi.

Aus der Puzels Idiographia mon. Siticensis im krain. Landesmuseum.

80.

Moggio.

1136, . . ., Rosazzo. Wodalricus de Fledinich, Zeuge des Patriarchen Peregrin von Aquileia für die Abtei Moggio (Mosach, Mosacum) (qui vulgari vocabulo „Mosniz" dicitur).

Cappelleti Le chiese. d. Italia VIII, 200.

81.

Ossiach.

1136, 27. Februar, Villach. Conrad, Erzbischof von Salzburg, überlässt dem Stifte Ossiach mehrere Zehente, und bekommt dafür das Gut Prekop. Unter den Zeugen: „Meginhalm de Chreine."

Arch. f. K. ö. G.-Qu. V (1850) 212, Nr. 231.

82.

Gurk.

1136, 14. December, ... „Warmovt de Chraine" ist Zeuge in einer Gurkerkloster Urkunde für die Erbauung der Kirche zu Tigring in Kärnten.

Arch. f. G. 1820, II. pag. 382 Nr. CXIII.

---

[1]) dictus.

83.

Sitich.

c. 1136, ..., ... Patriarch Peregrin von Aquileia schenkt die Pfarre St. Veit bei Sitich dem Abte Vincenz und seinem Kloster in Sitich.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Nos Pelegrinus Dei gratia sacrae Aquilejensis ecclesiae patriarcha. — Idcirco precibus venerabilis fratris nostri Vincentii Siticensis abbatis totiusque Beati Conventus annuentes, et devotionem atque defectum eorum considerantes, parochiam s. Viti prope Siticium uno lapide distantem, in qua aliunde triennio habitabant fratres, usque dum monasterium perficeretur, atque operi ejusdem finis imponeretur, pro commodiori religiosorum fratrum habitatione et sustentatione cum omnibus juribus et pertinentiis dedimus, donavimus, contulimus, hac annexa pietatis conditione, ut ipsimet religiosi succesive administri forent hujus parochiae, confessiones audirent, conciones facerent, verbum Dei predicarent, oblationes Missarum pro vivis et defunctis offerent, Sacramenta fidelibus ministrarent, iisque aegrotos providerent etc.

Aus Puzel bei Erwähnung der St. Veiter Pfarre, Ms. im laib. Museum p. 451—2 Mitt. f. Kr. 1855, pag. 30.

84.

Milstat.

1137, ..., Friesach. Heinrich de nazuoz [Nassenfuss] Zeuge in der Milstäter Klosterurkunde.

Urk. gedr. im Arch. f. Gesch. 1820, II. p. 526; Joanneums Urk. Nr. 82.

85.

Reun.

(1138, . . Febr., Reun). Erzbischof Konrad I. von Salzburg überträgt der Markgräfin Sophie von Steiermark den ganzen Zehent im Reuntale gegen zwei baierische Huben zu Hundsdorf (bei Strass-

engel) und zu Weyer (bei Frohnleiten) mit der Bedingung, dass der Zehent dem Kloster Reun gewidmet sei. U. d. Zeugen der este: „Meginhalm de Creine".

Urk. gedr. bei Zahn, Urkb. f. St. I. 174, Nr. 174.

86.

Sitich.

c. 1140, ..., ..., Peregrin, Patriarch von Aquileia schenkt dem Kloster Sitich „villa Littæ" (Littai); bei dem „oppidum" St. Veit „majorem et minorem villam Steindorf", und zwei „villas Kalle nuncupatas", sowie dreizehn Huben in derselben Pfarre St. Veit (bei Sitich).

Urk. regestiert im Puzels Ms. p. 6.

87.

Oberburg.

1140, 7. April, Aquileia. Patriarch Peregrin von Aquileia bestätiget die Stiftungsdotation des Stiftes Oberburg. U. d. Zeugen: Menhalmus de Cregn(a), Menhalmus de Schwarzemburch, Chonradus de Niwenburch.

Urk. im Zahn. Urkb. f. Steierm. I. p. 190, Nr. 180; Orožen, Stift Oberburg. p. 4—5—6.

88.

Gurk.

1140, 1. Mai, Frankfurt. Kaiser Konrad III. bestätiget dem Bistum Gurk alle Rechte, Besitzungen und Einkünfte.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Cûnradus divina favente clementia rex Romanorum secundus . . . . . Roboramus etiam et innovamus Gurcensi ecclesie predia que Romani imperatores Otto scilicet Hainricus et Chunradus dilectis suis comiti Willehelmo nec non filio suo Willehelmo in proprietatem concesserant, quorum cum supradictis prediis scilicet Zwetbochi et Waltuni nobillissima

matrona Hemma domino favente legitima heres facta, eidem ecclesie ipsa contradidit. Eeodem quoque modo nostra auctoritate concessimus et confirmavimus Gurcensi ecclesię quicquid predecessores nostri reges et imperatores augusti Hainricus IIII. et Lotharius III. ei concesserunt . . . . . Hanc confirmationis paginam conscribi jussimus et nostra regia auctoritatę roborantes sigilli nostri inpressionę signari iussimus.

Folgen die Zeugen, darunter: Poppo comes de Anedessę.

Signum domini Cunradi regis (Monogramm) Romanorum secundi, Ego Arnoldus cancellarius vice archicancellarii, Adelberti Mogontini recognovi. Data Kal. Maii. anno dominicę incarnationis M°. C°. LX (!) Indictione III°. Regnante Cunrado Romanorum rege II°. anno vero regni ejus III°. Actum in Frankeneuort feliciter amen.

Original mit wohlerhaltenem Sigel des Capitelarchivs von Gurk, deponiert im historischen Verein zu Klagenfurt.

89.

St. Paul.

c. 1141, ..., ... Graf Bernhart von Kärnten widmet dem Kloster st. Paul. sein Gut zu Fresen unterhalb Marenberg am linken Drauufer. Unter den Zeugen: „Perhtolt de Gurkuelde“.

Urk. gedr. b. Beda Schroll Urkb. v. st. Paul 29, Cap. XXII; Zahn, Urkb. f. Stmk. I. 205, Nr. 197 mit c. 1140.

90.

Salzburg.

1141, (Juli), Friesach. Erzbischof Konrad I. von Salzburg verspricht dem Grafen Wolfrad (von Treffen) und seiner Gemalin Hemma für die Entsagung auf ihre Ansprüche an das Gut Zest bei Rohitsch die Belehnung mit 100 Huben zwischen den Bergen „Duri“, Semmering, Hartberg und der Lafnitz.

Testes: dominus Romanus Gurcensis episcopus, comes Sigefridus de Liubenowe, comes Poppo de Creine, comes Otto de Orten-

burc, Otto de Machlant, Heinricus Pris, Meginhardus de Sconenberge, Engilscalcus de Friesach, Megingoz pincerna, Adalbero, dapifer, Hertniht camerarius, Gotfridus de Witingen, Rodolfus de Tunesberc, Wisinto de Bonegowe, Otto de Richenbvrc. Actum in presencia nostri Friesach, anno dominice incarnationis M.C.XLI., indictione VIII. (!)

Orig., Pgt, unten aussen eingehängtes Sigel, im k. k. H.-, H.- u. St.-Arch. zu Wien; Urk. gedr. bei Zahn, Urkb. f. Steierm. I. 215, Nr. 208.

91.

Freising.

1141, 20. November, Lateran, Papst Innocenz II. nimmt das Bistum Freising in seinen besonderen Schutz und eignet ihm namentlich die Kirchen seiner Grundherrlichkeit zu, es mögen dieselben auch nicht in seiner Diöcese liegen.

Innocencius episcopus seruus seruorum dei. Uenerabili fratri Ottoni episcopo Frisingensi eiusque successoribus canonice sustinendis (!) inperpetuum. Ex commisso nobis a deo apostolico officio fratres nostros episcopos debemus diligere et ecclesiis sibi a deo commissis suam iusticiam conseruare. Proinde dilecte in domino frater Otto episcope, preces tuas racionabiles clementer admittimus et personam tuam cum commissa tibi a deo ecclesia sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes vt quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largicione regum uel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis deo propicio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illata (!) permaneant. Sancimus etiam, ut in quocunque episcopatu in fundo Frisingensis ecclesie monasteria vel ecclesie edificate sint, assensu et consilio tuo in eis presbiteri statuantur. Jura quoque ecclesie tue que venerabilis frater noster Chvnradus Salzpurgensis archiepiscopus recognouit et scriptis ui auctoritate firmauit tibi et commisse tibi ecclesie confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare aut decimas, bona et possessiones ipsius auferre vel ablatas retinere, minuere vel ab ipsa alienare seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conseruentur tuis tuorumque successorum vsibus profutura. Preterea

quoniam aduocati ad defensionem ecclesie statuuntur, aduocatis ipsius ecclesie omnimodis interdicimus, ne aliquid grauamen eidem loco vel rebus ad ipsum pertinentibus inferre uel aliquid preter ius suum ab eis exi(g)ere presumant. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tercioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et a sanguine dei et domini redemptoris (nostri) Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte vlcioni subiaceat, cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini Jesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen. Datum laterani per manum Baronis capellani et scriptoris XII. kal. Decembris, indictione V., incarnationis dominice anno domini (!) M°.C°.XLI., pontificatus vero domini Innocentii pape ij. anno XI.

Aus dem Gerichtsprotokolle von 1284, 6. Juni Regensburg, vgl. dieses bei Zahn, Cod. dipl. Fris. I., Nr. 383. Meichelbeck II./2, im Nr. 181/1. p. 116. Zahn, Cod. dipl. Fris., Fontes. rer. Aust. 31. Bd., p. 99, Nr. 101.

92.

Freising.

c. 1141, ..., ..., Erzbischof Konrad von Salzburg bestätiget dem Bischofe Otto I. von Freising die Rechte auf den Kirchen, welche auf den Gütern seiner Kirche liegen.

Domino venerabili O. sancte Frisingensis ecclesie antistiti C. Salzburgensis ecclesie qualiscumque minister cum oracione seruicium deuotum. Peticio vestra dure in auribus nostris sonuit, dum ad profectum intellecta non fuit, sed postea considerantes rei veritatem verborumque virtutem, quam integra et racionis plena fuerit, satis enituit. Accesit quoque verbis nostris (!) studium fidelium nostrorum quorum consultu didicimus in hac repeticione, nichil ecclesie nostre deperire, nichil decrescere, maxime cum iusticiam quam reposcitis, uobis in ecclesia vestra inuiolabiliter seruetis. Ne ergo exemplo nostro alii peccent et per hoc ecclesia distracta detrimentum paciatur, concedimus vobis auctoritatem inueniendi ac mittendi presbiteros vt

inuestiantur a nobis, et quicquid in ecclesiis de iure fundi legittime possidere debetis, vobis benigne remittimus. Harum integritatem sic perfecte reformamus, vt nobis de iusticia vestra nichil reseruemus, sed in eo statu eos manere permittimus, in quo illas ab antecessoribus nostris et vestris locatas esse didicimus. Decernimus quoque, vt ecclesia que prius mater fuit ac plebem habuit, adhuc materno iure pociatur, illa vero que legittimis caruit, denuo consecretur uel quod violata non sit, legittime comprobetur.

Cod. 191, fol. 128', k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck I./2 545, Nr. 1316; vgl. Meiller Salzburg. Regg. Note 79 auf pag. 436; Zahn, Cod. fris. I. (Fontes. rer. Austr. 31 Bd.) pag. 100, Nr. 102.

93.

Viktring.

c. 1143, . . ., . . ., Walter von Malentin gibt dem Kloster Viktring 2 Mansen in Norich (Nöring im Bezirke Gmünd). Zeugen: Graf Bertold von Stein,[1]) Carolus dessen Dienstmann (minister), Albert von Nazzenfuss, Wilhelm von Minkendorf, Otto von Hollenburch und die Mönche von Viktring.

Carl von Stein gab an demselben Tage durch die Hand seines Herrn Bertold Grafen von Stein vor obigen Zeugen zwei Huben sammt Zugehör in Glan.

Cod. trad. mon. Victor. I. c. fol. XIIII—XVI; Arch. f. K. öst. Gesch. Qu. V. Bd. (1850) 234, Nr. 270.

---

[1]) Den Grafen Bertold von Stein halte ich für den Grafen Bertold II. von Andechs, Herrn von Stein in Krain. Freiherr von Oefele, die Grafen von Andechs S. 67 hält ihn für den im Jahre 1180 gestorbenen Grafen Bertold von Tirol oder seinen gleichnamigen Sohn, weil Graf Albert von Tirol im Jahre 1238 als Herr der st. Lorenzikirche zu Stein im Jauntale erscheint. (Reg. b. B. Schroll Reg. des St. Eberndorf p. 25—26.) Weil aber Albert von Nassenfuss, — die Angehörigen dieses Geschlechtes sind urkundlich als Ministeriale der Grafen von Andechs nachgewiesen (M. B. IV. 67), — dann Wilhelm von Minkendorf, der sein Stammschloss auf dem den Grafen von Andechs gehörigen Gute unter der Burg Oberstein hatte, und Otto von Hollenburch unterm Loibelberg, dessen Herren wahrscheinlich die Grafen von Andechs waren (Vict. Urkunden im kärnt. hist. Verein) unter den Zeugen erscheinen, so kann dieser Bertold nur Bertold II. von Andechs sein.

95.

Reichersberg.

c. 1144, . . ., ... Heinrich von Trimian übergibt dem Stifte Reichersberg ein von seinem Oheim Amelbert geschenktes Gut zwischen Priesbach und Dachsekke.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod quidam nobilis homo, nomine Hainricus de Trimian, predium sibi delegatum ab auunculo suo Amilberto, situm inter Priesbach, et Dahsekke cum silua illud contigente et ad illud pertinente rogatu eiusdem Amilberti firma delegatione tradidit super reliquas sanctorum de Reichersperg in usum fratrum Deo inibi servientium sub regula Sancti Avgustini. Suscepta est autem hec traditio a uenerabili Salzburgensi Archiepiscopo Chûnrado, presente Hartmanno Brixinensi et Romano Gurcensi episcopo. Huius rei testes per aures adtracti sunt hi, quorum nomina subnotamus, Marchio Engilbertus, **Ôdalricus de Laibach frater ducis**, Hainricus Pris de Buckes Hermannus de Tra, Hainricus de Trimian. Et ministeriales ecclesie Salzburgensis, Engilscalcus de Friesach, Gotefridus de Wietingen, Megingoz de Suriberg, Liutoldus de Siedistorf, Wisint Pincerna. Ministeriales marchionis Engilberti, Werinherus de Pôtinber, Engilram de Criwich, Hartmannus et Helinbreht de Sancto Martino, et alii multi.

Reichersberger Cod. trad. im Mon. boica III., p. 412—413, Nr. XXV.; Urkundenbuch des Landes ob der Ens I. p. 294, Nr. 32.

96.

Stift Gurk.

1145, 26. April, ... Bischof Roman von Gurk kauft von dem Edlen Rudbert von Salmanstetten die in Krain liegenden Güter Wides, Vitis und Moralsz für 127 Mark; da sich der Verkäufer später mit einer vornehmem Witwe verehelichte, trifft er die Vorkehrung, dass dieselbe nach dem Tode ihres Gatten die gekauften Güter im Namen ihrer Brüder durch Meinhard von Gurk feierlich „super sacrosanctas reliquias“ abtreten liess.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis ego Romanus Dei gratia Gurcensis ęcclesię episcopus. Quecunque bona fide ab inicio

possidentur, ut tractu temporis conualescant, dignum est ut certo quoque titulo roborentur. Discat itaque presentis pagine attestatione, et memorię reponat tam futurorum quam presentium hominum generatio, qualiter ego de manu nobilis hominis Rŏdberti de Salmanstiten predia aput Creine quorum hec sunt uocabula Wides Vitis et Moralsz, precio datis cxxvii marcis emerim, et in ussus episcopales traditione ab eo facta his subscriptis testibus ęcclesię meę confirmaverim. Quia vero prefatus domnus Margaretam viduam Theodorici fratris Heinrici patris de Buckes et Meginhalmi duxit uxorem, nolui contentus esse hac simplici traditione donec predicta domina tradicionem iterans in manum Meginhardi de Gurke delegavit, transmisit et confirmavit, supra dictaque predia, quę hereditario jure possidebat, et mortuo marito a prefatis fratribus acceperat, videlicet culta et inculta, quesita et inquirenda, agrestia et silvestria, prata, pascua, et palustria, peruia et inuia, montana, aquosa et inaquosa, molendina, rivos, fontes, aquarumque decursiones, alpes. Colles et valles, piscationes et curtes, uillas, familias noualia et forestia. Venationes cuncta quoque tam inbeneficiata, quam ad usus proprios respicientia cum omnibus necessariis super sacrosanctas reliquas delegari postulavit, et in prefatos usus Gurcensi ęcclesię assignavit. Hoc negocium eximio domno Salzburgensi archiepiscopo Chŏnrado presente, consulente, affirmante peractum est, hisque subscriptis testibus confirmatum et stabilitum: Heinricus dux Karinthię, et frater eius Ŏdalricus. Comes Wolfradus de Treuen. Comes Otto de Ortenburc, et filius suus Heinricus. Reinbertus de Truhsen, Rŏdolfus de Beckah. Chŏnradus filius Adelberonis de Fvstriz. Engilscalcus Lvegel. Babo niger bawarus. Meginhalmus filius Burchardi de Valle frisacensi. Wezillo et Meginhardus de Cedelsach, ministeriales. Engilscalcus de Friesach. Dietmarus de Lihtenstein, et filius eius Otto. Wisento de Bonegowe. Fridericus filius Popponis de sancto Ŏdalrico. **Poppo filius Frowini de Marchia.** Heremannus de Gozrovlic et frater eius Hertvicus. Heinricus albus de Ortenburc. Gebehardus de Grazlvp. Otto de Grivene. Ministeriales Gurcenses. Engilbertus de Zwineze. Wintherius. Hugo. Otto de Wilern. Ernst cum magno ore. Engilscalcus puer. Engilmarus. Dietmarus Waltchŏn filius Sigbotonis cum barba. Sigboto et Hugo pueri Frisacenses. Adelbertus judex, Bernhardus camerarius, et filius eius Bernhardus, Hertwicus et Luipoldus fratres. Adelbertus trapezita. Chŏnradus Liupoldus. Wolframmus Scaffaere, ceteraque multitudo tam clericorum quam laicorum.

Actum anno ab incarnatione domini M.CXLV. Indictione VIII. VI, kal. Mai. I. anno dni. Eugenii pape XLI. anno. dni. Chŏnradi. Salzburg. Archiepiscopi. Romani quoque Gurc. episcopi XIV. anno. Chŏnradi Romanorum regis VII.

Original aus Gurk im hist. Verein zu Klagenfurt.

97.

Sitich.

1145, ..., ... Peregrin, Patriarch von Aquileia, erneuert dem Kloster Sitich seinen Stiftungsbrief und macht alle bisher erworbenen Besitzungen namhaft.

Peregrinus Gratia Dei Sanctae Aquilegensis Ecclesiae Patriarcha. In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Quoniam universos in vinea Domini constitutos ita laborare convenit tum justas preces virorum, maxime Religiosorum, et Deo famulantium, ac pro eis quotidie exorantium exaudiendo, Tum ipsas congregationes ad laudem et honorem Dei, congregatas fovendo, ut in futuro portantes manipulos suos cum gaudio, vitam metere mereantur [1]) aeternam. Idcirco nos precibus Venerabilis fratris nostri Vincentij Siticensis Abbatis totiusque Beati Conventus annuentes et devotionem atque defectum eorum considerantes, quasdam possessiones ad relevandam eorum inopiam pro devotione, eidem loco addimus, quorum nomina sunt haec: Lite in parte Crenuch sitam, iuxta sanctum Vitum 4 villas, Steindorff, Kalla et itemque Steindorff, et Kalla juxta Enchen 5 mansos, Czirknicz 2, in loco proximo, qui adjacet Sancto Vito 6 mansos ex quibus tres in jus Sacerdotis pro parte decimationis. quae per totam parrochiam, in qua locus idem situs est debebatur delegauimus, Alyque Nobiles viri, sanctam et honestam conversationem, et Religionem earum approbantes, quaedam alia praedia, pro redemptione animarum Parentum suorum et in remissionem peccatorum suorum eidem loco tradiderunt. Quorum nomina haec sunt: Una Curia, quae dicitur Frogia, quam etiam praedictus Abbas consilio fratrum suorum, Henrico Patris, excepto uno manso in concambium pro duabus villis

[1]) Copie: mereamur.

quarum una vocatur Ozipdorff iuxta fluvium Gurcae, altera Sit-Ingisdorff dedit. Quod concambium nos stabilimus, et ratum habemus. Et villa quae dicitur Lasis, quam quidem Nobilis Dietericus nomine, eidem Ecclesiae tradidit. 4 Mansi apud Frogia, quos Dominus Henricus Patris Ecclesiae dedit, nec non et frater ejus Megnhalmus; alios iiii apud Welze, una villa, quae vocatur Altelasis, et una quae dicitur Chazil, tres mansi juxta Taeure, 10 mansi apud Jvuanzdorff, unus mansus in villa Sigilsdorff. Duae villae, una vocatur Brunno et altera Trebeleu, una villa, quae dicitur Affoltren, 5 mansi apud Nakla, 3 mansi juxta fluvium Gurkae; quae omnia, tam ipsum monasterium in praedio, quod dicitur Sitich fundatum, quod nos a quibusdam Nobilibus viris, Scilicet Dieterico, Henrico et Megnalmo, per concambium Aquilejensi Ecclesiae acquisiuimus, et idem monasterium ibidem fundari statuimus, quam supradicta praedia, tam ea, quae imposterium acquisituri sunt in protectionem et tutelam nostram, et sanctae Aquilejensis Ecclesiae suscepimus. Sub poena perpetuae maledictionis, omnibus interdicentes, ut nullus eos laedere, aut in bonis suis aliquomodo offendere, aut molestare praesumat; quod si quis temerario ausu facere praesumpserit, anathematis vinculo se innodatum esse cognoscat, et cum Dathan et Abiron, nisi resipuerit, aeterna damnatione damnatum. Ut autem hujus nostrae ordinationis constitutio rata et inconvulsa permaneat, Sigilli nostri impressione insigniri fecimus. Actum est Aquilejae anno ab incarnatione Domini 1145 Indictione 8. Hujus rei testes sunt: Chono de Carisach, Fridericus de Cavorjach, Joanes Vicedominus, Amicus et Carulus Civitatenses, Bernardus de Cerclara, Rodolphus de Sazill. Ego Chono Domini Patriarchae Scriptor hanc chartam eius iussu conpleui.

Ego Peregrinus Ecclesiae.

Sacrae Aquilejensis Patriarcha.

Ego Ansfredus Abbas Belleniensis manu propria subscripsi.

Ego Leopoldus Abbas Rosacensis subscripsi.

Ego Gerhardus Abbas Pirensis subscripsi.

Ego Hartwicus St. Stephani Praepositus subscripsi.

Ego Ludowicus [1]) S. Alberti Aquisgrani Praepositus et Aquilejensis Canonicus subscripsi.

Urk. im Puzels Ms.; Mitth. f. Krain 1854 p. 91.

98.

Sitich.

1145, ..., ... Peregrin, Patriarch von Aquileia schenkt dem Kl. Sitich drei Huben sammt Zehent in der Pfarre St. Veit.

Urk. regestiert im Puzels Ms. p. 6—7.

99.

Sitich.

1145, ..., ... Peregrin, Patriarch von Aquileia, übergibt und incorporiert die Pfarre St. Veit bei Sitich sammt Zugehör dem Kloster Sitich und zwar:

Pro commodiori fratrum habitatione et sustentatione, et quidem cum omnibus juribus ac pertinentiis, ut amplius Coenobium stabiliret illudque evehere conaretur, effecit et indulsit in perpetuum, ut ipsimet Religiosi succesive administratores forent huius Parochiae, Confessiones audirent, Conciones facerent, oblationes pro vivis et defunctis immolarent, Sacramentaque fidelibus ministrarent, verbo, quae fidei Ortodoxae consona et ad salutem proximi unice salvificam necessaria forent, providerent, unde Divinâ gratiâ tantopere progressum est haud improspere, ut solertissimi in vinea Domini operarij facti sint atque evaserint. Cumque gentem in fide nutantem instruerent, Sacramenta administrarent, iisque aegrotos providerent, exemploque suo, ac Sanctae Conversationis miro odore in sui admirationem attraxissent, amoremque allexissent, omnes fideles Christi animae ad hos, velut apes ad alvearia sua confluebant, ac universim omnes poenè eorum doctrinâ, ac fidei moribus conformari, ac Christianae conversationis societati adjungi desiderabant. Ex quo, tam procul deventum erat, ut Confraternitas certa quaedam, a piis fidelibus instituta surrexerit, tempora repraesentans, non aliter ac olim Apostolorum, ut plerique in communi jam non tantum piô erga Deum zelô

[1]) Im Ms. ist eine Anmerkung des 19. Jahrhunderts: „Theodericus hat Alanus I. 118 (e MS.)“

accensi magis ac magis semper incitati et permoti cum fratribus vivere desideraverint, sed sua acervatim monasterio offerentes vivere mori, ac sepeliri affectaverint, desideraverint petierint.

Puzels Idiogr. mon. Sitic p. 7.

100.

Aquileia.

(1146, Dec.) Friesach. Erzbischof Konrad I. von Salzburg und Bischof Roman I. von Gurk anerkennen das Zehentrecht des Patriarchates von Aquileia auf ihren in dessen Sprengel gelegenen Besitzungen.

Conradus archiepiscopus Salisburgensis et Romanus episcopus Gurcensis recognoverunt Pellegrino patriarchae quod omnes ipsorum possessiones in patriarchatu positae tenentur decinam dare patriarchae, M.C.LCC.II. (!), indictione X,[1]) in castro Frisach.

Aus Archivkatalog des Patriarchats in Sammlung Bini, Bd. 32 (I. Varia docum. ab anno 396—1396), domkapitl. Archiv zu Udine; Zahn, Urkb. f. Stmk. I., 260—261, Nr. 252.

101.

Ft. Paul.

1146, ... , Aquileia. Patriarch Pelegrin von Aquileia tauscht mit Graf Bernhard (von Sponheim) dessen Schloss Denia in Friaul gegen 30 Mark Silbers, zwei Teile Zehents der Pfarren Gonowitz und Maria Schleinitz und Belehnung mit 2 Teilen Zehents der Pfarre Kötsch, sämmtlich bei Marburg, ein.

Huius rei testes sunt episcopi Concordiensis et Parentinus, comites Heinricus! aduocatus Aquileiensis et Otto de Ortenpurch, Wernerus de Carisach, „ministeriales uero“ Ottach(er)us, Hermannus

---

[1]) Da Erzb. Konrad I. um 1147, Bischof Roman I. um 1167 und Patriarch Peregrin um 1161 starb, ist die Jahreszahl 1172 unrichtig. Die 10. Indiction fällt auf 1146—47. Ende December befand sich der Erzbischof mit dem Bischof zu Friesach (Meillcr: Salzb. Reg. 51, Nr. 287), daher wurde obige Zahl angesetzt.

de Pinzan, Joannes uicedominus, Ekebertus, Leonardus, Woltrichil, preterea Gerungus de Midhuna, Liupoldus de Saunia Wodolricus de Lubigana et plures alii.

Orig. zu St. Paul, Abdruck b. Zahn, Urkb. f. Stmk. I. p. 261—2. Nr. 253.

102.

St. Paul.

1147, ..., Völkermarkt. Graf Bernhard von Sponheim-Lavanttal schenkt dem Kloster Viktring den Ort Hadrichsdorf etc. U. d. Zeugen: Wilchelmus comes de Hunnenburch (Heunburg), Meinhardus de Scönenberg u. a. vom Ritterstande.

B. Schroll, Urkb. v. St. Paul 84, Nr. 5.

103.

Moggio.

1149, 8. Mai, Glemona. K. Conrads Schirmbrief für das Kloster Mosach (Moggio). Unter den Zeugen: Comites: Vvolfradus de Trevin Vvalterus de Malentin, Megenardus de Sonnenberch.

Data Clemonae VIII. Idus Maii anno Dominice Incarn. MCXLIX. Regnante Domino Conrado suae Regalis prosapiae Romanorum Rege secundo Augusto, anno vero Regni ejus XII.

De Rubeis coll. 570.

104.

Admont.

1150. Ein gewisser Lampert, Höriger Gotfried's von Wieting, widmet der Kirche s. Nikolai in Sausal einen Weingarten für den Fall seines Todes. Unter mehreren Zeugen: „Heinricus de Khrain".

Orig. im Kl. Admont, Urk. gedr. bei Zahn. Urkb. f. Stmk. I., 331—312 Nr. 311.

105.

Aquileia.

1150, ..., ... Engelbert II., Graf von Görz, Bruder Herz. Heinrichs I. von Kärnten, übergibt der Kirche von Aquileia 30 mansos auf dem Karst und 30 in Kärnten und verspricht, falls er kinderlos sterbe, Belgradum, Prissinicum in Görz dem Gotteshause Aglar zu hinterlassen.

De Rubeis, Mon. ecclae. Aquil. p. 571.

106.

Sitich.

1152, ..., ... Patriarch Peregrin von Aquileia beurkundet und bestätiget die Schenkungen verschiedener Vornehmer an das Kloster Sitich in Krain, besonders der Gräfin Emma (von Treffen) betreffs der Ortschaft Babendorf (in der Pfarre Terstenik bei Krainburg.)[1])

In nomine domini nostri Jesv Christi, anno autem incarnationis eius millesimo centessimo quinquagesimo II., indictione XIIII. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris qualiter ego Emma comitissa consentientibus fratribus meis Henrico et Meginhalmo ob remedium anime mee et parentum meorum dono atque trado Siticensi monasterio et fratribus ibidem deo in perpetuum famulantibus, hoc est totum allodium meum dominicale in loco qui dicitur Babindorf, cum omnibus seruis et ancillis seu mancipiis eidem allodio pertinentibus, videlicet area I cum VIII mansibus et duabus tabernis et tota familia nec non cum omni iure quod michi attinere uisum est, scilicet campis cultis et incultis, siluis pascuis, pratis, rupibus, aquis, aquariis aquarumque decursibus, tali quidem tenore ut non liceat eis idem allodium pignorare uel in gambium dare seu aliquo modo a predicto monasterio cum familia alienare. Siquis itaque contra hanc nostrę donationis cartulam ire temptauerit, corrumpere uel molestare presumpserit sciat, se compositurum iam sepe dicto monasterio et fratribus in eodem degentibus auri optimi libras xxx, et hęc nostre donationis cartula in sua semper maneat firmitate. Pre-

[1]) Im Zahn's Urkb. Nr. I. 336 steht Bodendorf bei Murau.

terea ego Gerburc unacum filis meis Ǒlrico et Alberone dono et trado pro remedio anime meę et mariti mei Ǒlrici atque aliorum predecessorum meorum supramemorato monasterio iiii mansos de allodio meo in locó qui dicitur Carnotum, cum omni iure et pertinentiis quibus michi et filiis mei attinere uisi sunt, sub antedicta pena. Insuper ego Henricus Brisi cum uxore mea Liebyrc dono et trado quoddam allodium quod dicitur Radolfsdorf,[1]) cum omnibus suis pertinentiis supradicto monasterio et fratribus in eodem loco deo seruientibus pro redemptione peccatorum cum supradicta pena.

Pelegrinus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha. Hęc uero quę sicut superius legitur, eidem monasterio sunt collata, auctoritate omnipotentis dei et nostra prout iuste et legaliter possumus, confirmamus et eorum rogatu sub nostre tutionis muniburdio (!) suscipimus, statuentes ut nullus abbas nullusque eiusdem ecclesię magnus paruusque prouisor predictas possessiones aliquo modo alienare presumat. Siquis itaque huius nostri mandati uiolator exstiterit, sciat se nisi resipuerit, perpetuo anathematis uinculo innodatvm. Quod ut uerius credatur et firmius obseruetur, manu propria roborantes sigilli nostri impressione subtus insigniri iussimus.

Prime donationis testes sunt Henricus Brisi, Meginhalmus frater eius,[2]) Meginhardus de Sconiberc, Ǒlricus cappellanus, Winterius et frater eius Ruodegerius.

Secunde donationis testes sunt Henricus Brisi, Fredericus, Ruodegerius, Marcohardus.

Tertie donationis testes sunt Meginhalmus de Wisilperc, Ruodegerius et frater eius Winterius, Marcuhordus, Ortolfus.[3])

(Ringmonogram.)

Legende: „Adiu ua me deus noster“.

Ego Peregrinus sancte Aquilegensis (ecclesie) patriarcha subscribo.

Ego Werenhardus Tergestimus episcopus subscribo.

Ego Leo Junensis prepositus subscribo.

Ego Livpoldus Rosacensis abbas subscribo.

Ego Wdalricus Aquilegensis archidiaconus subscribo.

---

[1]) Radulja. — [2]) de Chraina. — [3]) Die Zeugenreihen sind im Originale neben einander, die Zeugen der einzelnen Reihen unter einander.

Ego Ödalricus Aquilegensis canonicus subscribo.

Ego Henricus Aquilegensis canonicus (subscribo).[1])

Orig., Pgt., aufgedrücktes, gebrochenes Sigel des Patriarchen von rotem Wachse, fürstlich Schwarzenbergisches Archiv zu Murau, in Obersteiermark; Zahn Urkb. f. Steierm. I. 336, Nr. 350.

107.

Admont.

1153, ..., ... „Perchtoldus comes de Anedechsen" delegiert in Hand und Treue seines „cognatus", Herzog Heinrichs von Kärnten 5 Huben zu „Schowenburc" und 2 Ueberfuren im Flusse „Trah" (Drave) zur Delegation an das Kloster Admont.

Admonter Trad. bei Zahn Urkb. f. Strmk. I. 343 Nr. 353.

108.

Admont.

(1154,) . . . ., ..., Heinrich von „Trosmarsdorf" widmet dem Kloster Admont sein Gut zu Weistrach bei St. Peter in der Au und zu „Laua" in Niederösterreich. U. d. Zeugen bei den Ohren herangezogen: „Heinricus Bris[2]) Meginhalmus de Chreina frater eius".

Cod. trad. d. Kl. Admont, Abdr. bei Zahn, Urkb. f. Stmk, I p. 344—5, Nr. 355.

109.

Gurk.

1154, ..., actum apud S. Redegundam. Bischof Roman von Gurk verkündet, dass er zur Zeit des Römerzuges, unter König

---

[1]) Im Originale sind die Unterschriften des Bischofs und der zwei Stiftsvorsteher heraldisch rechts unter der ersten Zeugenreihe, unter der zweiten ist das Ringmonogramm angebracht, unter der dritten die Unterschriftenreihe des Patriarchen und der geistlichen Zeugen. Aus Rücksicht auf den Druck wurde die diplomatische und standesmässige Gruppirung hier vorgezogen (von Zahn). — [2]) Abschr. „Breuis".

Friedrich, das Gut Teraberch an der Sowe von Herzog Heinrich von Kärnten, in Beisein dessen Bruders Herman um 60 Mark gekauft und der Herzog den Heinrich Bris bestimmt habe, das gedachte Gut der Kirche an des Herzogs statt zu übergeben. Zeugen lauter Fremde, darunter: Rudolphus et Albertus de Leibach, Waltherus de Gurkfelde.

Grüningers Ms. aus dem Gurker Kopialbuche fol. 35; Ankersh. Arch. f. K. ö. Gqu. VIII. p. 341, Nr. CCCXLV.

110.

Gurk.

1154, 12. März, Motniz. „Perchtold von Gurkfelde" Zeuge in Gurker Urkunde und zwar: als Friesacher (d. i. Salzburger Ministerial).

Arch. f. K. öst. Gesch. Qu. 8. Bd. 338, Nr. 341.

111.

Viktring.

1154, 1. April, Aquileia. Patriarch Peregrin von Aquileia gibt dem Abte Eberhard von Viktring und dem dortigen Kloster (Victoriensis monasterii) die Kirche in Höflein, drei Mansen derselben Kirche, einen Bauer Chasnut sammt Söhnen und Töchtern und eine andere zur vorgenannten gehörige Kirche in Tupalich [1]) sammt Zehent- und sonstigen Rechten. Diese Kirche besass vor dem Wolrich, Bruder des Grafen Meinhard, Bischof von Tarvisa (Treviso). Der Patriarch überliess ihm dafür eine Kirche in „Mosnach". Ausserdem gab der Patriarch dem Stifte den Zehent von seinem eigenen Maierhofe (grangiae) in Neuenhofen so wie von allen im Patriarchate gelegenen jetzigen als auch künftigen Stiftsgütern.

Pilgrimus D. g. S. aquileg.- sed. Patriarcha notum esse volo, quod ego attendens religionem & Eberhardi Abatis et fratrum Victoriensis monasterii et Ecclesiam quandam apud Nuverhouem, et tres mansus ejusdem Ecclesiae et rusticum quendam Chasnut nomine cum

[1]) Tupaliče bei Höflein in Oberkrain.

filiis et filiabus suis, et alteram Ecclesiam apud Tupalich ad praedictam Ecclesiam pertinentem cum decimariis et justiciis ceteris et tradidi abbati memorato et fratribus &c. Has autem ecclesias habuit dominus Wolricus frater Comitis Meinhardi, qui fuit Episcopus in Tarvisa, sed pro illis dedi ei unam ecclesiam in loco qui Mosnach dicitur et tradidi quoque ei universam decimam grangiae eorum in eodem loco cunctorunque mansuum, quos in Patriarchatu meo possident, ut in perpetuum possessuri sint. Harum vero ecclesiarum donatio facta est Aquilegie in Coena domini in confirmatione ac roboratione testium istorum Werenturo videlicet Tergensi Episcopo, Wolrico de Achel, Toma Civitatensi Praeposito et Vicedomino Comite Engilberto de Gorth. Heinrico Pris et Meinhalmo Meinhardo de Schonenberg, Ottacher de Titam &c. Facta sunt haec anno Incarnationis dominicae Millesimo centesimo quinquagesimo quarto tempore Christianae militiae euntis Jerusalem adversum gentilem rabiem.

Pap. Cop. im Archiv des kärnt. hist. Vereines Nr. 182

112.

St. Donat in Kärnten.

1154' 28. November, ... Ruodgerus de Wisleberch (Weichselberg) ist Zeuge in einer Urkunde für die Kirche st. Donat im Bistume Gurk in Kärnten.

Arch. f. K. öst. Gesch. Qu. VIII, 340, Nr. 344.

113.

Viktring.

1154—1156. Verschiedene genannte Adeligen schenken ihre Besitzungen zu Höflein bei Krainburg und in anderen Orten Krains wie Kärntens an das Kloster Viktring.[1])

Ego Bertholdus dux Meranensis Uictoriensi cenobio testimonium perhibens de bonis, que predicti cenobii fratres Niwenhouen et in

[1]) Diese Schenkung wird c. 1180 von „Bertholdus IV., dux Marenensis", nach eigener gründlicher Erkundigung sowie nach dem Verhöre vieler Zeugen bestätigt.

allis locis Chrain sive Carinthie possident, inpressione sigilli mei et scripto confirmo, que audivi et vidi, et scio quod iusto titulo donationis eorum qui pro temporalibus eterna pro terrenis celestia pietate suadente spiritu sancto afflante mercari studuerunt predictam curtim Niwnhouen ad solatium ipsorum, qui deo spiritaliter in terra militant et ad remedium et absolutionem peccatorum eorum, qui dederunt, diu et iuste et quiete possederunt, et iure in perpetuum si non commutaverint possidebunt, et quamvis in ore duorum vel trium ut ipsa veritas in evangelio testatur stet omne verbum ego tamen ad retundendum ora loquentium iniqua, fingentium mendatia, inpugnantium religionem et sanctam ecclesiam, testes non paucos de numero multorum excerptos, qui noverunt et testantur que et ego testor meo testimonio subscribo et produco, partim etiam titulo emptionis et commutationis, que predictus venerabilis possidet locus, anno igitur incarnationis dominice millesimo centesimo quinquagesimo quarto tempore christiane militie euntis Jerusalem adversus gentilem rabiem illustris Carinthiorum comes Bernhardus Christi cruce se armavit, quo tempore exordium fundationis curtis, que dicitur Niwenhouen habens fratribus deo Uictorie militantibus est delegata, huius fundationis auctor fuit quidam monachus nomine Engelbertus Uictoriensis cenobii professus, Eberhardo abbate ad id opus eum confortante et sacris ammonitionibus adhortante, eodem tempore quidam nobilis miles Meinhardus Schabab agnomine de Chocher ministerialis comitis Bertholdi de Stain, dedit sacro Uictoriensi loco quatuor mansus apud Chrain in loco qui Niwnhoven dicitur, sub alpibus super emminentibus curti, quę postea facta est, iuxta arbores, quę cerasi dicuntur. Preterea eubas sex et trium camporum planitiem, quam curtim stabulariam dicunt juxta eundem locum Nivnhoven pro quatuor mansis Charinthie iacentibus commutavit unum iuxta Chriwich in loco qui Wonwiz dicitur accepit, quem mansum quidam dederat Zaizolfus nomine ministerialis comitis Bernardi, alterum mansum dederunt ei Nersendorf, reliquos duos in locis Gorciz iuxta locum sancti Primi et Felitiani. Hos mansos memoratus Meinhardus habuit usque ad diem depositionis nepotis sui Meinhalmi germani Gerlaci de Michelsteten, qui videlicet Meinhalmus in Istria fuit occisus. Pro cuius memoria habenda et suorum remissione peccatorum donavit eubas, quas habuit Niwnhoven, quas et ante tradiderat, vel potius quod dederat renovando confirmavit, et mansos quos a fratribus in Carinthia pro his receperat resignavit, et eis

reddidit, Huius rei testes sunt. Berenhardus de Gurnotia, Gerolcus (!) et Albertus germanus suus de Michelsteten, Meingoto de Hus, Wecelinus et filius eius Albertus de Rein, Richerus plebanus de sancta Maria, Altwinus de sancto Petro, Wolricus clericus de Niwnhoven et alii quam plures, qui ad sepulturam predicti Meinhalmi advenerant, ad maiorem autem confirmationem ejusdem facti postea comes Berchtholdus de Stein rogatu sepius prefati Meinhardi et sue coniugis filiorum quoque et filiarum suarum tradidit omnia que Meinhardus tradiderat in manum dñi Eberhardi abbatis ad consolationem fratrum deo Victorie famulantium. Hoc factum est in castello Wildenstain et huius rei testes sunt: Karolus de Stain, Otto, Gil. Gerlochus, Meinhalmus, Albertus de Michelsteten Ainrichi agnomine Honizzeim, Magens et alii quam plures, quorum multus est numerus. Hec ideo ita firmata sunt, ut rata et inconvulsa in perpetuum manerent, quia lex dicit, iuste possidet, qui auctore deo possidet, Eodem etiam tempore et loco presentibus prescriptis testibus idem comes Bertholdus, ut spiritus sanctus voluit et iussit, dedit Uictorie quicquid habuit Niwnhoven, silvam, prata, loca culta et inculta, valles et alpes, piscationes cum omnibus ad se pertinentibus, quorum termini per longitudinem et latitudinem sunt: a septem fontibus iuxta Chocher usque Rain et a quodam rivulo, qui Zucha dicitur, iterum usque ad villam predictam, que Rain nuncupatur, et iterum ab ista villa, usque in verticem montis, qui Zaplat appellatur. Post multa vero tempora, cum Albero, senior filius Meinhardi secundo Jerusalem ivit, ipse Meinhardus pietate motus delegationem predictam, quam de rebus suis fecerat iterum per manum comitis Berchtoldi et per manum domini Ortwini de Zower renovavit atque firmavit. In testimonium se obtulerunt filii sui Albero Engelbero, Gebhardus et Iremgardis mater eorum, Rahwinus de Schellenberg, Meinhardus puer nepos eorum. Eufemia et Dimuodis filie Meinhardi, Luipoldus miles comitis Meinhardi de Schonenberg, Wirento de Olswich, Albertus de Rain, Albertus Galle, Weriandus de Wildenstain et multi alii, coram his testibus, Meinhardus cum coniuge, et filiis et filiabus fecit abrenuntiationem predii sui Waitinsdorf, quod fratres Uictorienses ab ipso emerunt marcis XL tribus. Reliqua bona quibus ampliata est curtis Niwenhoven scilicet eubas septem et tres camporum latitudines cum omnibus suis pertinentiis dedit comes Meinhardus de Schonenberg fratribus ipsis partim pro remedio anime sue, partim pro pretio decem marcarum; Horum bonorum donatio vel

emptio facta est in castello Wichselberg, sub testimonio et astipulatione nominum istorum Meinhardi videlicet de Ueldes, qui fuit ministerialis episcopi de Prichsen, Erchenberti de Olswich, Einwici de Schonenberg, Leonis militis comitis et aliorum plurimorum, quos nominare ociosum est. Ecclesiam autem apud Niwnhouen, et tres mansus eiusdem ecclesie, et rusticum quendam Chasnut nomine, cum filiis et filiabus suis dedit fratribus Uictorie dominus Pilgrinus venerabilis Aquilegensis patriarcha, quam ecclesiam habuit dominus Wolricus frater comitis Meinhardi, qui fuit episcopus in Tarvisa, sed pro illa dedit ei dominus patriarcha aliam ecclesiam in loco qui Mosnach dicitur ut fratres Uictorienses ecclesiam Niwenhoven quiete possidere permitteret, Universam quoque decimam eiusdem grangie cunctorumque mansuum quos in patriarchatu suo idem cenobite possident aut in perpetuum possessuri sunt, tradidit reverentissimus ac piissimus patriarcha memoratis fratribus pro remissione peccatorum suorum, et omnium sibi succedentium. Huius vero decime et ecclesie donatio facta est Aquilegie in cena domini sub confirmatione ac corroboratione testium istorum, Werenhardo videlicet Tergensi episcopo, Wolrico de Achel, Thoma Civitatensi preposito et vicedomino, comite Engelberto de Gorce, Heinrico Pris et Meinhalmo, Meinhardo de Schonenberg, Otthacher de Titan et aliorum plurimorum. Tres mansus apud Rain dedit comes Meinhardus partim pro pretio, partim pro remedio anime sue que donatio facta est Aquilegie, et huius rei testes sunt: Otthacher de Titan, Arnoldus ministerialis Aquilegensis ecclesie Engelbertus filius Meinhardi Schabab, Einwicus de Schonenberg, Gerlochus de Truchsen, Chunradus de Rorbach et alii quam plures. Comitissa Hadwich mater comitis Berchtholdi de Bogen donavit per manum Heinrici Pris, ad eundem locum novem eubas cum omnibus pertinentiis suis, aquis, silvis, pratis, paschuis, quorum termini habentur: primo in latitudine a quodam rivulo, qui Stainbach dicitur, usque ad sanctum Laurentium super montem, deinde per longitudinem usque in cacumen et summitatem montis, de quodam rivulo qui sub Uasche defluit. Specialiter quoque et expresse tradidit ad eundem locum collem castro aptum, in quo et quondam fuit castellum in loco, qui Uasche nuncupatur, et testibus subscriptis eandem roboravit donationem, testes autem sunt hii: Charolus de Stain, Wilvinus de Wippach, Weriandus de Gurnozia, Wolvoldus de Uernich, Dietricus de Meingosburg, Geroldus et alii multi. Istam donationem

dedidit iuxta Ueldes, in loco qui Hohenbruche dicitur. Illustris etiam comitissa Hadwich de Bogen dedit ad predictum locum quinque mansus apud Wippach cum omnibus ad se pertinentibus donatio autem hec facta est apud Lusse et huic donationi interfuit Ditricus prepositus eius Uuilimus de Wippach, Weriandus de Gurnotia et alii complures, quorum infinitus erat numerus, Postea vero dederunt fratres de Uictoria quinque prefatos mansus aput Wippach domino Alberoni de Guotenberg filiisque suis pro quadam villa curie eorum vicina que Chachenberg nuncupatur, silvam quoque et alpem paschualem cum omnibus ad eandem villam pertinentibus similiter eis donavit. Huius rei testes sunt: dominus Witigo de Lilienberch, Gerlochus senior de Stain, dominus Wilvinus de Wipach, dominus Bernhardus et frater eius dominus Giselbertus de Gurenz, dominus Albero et fratres de Guotenberch, dominus Gebhardus de Coker et alii plures tam nobiles, quam ignobiles, facta sunt anno ab incarnatione domini Millesimo Centesimo, quinquagesimo sexto, in Castro apud Nuwenburch.

Original Pergament im Archive des historischen Vereins zu Klagenfurt. Vom Sigel nur noch 3 Löcher, wo die Sigelschnur durchgieng zu sehen.

114.

Admont.

c. 1155, ..., ... Otto, Ministerial Herzog Heinrichs IV. von Kärnten, widmet dem Kloster Admont sein Gut zu „Rudolfsdorf“ bei Micheldorf bei Friesach. U. d. Zeugen: Hiltibrant de Craine, Adelbertus cognomento Scerph, Marchwardus de Laibach.

Orig. Abdr. bei Zahn Urkb. f. Stmk. I pg. 358, Nr. 369 ex lib. trad. Admont.

115.

Gurk, Bistum.

1155, 27. März, Gurk. Bischof Roman I. von Gurk vergleicht sich mit dem Grafen Berhtold von Bogen wegen des von dessen Bruder Hartwich v. B. gekauften und von ihm angefochtenen Gutes Doberna, nordwestlich von Cilli. U. d. Zeugen: Rödgerus de Wihselberch Salzburger.

Urk. gedr. b. Zahn, Urkb. f. Stmk. I., 350, Nr. 357.

115a.

Gurk.

1155 . . . . Heinrich Bris[1] *übergibt das Gut Ternberg an der Sova (Save) der Gurkerkirche in Gegenwart des Erzbischofs Eberhard von Salzburg und der Zeugen: Grafen Berthold von Bogen, Kadold von Sunebrechtesdorf, Liupold von Pleigen, Meinhalm von Krain*[2] *Egno von Schlipphes, Heinrich von Stain, Karolus Rudolfus de Albekke freie Leute (Liberi), Sigmar von Leibniz, Friedrich von Leonsberch, Friedrich von Bettowe, Otto von Riechenburch und sein Bruder Reinbertus und ihr Oheim Kunrad von Rohrbach, Marchward von Vzilingen, Rudger von Pongov, Willhalmus de Wagingerberge Salzburger, Heinrich von Strazburg und sein Geschwisterkind Engelbert Oudalschalc von Witenstain Ruodger von Wichselberg Gurker, Ruodger von Sibenekke und sein Sohn Ruodger, Gerloch von Truchsen, Eberhard de Traha. Die Lehens- oder Dienstleute (milites) des Grafen Berthold von Bogen: Kadeloch von Winzer, Rudolf von Hunenburch*[3] *Otto von Sattelbogen und sein Bruder Konrad Ermenfried von Wezelscelle*[4] *Kuono von Traskirchen*[5] *und Hartung. Haidenrich von Roumwaldesdorf*[6] *Berthold von Gurkenvelde und sein Sohn Walther, Dietrich von Krain, Gerloch von Framlingsberge,*[7] *Roudger von Burchuzen,*[8] *Gotschalc von Pittene, Regimar von Gurkenvelde*[9] *und sein Sohn Swiker, der Meyer Friedrich, und Hugo der Sohn des Kadold von Sunebrechtesdorf.*

Actum anno ab incarn. Dñi. M.CLV. Indict. III. Reichenburch apud S. Roudbertum.

Aus Grüningers Handschriften, Gurker Copialbuch folium 35; Archiv f. Kunde österr. Geschichts-Quellen 8 Bd. (1852) Pag. 346, Nr. 350; siehe Nr. CCCXLV ebend. p. 340; Urkb. f. Krain Nr. 115.

---

[1]) Im Copialbuche Breis. — [2]) Das Copialbuch gibt die folgenden Namen mit „et alii quam plures". — [3]) In einem Excerpte Hermanns Hanenbach. — [4]) Bei Hermann Wezilscelle. — [5]) Bei Hermann Strazkirchen. — [6]) Bei Hermann Roumoldesdorf. — [7]) Bei Hermann Tramlichberge. — [8]) Bei Hermann Burhusen — [9]) Bei Hermann Gurkvelde.

116.

Benediktbeuern.

1157—1168 [1]), ..., ... „Berhtoldus comes“ (III. de Andechs), Vogt von Benediktbeuern, ist gegenwärtig bei einem Tausche zwischen diesem Kloster und Albero von „Houhinburch“. U. d. Z. „Ipse comes et advocatus B.“. Unter andern Ministerialen des Grafen: Udalschalk „Galle“.

Trad. b. Meichelbeck Chron. Bbur. 2, 16 M. B. 7, 59—60.

117.

Gurk.

1158, 20. Juni, bei St. Radegunde. Roman I. Bischof von Gurk belehnt den Herzog Heinrich von Kärnten mit dem Schlosse Grafenstein. Unter den vielen Zeugen: Rudger von Wisleberch.

Arch. 1822, S. 110 Nr. 144; — Arch. f. K. öst G.-Qu. 1852 (8. Bd.) p. 349—352 Nr. 356.

118.

Vormbach.

1158 . . . 73. „Bertholdus comes et filius eius“ (Bertoldus IV. de Andechs) tradieren für Wikher von „Vogelarn“ Gut zu „Sant“ und „Emberch“ an Kloster Vormbach. Zeugen: Adalbert von „Nazzenvozzen“.[2])

Trad. in Mon. boica IV. 67; Arch. f. K. ö. Gesch.-Qu. I. 673.

---

[1]) Anwesend war auch der Abt des Klosters, Walther, welcher im J 1168 starb. — [2]) Freiherr v. Oefele erkennt ihn als Adalbert von Nassenfuss in Unterkrain.

119.

Admont.

c. 1160, ..., Admont. Die Ministeriale Udalschalk mit dem Beinamen „Galle“ und Ortwin „Galle“ Zeugen ihres Herrn „Perhtoldus (III.) de Anedehse“ für das Kloster Admont.

Trad. bei Zahn, Urkb. f. Stmk. I., 396—7 Nr. 407.

120.

Freising.

1160, 7. März, „actum in curia Lonca (Lack) in Creina. Bischof Albert von Freising belehnt Ezelin und dessen Sohn Johann in deren Vertreter dem Richter Jacob mit dem Schlosse und Hofe Godego.

Cod. 238, f. 121, im k. Reichsarchive zu München; Meichelbeck I./2, 558, Nr. 1340; Verci: Storia degli Ecelini I., 97. Nr 7. Zahn, Cod. fris. 1, (fontes. rer. Austr 31. Bd.) p. 108, Nr. 110.

121.

Freising.

c. 1160. . . . ., ... Der freising. Priester Johann schenkt seiner Kirche 14 Untertanen seines Eigens in Krain und ersucht Bischof Albert von Freising um Genehmigung seiner Bedingungen.

Domino suo A. dei gratia Frisingensis ęcclesię episcopo, J. eiusdem ecclesie sacerdos diu noctuque assiduas orationes congregationi fratrum et ministris, quicqu'd sedulis orationibus apud deum impetrari potest. Notum sit omnibus uobis, quod ego Johannes familiam meam, scilicet seruos et ancillas quatuordecim in manus Herwici debitoris conmisi coram duce qui est aduocatus apud Lonke, astantibus Otacher de Bosenic, Herewic et frater eius Trebemer, Amalunc, Johannes eiusdem familię et Ernust, eo tenore quod ipse super altare sanctę Marię sanctique Corbiniani obtulisset et sacrificaret, ita ut post mortem meam unus quisque tres nummos episcopo per annum persolueret et quod nullus episcopus potestatem habeat alicui in

beneficium eos prestare et a se in censum eorum dare. Vnde ego dominum meum episcopum rogo, ut hanc rem ita confirmet, vt titulos duos scribere faciat et nobis unum remittat, alterum in sacrario conseruet. Hanc delegationem Herewicus compleuit sub his testibus, Fritilone de Ismanningen, Gerwico de Horsenhouen, Gotefrido de Frisinga, Herewico de Creine, Heinrico de Perchah, Imbrico, Sigibotone et aliis quam pluribus.

Cod 9, 7, der herzogl. Biblioth. zu Wolfenbüttel, f. 35; Arch. f. Kde. österr. G.-Quellen XXVII., 268, Nr. 15; Zahn, Cod. dipl. Fris. I, p. 109—110, Nr. 112.

122.

Freising.

(1160.) Urbarverzeichnis der freisingischen Besitzungen zu Lack, Feichting, Safniz, Neusäss (= Gôdežiče bei Lack), Längenfeld, Pölland, Selzach und Reteče, dann der Kärntner, Baiern und Slaven der Herrschaft Lack.

(Aus Cod. 189 f. 49—56', k. Reichsarchiv zu München, vgl. Archiv f. Kde. österr. Gesch.-Quellen, XXVII., 230.)

f. 53. Noticia bonorum de Lonka.

Curtiferi uillicorum tres et dimidius qui seruiunt hęc, ille de Lonka dimidium frumentum, duos porcos uel dimidiam marcam, quinque porcos uictimales, duos modios fabe, duas wagas lini, unum modium plumarum, unum saccum et funem, mezonem unum synapis, quatuor anseres, duodecim pullos gallinarum.

Item et tantundem seruit tummaior de Vitingen.

Curtiferus de Safniz tantundem seruit per omnia, fallit unus porcus saginatus et duo victimales.

Dimidius curtiferus apud Nivsaze seruit unum porcum saginatum et quatuor porcos uictimales et de aliis omnibus medietatem eorum que supra memorata sunt.

Carentani possident quatuordecim hobas quarum singule seruiunt tres modios auene, quinque modios braze, unum modium de hofphen, tres mensuras tritici, unum cehenlinch lini, unam gallinam.

Bauuari possident nonaginta quatuor hobas cum simmannis que singule seruiunt unum porcum et quinque modios auenę et unum

modium hofphen, exceptis quatuor quas habent Scr eccharii qui dant tres modios auenę.

Est autem summa porcorum centum absque porcis uictimalibus et auene summa est quadringenti quinquaginta modii.

De Sclauis centum quinquaginta tres hobe que singule seruiunt triginta denarios.

De Sclauis hec debentur,

de Lengenuelt quatuor mansi, de Polan et de Seltsach centum quinquaginta septem mansi quę singulę (!) reddunt unum friskingum cum pullo absque his que debentur officiali.

De hobis Bauuarorum quę sunt nonaginta duo debentur (f. 53') quadri(n)genti modii auenę si uenatores non fuerint uenati, alie sedecim hobe reddunt octoginta modios braze et de quatuor curtiferis quatuor modios braze, de porcis centum et sex saginati et de quatuor curtiferis triginta duos friskingos, de caseis duo milia si octo uaccę assint, hoc ita per duos annos, in tercio anno quadri(n)genti amplius.

Adhuc supersunt uiginti hobe apud Ratesidorf et Nivsaze que singulę soluunt sex urnas ceruisię et unum modium auenę et colunt unum curtiferium. Absque his restant duodecim beneficia que diuisa sunt inter diuersos officiales, et unum molendinum. Insuper ille xvi hobe Carinthorum reddunt sedecim friscingos.

Apud Lonca de Sclauis triginta quatuor marce, de camera quinque marce, de pabulo decem marce, de malzo quatuor marcas (!), de caseis quinque marce, de porcis quatuordecim marce. Restant curtiferi.

Zahn, Cod. dipl. Austr. fris. III., p. 12—14.

123.

Gurk.

1161, 13. Februar, Gurk (in Kärnten). Bischof Roman von Gurk verleiht seinem Koche Meingot zum Lohne für seine treuen Dienste auf Bitte des Probstes Roman und des Dechantes Wezelin und des übrigen Kapitels einige Neubrüche in Savlje (bei Laibach), welche zwanzig Mass Getreide zum Bierbräuen eindienen auf Lebensdauer Meingots.

C. [In nomine domini amen.][1]) Ego Romanus divina ordinante clementia Gurcensis ecclesie episcopus notifico universis Christi fidelibus

[1]) Verlängerte Schrift.

tam futuris quam presentibus, nos quedam nostra novalia in Sawelach xx urnas bravii [1]) persolventia, quibus cocum nostrum Meingotum, qui bene ac fideliter nobis servierat, inbeneficiavimus, rogatu eiusdem M. et domino Romano Gurcensi preposito et Wecelino decano et ceteris confratribus nostris pro ipso aput nos interpellantibus precipue tamen pro remedio ánime nostre et antecessorum et successorum nostrorum et domine Hemme fundatricis ecclesie nostre propriis manibus delegasse hoc modo, ut predicto M. adhuc vivente, si bona eius voluntas fuerit, potestati fratrum nostrorum subiaceant, sin autem post mortem eius omnimodis in usus ecclesie redigantur. Huius delegationis testes sunt: Engebertus (!) et filii eius Pvrchardus, Prvno, Hainricus, Waltfridus et filius eius Engelbertus, Nvdungus et filius eius Gebehardus, Egelolfus, Waltherus, Poppo de Waldeke, Ernestus de Pilstain, Hermannus de Wolchenburch, Engelsalcus, Meinhalmus, Waltfridus de Pregrad, Gotsalcus, Pertoldus, Waltherus Sweui et alii quam plures. Acta sunt hec aput Gurke id. Feb., anno ab incarnatione domini M.C.LXI. indict. VIIII. feliciter amen.

Original aus Gurk deponiert im Archive des Klagenfurter histor. Vereines. Rückwärts ist das Sigel des Bischofs an einem Pergamentstreifen eingehängt.

124.

Sitich.

1162, ..., ... Ulrich, Patriarch von Aquileia bezeugt, dass die Grafen Meinhard und Albert von Schwarzenburg auf der Reise nach Jerusalem begriffen, ihr Allod Kaltenfeld dem Kloster Sitich unter der Bedingung schenkten, dass dasselbe erst nach ihrem Tode in das Eigentum des Klosters übergehe; für die Nutzniessung während der Dauer seines Lebens, gab Meinhard, der von dieser Reise allein zurückkehrte, jährlich eine Vergütung. Die Schenkung geschah in Gegenwart des vorgenannten Patriarch Ulrich.

Urk. regestiert im Puzels Ms. p. 11—12.

---

[1]) Vielleicht bracium oder brace eine Getreideart zum Bierbrauen (du Cange Gloss. b. V.).

125.

Gurk.

1162, 3. Mai, St. Veit in Kärnten. Herzog Hermann tritt das von einem gewissen Herrn Pilgrim von Potsul erworbene Schloss Hohenwart sammt Zugehör gegen eine Erkenntlichkeit von 80 Mark der Kirche zu Gurk in Kärnten ab. Unter den Zeugen: Engelbertus de Vrsperch (Aursberg) liber homo, Arnoldus de Laibach, et frater ejus Perhtoldus et sororius eorum Hartwich ministeriales ducis (Hermanni de Carinthia).

Joanneums Urk. Nr. 160; Eichhorn, Urk. im Gurker Arch.; Arch. f. Gesch. 1822, p. 415 Nr. CLV. Gurker Copialbuch fol. 34; Ankershofen, Arch. f. K. ö. G.- Qu. VIII. Bd. p. 362, Nr. CCCLXXXIX.

126.

Reichersberg.

1162, Anfangs Herbst, Karpfham. Comes Berhtoldus (III.) de Anedechs überführt hier auf dem Landtage Herzogs Heinrichs von Baiern seinen „cognatus", den Grafen Bertold von Bogen, welcher läugnet, dass ihm Ersterer das Gut Muonsteur[1]) zur Ueberweisung an das Stift Reichersberg delegiert habe (Reg. 145[2]) in einem mündlichen Vortrage.

Reichersberger Aufzeichnung im ober.-öst. Urkb. 1, 342—3; Mon. boica 3, 456—7, dazu Ann. Reich. 1162 in Mon Germaniae hist., Leges, Scriptores. 17, 469—70; Oefele, die Grafen v. Andechs pag. 134 Nr. 171.

127.

Rosazzo.

(c. 1162),[3]) . . . ., ... Peregrin, Patriarch von Aquileia schenkt die Pfarre Hönigstein (Honnestayn) dem Kloster Rosazzo.

Bianchi, thesaurus ecclesiae Aquilejensis p. 5 „de contentio in secundo scrineo".

---

[1]) Im Güteraustausche 1154 zwischen Hochstift Bamberg u. St. Reichersberg, welches Dorf Münster bisher bambergisch gewesen. — Urk. in Mon. boica 3, 428 ob.-österr. Urkb. 1, 309—11, 2, 270—2; Oefele d. Gr. v. Andechs pg. 128 nr. 123. — [2]) Oefele die Gr. v. Andechs p. 129. — [3]) Regierungsende des Patriarchen Peregrin.

128.

Michelstetten.

1163, . . ., Greilach. Ulrich, Patriarch von Aquileia, beurkundet die Uebergabe der Kapelle St. Margarethen in Michelstetten, welche bisher zu Pfarre St. Maria (in Cerklje) gehörte, an Gerloch (von Michelstetten). Ausserdem verleiht er der Kapelle das Tauf- und Begräbnisrecht; dazu fünfzig Zehentbauern, die bisher Gerloch vom Patriarchate zu Lehen gehabt, zur Erhaltung eines ständigen Priesters. Gerloch entschädigt dafür die Pfarre St. Maria mit Zustimmung seines Herrn des Grafen Bertold (III.) von Andechs, in Gegenwart des Pfarrers Richer mit einer Hube und einem Leibeigenen zu Michelstetten.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Dignum et omni rationi consentaneum esse dinoscitur ut pia fidelium uota per ecclesie doctores ad optatum effectum prouida dispensatione perducantur Quocirca cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse uolumus qualiter nos quidem Ulricus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesię electus pathriarcha capellam S. Margarethę in loco qui dicitur Michilstet sitam cum dote et omni iurisdictione a plebe. S. Marię petitione dilecti filii nostri Gerlochi in cuius allodio eadem capella constat esse fundata de communi fratrum nostrorum religiosorum uirorum consilio liberam reddidimus salua tamen in omnibus debita reuerentia et obedientia S. Aquilegensis ecclesię Preterea baptismum et sepulturam ei contulimus et quinquaginta decimarios quos idem Gerlochus a nobis in beneficium habuerat in remedium predecessorum nostrorum et anime sue ac propinquorum suorum ipso petente predicte capellę perpetuo habendos et possidendos tradidimus ut sacerdos ibidem manens diuina celebret et nobis ac successoribus nostris et archidiacono nostro tantum debitam reuerentiam et obedientiam exhibeat. Predictus uero Gerlochus cum uxore ac liberis suis mansum i et seruum apud Michilstet situm pro redemptione capellę prefatę plebi proprietario iure habendum et possidendum assentiente domino suo dilecto fideli nostro comite Pertoldo de Anedechs presente quoque et consentiente fratre nostro Richerio eiusdem ecclesie plebano absque omni contradictione contradidit Successorum igitur nostrorum reuerentiam affectuose rogamus ut quod dispensationis intuitu fecimus ratum et inconuulsum teneant. Ut autem hoc uerius credatur presentem paginam inde conscriptam sigillo S.

Aquilegensis ecclesię proprio adhuc sigillo carentes corroborari fecimus actum est in pleno capitulo apud Crilǒg in ecclesia S. Rûberti anno ab incarnatione domini M. C. L. XIII. Indictione XI. presentibus uenerabilibus fratribus nostris Chonone Concordiensi Wernardo Tergestinensi et Ůlrico Taruisiensi episcopis Uicentio Siticensi abbate, Jonatha S. Felicis preposito, Henrico decano S. Viti. Plebanis Petro de Leibach, Engelpreto S. Clementis, Arnoldo S. Martini, Ůlrico S. Petri, Diemaro Dietuino. Rûtardo de Treuen, Weriando S. Rûberti et pluribus aliis. Laicis quoque Ůlrico Thuscie marchione, comite Wolurado patre nostro, Artuico de Varmo, Ascuino, Erebordo, Eremberto, Johanne Ciuitatensibus. Megnardo de Crilǒg et Hermanno de Wolchenberg purcrauiis, pueris Rantolfo, Amelrico et Popone Militibus etiam Ůlrico et Henrico de Rifenstain, Bernardo de Gurniz.

Ego Romulus domini electi notarius scripsi et dedi mandato eius.

Orig., Pgt., Sigel abgerissen im k. k. Staatsarchive in Wien.

129.

Admont.

c. 1165, ..., ... Sophia, Witwe Meginhalms „de Chraine“ übergibt gegen Abfindung ein Gut bei Ober-Welz, das ihr Gatte dem Kloster Admont gewidmet hatte, diesem Stifte.

Urk. gedr. bei Zahn Urkb. f. Stmk. I., 455—456, Nr. 488.

130.

Diessen.

c. 1165, ..., ... „Otto de Chraine“ Zeuge des Grafen „Berhtoldus (III.) de Andehs“ für St. Stefan und St. Georg zu Diessen.

Mon. Diessensia in M. B. VIII., 128; Oefele, die Grafen von Andechs p. 130 n. 142.

131.

Sitich.

1169, . . ., ... Ulrich, Patriarch von Aquileia, bestätigt und nimmt in Schutz die Besitzungen des Klosters Sitich, sowohl die, welche von seinen Vorfahren, wie auch solche, die von anderen frommen Christgläubigen dem Stifte geschenkt worden und zwar: die villa, welche „Conradus de Scherffenberg", und das Gut, welches ihm Graf Bertholdus (III.) de Andechs verliehen. Ebenso 32 Huben in der Ebene neben dem Kloster Sitich, welche Heinrich Herzog von Kärnten und sein Bruder Hermann im Tauschwege für 37 Huben dem Kloster übergeben haben. Die Hube, welche Wilhelm „de Minchendorf", und eine andere Hube, die Graf Berthold „de Pogen" ihm geschenkt, das Allod „Kaltenfeldt" (bei Sitich), welches Albert und sein Bruder Graf „Meynardus de Schwarzenberg" da sie nach Jerusalem reisten. (Jerosolymam euntes) schenkten, etc.

Folgt die Beschwörungsformel:

Quam paginam, si quis infringere ausu diabolico, ecclesiam, et fratres inquietare praesumpserit, et non resipuerit, cum Dathan et Abiron in perpetuum se damnandum esse, et anathematis vinculo innodatum teneri non dubitet. — Ita concludit patriarcha Vlricus ecclesiae Aquileiensis.

Urk. regestiert im Puzels Ms. p. 12.

132.

Admont.

1168, . . ., Litzen. Gräfin Leukart von Bogen schenkt dem Kloster Admont eine Hube zu St. Georgen an der Gurk (in Unterkrain).

Anno ab incarnatione domini M.C.LX.VIII. Perhtoldus comes de Pogene viam vniuersę carnis ingressus apud Rotenmanne migrauit. Vxor itaque illius Liukart nomine animam uiri sui diuitiis propriis redimere cupiens tradidit monasterio Admuntensi super reliquias sancti Blasii mansum qui est situs iuxta Gurkam fluuium in uilla quę dicitur ad sanctum Georium in supremo ipsius uillę quem frater Ebo petierat, cum agris et pratis, communi quoque vsu lignorum de foresto adiacenti, et insuper de ipso foresto per singulas ebdomadas

plaustrum unum lignorum. Hęe traditio facta est apud Liuzen, suscipiente illam domino Liutoldo tunc Admuntensium abbate, presente etiam germano domini Babinbergensis episcopi fratre Wolfhero ubi testes isti accesserunt,[1]) Erinfrid pincerna ipsius comitis de Weziliscelle, Heinricus dapifer eiusdem de Hurginpach, Dietmar de ęcclesia sanctę Marię, Odalricus de Eberingen, Heinrich Palmar.

(Aus Cod. tradit. II 317 und IV. 233 des Klosters Admont, abschriftlich im steier. Landesarchive; — Mon boica XIV. (Urkk. von Windberg), 34, Nr. 17. und Pez: Thes. Anecd. III./3., 779, Nr. 107; Zahn, Urkb. f. Steierm. I. p. 475 Nr. 509.

133.

Brixen.

c. 1170 . . ., ... Nantwin, ein Diener des h. Ingenuin, berichtet (dem Bischof von Brixen), dass er eine alte, aus Holz zu Ehren Mariens erbaute, von Wallfahrern viel besuchte, aber noch nicht eingeweihte Kapelle auf seinem kleinen Landgut, welches in sclavonischer[2]) *Sprache Lezeza (Lesce)*[3]) *genannt wird, in Folge der Erinnerung des Bischofs Dietmar von Triest, der damals noch Archidiacon war und Hertwig's, welcher die Pfarre des h. Klemens (zu Rodein) verwaltete, niedergerissen und eine neue von Stein aufgebaut, worauf sie mit Erlaubnis des Patriarchen Ulrich von Aquileia von seinem Vikar Bischof Eberhard mit der Bestimmung eingeweiht wurde, dass die frommen Opfer als Beitrag zu Nantwins Kirchlein, welches er zu Goriach besitzt und das noch nicht dotiert ist, gehören sollen.*

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Quoniam in ecclesiasticis et in secularibus rebus multa et diuersa aguntur negocia pla-

[1]) Abschr.: „uocati testes isti accesservnt". — [2]) Es sei hier nebenbei bemerkt, dass der Ausdruck „Slovenia und lingua slovenica" weder bei den alten Chronisten noch in Urkunden je im Mittelalter vorkommt, wie es in so vielen Büchern irrtümlich angegeben wurde. Es beisst immer nur: Sclavonia, Sclavinia, Sclavania. Diese Ausdrücke bedeuteten bei den mittelalterlichen Schriftstellern und Urkundenschreibern also das, was heute Slovenien, slovenisch. Die Hauptbezeichnung für das jetzige Slovenien und slovenisch war jedoch immer „Sclavonia und sclavonicum". — [3]) Der Ort Lezeza kann nur Lees (Lesce) in Oberkrain sein, weil es in der geistlichen Jurisdiction von Aquileia lag, also in Oberkrain bei Veldes, wo Lees, Goriach und die Pfarre st. Klementis zu Rodein vorkommen. Die letztere wurde im J. 1821 an die Pfarre Breznica übertragen (Cat. Cleri. dioc. Lab.) Lees war vorzeiten ein stark besuchter Muttergottes-Wallfahrtsort.

cuit ea que semel diffinita sunt designari scripture noticia. vt si postmodum aliqua inde oriantur diuorcia ad indicium determinate cause scripta representetur cartula. Ego quidem Nantwinus S. Ingenuwini famulus in prediolo meo quod sclauonica lingua Lezeza uocatur capellam de lignis antiquitus edificatam in honorem [1]) S. Marie matris domini habui. ad quam in singulis festis eiusdem genitricis dei cum oblationibus copiosa multitudo fidelium de longe ac de prope maxima ueneratione quamuis non consecrata foret confluebat nullis que clericorum hortationibus vel amonitionibus ab hac consuetudine poterat coherceri. Cum ergo divina obsequia ibi minime agerentur. easdem fidelium oblationes quasi hereditario iure possedi. Post multorum vero cursum temporum a venerabilibus personis scilicet Dietmaro Tergentino (!) episcopo qui tunc archidiaconatum tenebat et Herwigo plebano qui plebem S. Clementis regebat ammonitus, quod prefatam capellam destruerem et aliam ibi de lapidibus fabricarem quod etiam deuota mente compleui. Postea presidio eorum atque concessione et permissione aquilegensis ecclesie reuerentissimi presulis videlicet Ödelrici a quodam vicario suo Eberhardo episcopo consecrata est. eo tenore et ea conditione ut eedem oblationes cum capella minime dotata ad aliam ecclesiolam meam ad supplementum quam habeo in alio fundo meo qui dicitur Goriach pertinerent.

Orig., Perg., Siegel abgerissen, im k. k. Staatsarchive zu Wien.

134.

Viktring.

1171, ..., ... Albert, Sohn des Bertold II. Grafen von Bogen, und seine Mutter Lewkardis geben mit Zustimmung ihrer Ministerialen in Kärnten, Krain und Baiern dem Kloster Viktring eine Hube sammt Zugehör zu Lancquart (bei Wörthersee) und stellen die Bedingung, dass ihre Hörigen, die über diese Hube um Holzbedarf in den dem Grafen gehörigen Reifnizer Wald gehen, in keinerlei Weise behelligt werden.

Zeugen: Alemherus de Scomberkg, Rudolfus patruus pueri, Albero Bernardus de Gurnocia, et Gisilbertus fratres ejus, Rudolfus

[1]) honore.

de Rasek, Vulungus de Wipach, Heinricus pincerna et Rudolfus dapifer duo fratres Albero Rawinus de Selenberg, Bertoldus Harlunch, Swikerus de Gurkenueld, Heinricus prepositus, Heinricus Pilgrimus Deo Rugerus Herbart, Swikerus Ludwig et alij multi tam Karinthij, Carniolani et quam Bavarij quos ociosum est omnes scribere quum sufficere istos credimus ad testimonium veritatis. Facta sunt hec ab incarnatione domini anno M°.C°XXI sub abbate Vitrinensium domino Meinhardo.

Notizenblatt (z. Arch. f. K. ö. G.-Qu.) 1852, p. 211, Nr. 14.

135.

Schäftlarn.

c. 1173, ..., ... „Dietrich Galle“ Zeuge seinem Herrn dem Markgrafen Bertold III. von Istrien für das Stift Schäftlarn.

Mon. Scheftlariensia in Mon. B. VIII., p. 410.

136.

Seitz.

1173, ..., Rietz. Patriarch Ulrich von Aquileia genemigt den Tausch von Gütern im Tale von Seitz einer- und zu Einöd bei Weitenstein anderseits zwischen dem Kloster Seitz und der Pfarre Gonowitz. U. d. Z.: Albertus de Nascenuuosc = (Nassenfuss).

Orig. Abdr. b. Zahn Urkb. f. Strmk. I. p. 521.

137.

Polling.

1173, 27. Jänner, Polling.[1]) „Marchio Perhtoldus (III.) de Andechs“ empfängt von dem Erzpriester Ulrich von Brixen und Engilram

[1]) „infra ambitum ecclesie in dextro latere“ findet der Akt statt; so drückten sich die Pollinger nur dann aus, wenn sie die eigene Kirche meinten.

dem Sohne „Chadelhohs von „Setz“ das Gut „Slat“ oder „Nebilriet“ genannt zur Ausantwortung an St. Polling. Unt. anderen Z. sind die Ministerialen des Markgrafen: Gottfried von „Uningen“, Dietrich „Galla“, Udalschalk „Galla“, Rudolf von „Hohinrein“, Ulrich von „Rotinburch“.

Tr. b. Oefele 2, 829 M. B. 10, 26; Oefele, d. Gr. v. Andechs p. 137, Nr. 193.

138.

Neuzell.

c. 1176, . . ., ... Graf Engelbert von Görz und seine Gemalin Adelhaidis schenken der Kirche Neuzell „que dicitur ad Gracias sancte Marie in Novacella brixine“ in Tirol das Gut Michelbach sammt Zugehör. Unter den Zeugen:

Dominus meus venerabilis . . . Aquilegensis ecclesie patriarcha Odalricus et apostolice sedis legatus et venerabiles episcopi Wernhardus Tergestinus, Gerhardus Concordiensis, Fridericus Petenensis, dux quoque Karinthiae Heremanus, comes Histrie Meginhardus, Fridericus de Cauriaco,[1]) Waltherus de Lavriano . . .[2]) Rantolfus et frater ejus Heinricus de Vilalta, Liberi, Switkerus de Holenburch, Hawardus de Lonke, Heinricus Marskalcus, Hainricus de Aemona[3]) . . . Ulricus dapifer ejusdem comitis, Cholo de Strazberche et filius ejus Hugo, . . . et alii quam plures ministeriales Aquilegensis ecclesiae et ducis Carinthie Hermani.

Orig. im Neuzeller Archiv gedr. b. Horm. kritisch. dipl. Beitr. z. G. Tirols im Mittelalter II. 110—111, Nr. LII.

139.

Sitich.

1177 vor 6. November, ... Ulrich, Patriarch von Aquileia bestätigt die Schenkung des Gutes Kaltenfeld, welches sein Verwandter,

[1]) Druck Lauriaco. — [2]) Die Namen von unbekannter Herkunft sind zweifelshalber punktiert. — [3]) Cittanuova in Istrien.

Graf Meinhard von Schwarzenburg „de Istria oriundo“ dem Kl. Sitich schenkte, sowie auch zwei Dörfer (villae) „Drassizhdorff“ und „Globoch“ genannt „in Marchia Hungarica sive Sclavonica“ gelegen, die von demselben dem Stifte geschenkt wurden.

Urk. regestiert im Puzels Ms. p. 12—13.

140.

Sitich.

1177, 6. November, ... Ulrich, Patriarch von Aquileia, bezeugt, dass sein Verwandter Meinhard „Comes de Hystria“ dem Kloster Sitich seinen ganzen Besitz zu Kaltenfeld und zwei Dörfer „in Marchia Sclavonica iuxta Gurck fluvium sitas“ u. z. die oben genannten „Drassizhdorff“ und „Globoch“ für sein und seiner Brüder Seelenheil dem Kl. Sitich geschenkt hat. Den Fruchtgenuss dieser Besitzungen behielt sich der Graf zeit seines Lebens vor und entschädigte dafür das Kloster jährlich am zweiten Februar mit zwei Saum Oel; wenn ihn aber Meinhard von Veldes der die villa Drassizhdorff zu Lehen hat überlebt, so geht sie erst nach dem Tode in das Eigentum des Klosters über.[1])

Zeugen: Bertholdus Marchio Hystriae, Comes Henricus de Lechsgemund, Comes Henricus de Hortenberch (!), Weriandus de Hohenek, Otto de Nascenuuosse, Albertus de Wichselberg advocatus Siticensis Engelbero de Ursberg, Albero de S. Laurentio, Herbordus de Berthenstaine, Wilelmus et frater ejus Magens de Mengosburg.

141.

Sitich.

1178, ..., ... Ulrich, Patriarch von Aquileia, bestätigt dem Kl. Sitich die Schenkung seiner Eltern und seiner Schwester „in praedio Lessou“, so wie die Alberts und seines Bruders Udalrich

[1]) Bis da: Puzels Ms. Idiogr. mon. Sitic. p. 13; Zeugen nach Marian Austria sacra VII. 373—374.

„de Sancto Laurencio“, das Landgut (villa) „Kazendorff“ (bei Sitich) betreffend; die Heinrichs „de Zoure“ (Zaier) das Landgut „Gorzach“[1]) und drei Huben zu „Luttich“ gelegen betreffend; dann die Schenkung durch die Gräfin Leukart von Bogen dreier Landgüter, nämlich Arch, Rospach und Hage betreffend sowie des Landgutes Cotheuge (Hotič?), welches Engelbert von „Vrsberch“ (Auersberg) dem Kloster geschenkt hatte.

Urk. regestiert im Puzels Ms. p. 13. vrgl. ebend. pag. 334.

142.

Brixen.

1179, 3. August, Villach „in domo Ozonis“ Heinrich, Bischof von Brixen belehnt Hermann von Weissenstein mit dem Schlosse Weissenstein an der Drau in Kärnten. U. d. Zeugen: Witemarus de Sicherberch,[2]) Reinhardus (!) de Veldes.[3])

Horm. B. z. G. Tir. I. 2, p. 77.

143.

St. Georgenberg.

c 1180, ..., ... Ulrich „de Porta“ Zeuge seinem Herrn „Bertoldus marchio Ystrie“ für die Benediktiner Abtei St. Georgenberg jetzt „Ficht“ genannt, in Tirol.

Urk. gedr. in der Chronik de genannten Abtei (1874) p. 239.

144.

Benediktbeuern.

c. 1183, ..., ... Dietrich „Galli“, Trageboto Sohn der „Galline“ Zeugen ihrem Herrn „Berchtoldus (III.) marchio“ für das Kloster Benediktbeuern.

Trad. b. Meichelbeck, Chron. Benedictobur. II. 26; M. B. VII. 70—1.

---

[1]) Copie: „Sorzach“, Zarz hat man urkundlich „Zource“ geschrieben; Valvasor hat im Originale „Gorsach“ gelesen (Wiss. Studien- u. Mitth. aus dem Benediktiner-Orden 1881 pg. 69. — [2]) Eine Sichelburg ist auch bei Brunneck im Pustertal. — [3]) cf. Urk. oben Nr. 140.

145.

Viktring.

Datum 1181, actum 1184.[1]) *Heinrich von Zoure (Sora, Zaier), gibt nach Viktring ein an der Grenze des Sees, Werdsee genannt, gelegenes Gut, Crangizausdorff, wo die St. Johanneskirche ist (Kranzelhofen)* [2]) *mit der Pfarre St. Johann, am westlichen Ende des Werdsees, im Dekanate Oberrosental, welches er nach seinen Eltern erblich besass, sammt Zugehör, behält sich aber den lebenslänglichen Fruchtgenuss von drei Talenten der Einkünfte vor. Würde er ohne einen Erben von einer gesetzlich angetrauten ebenbürtigen Frau (absque herede ex legitima et generi meo condigna uxore) sterben, so soll das Gut dem Kloster zufallen; würde er aber einen gesetzlichen Erben zurücklassen, soll er das Gut ohne Unbill des Klosters besitzen. Falls er selbes nicht vor seinem Tode abtreten wollte.*

Hujus rei testes sunt dom. Ludowicus predicti loci abbas cuius temporibus facta et cuius sigillo hec sunt communita sed et dux Hermannus et Swikerus de Holenburch et Amelricus nec non Bavo et Otto familiares eiusdem Swikeri. Bauo etiam castellanus meus.[3])

Viktringer Copialbuch IV. f. 17' (unter den Traditionen) f. 95' n. 116 (unter den Urkunden). Die letztere Copie scheint die bessere. Die erstere schreibt Craugizansdopph. (C. B. Hauser).

---

[1]) Ankersh. Regesten p. 322 n. 488 setzt die Urkunde 1181—1184. Herzog Herman starb am 6. Juni 1181; Abt Ludwig ist der Nachfolger des am 11. Aug. 1183 verstorbenen Abtes Mainhard und bekleidete diese Würde bis 1187 Okt. 23. An diesem Wiederspruche, dass Herzog Herman u. Abt Ludwig zu gleicher Zeit genannt werden, ist nicht wie Ankershofen l. c. vermutet der Copist schuld, sondern es war diess gewiss auch im uns verlorenen Original der Fall. Nur haben wir hier (vergl. Fickers Urkundenlehre) ein Auseinanderfallen von Handlung und Beurkundung. Die Tradition geschah zu Lebzeiten Herzog Hermans, also vor 1181 Juni 6.; ausgefertigt und vom Abte Ludwig besiegelt wurde sie erst nach d. 13. August 1183; spätestens 1187 vor Oct. 23. — [2]) Später (1202) unter dem Namen „Cranzlawesdorf" vorkommend. —[3]) Heinrici de Zoure.

146.

Aquileia.

1184, ..., ... Patriarch Gotfried von Aquileia verkündet auf der Synode zu Aquileia für den ganzen Sprengel der Aquileier Diöcese Bann und Interdict gegen Räuber und Beschädiger des Grundes und Bodens.[1])

Gotifredus Dei gratia Aquileiensis Patriarcha vniuersis Episcopis eius Ecclesiae Sufraganeis venerabilibus, et in Christo dilectis fratribus salutem et sincerae dilectionis affectum.

Quoniam peccatis exigentibus magna pars hominum, quorum non est numerus, à Deo Saluatori suo, quos et Dominus tradidit, in reprobum sensum, tantam feritatem exercent in terris, vt nulla pietate obstante (quia timor Domini non est ante oculos eorum) sanguinem innocentem effundere, vineas, & arbores fructiferas succidere, domus alienas, & quod grauius est Ecclesias Deo dicatas spoliare, & succendere non formident: et vsque adeo crudelitas, & furor eorum inualuit, quod ad omnia sacrilegia, & nefaria perpetranda obstinatis mentibus eant praecipites. Corrupti namque & abominabiles facti sunt in studiis suis. Et quoniam in Prouincia nostra soeua rapacitas praedonum, & diuersi generis malefactorum prauitas, spiritu furoris accensa terras nuperrime longe lateque destruxit, nos videntes mala gentis nostrae, & sociorum, in Generali Capitulo, quod altera die post festum S. Michaelis Aquileae celebrauimus consilio Episcoporum, & totius Capituli, imitantes etiam Decreta Patrum nostrorum Innocentij, Eugenij & Alexandri sumae Sedis Pontificum, nec non beatae memoriae Uldarici patris & praedecessoris nostri, succisores vinearum, & arborum fructiferarum, incendiarios homines, & violatores ecclesiarum, et coemeteriorum, detentores bonorum Ecclesiarum, accensis candelis Anathematis vinculo ligari mandauimus, ut qui extremi examinis timore ab iniquitate, & impietate sua non reuocantur, eos Ecclesiastica seueritas, vt ad cor redeant, comprimat, & inducat. Statuimus etiam, vt violatores Ecclesiarum, & Coemeteriorum & incendiarij eorum, & qui in Cleros [2]) manus injiciant violentas, cum ad satisfactionem Ecclesiae redierint, & mandatum nostrum, & sui Episcopi iuramentum recipiant in mandatis, vt ea quae de Eccle-

[1]) Eine ähnliche Urkunde gab im J. 1187, 29. December zu Nürnberg K. Friedrich I. (M. B. 31. Bd., 1, 430—4, Nr. 227.) — [2]) sic.

sijs, & de earum coemeterijs, seu etiam aliunde abstulerint, pro posse suo, & secundum Episcopi sui arbitrium restituant, & cum Episcopi sui licentia sedem adeant Apostolicam. Quocirca fraternitati vestrae mandamus, & mandando praecipimus, quatenus secundum excomunicationis formam in Ecclesijs vestris denuntiari, & firmiter obseruari faciatis.

Ughelli, Italia sacra V. p. 74—5.

147.

Sitich.

1184, ..., Tolmein. Gotfried, Patriarch von Aquileia, bestätigt dem Abte Pero von Sitich die Schenkung von 5 Huben im Orte Cirkniz, welche seine Vorgänger, die Patriarchen Peregrin (vor 1161) und Ulrich (vor 1182) dem St. Johannesaltar, beziehungsweise dem Kloster Sitich überhaupt gemacht hatten.

Godefridus Dei gratia sanctae sedis Aquileiensis patriarcha. Dilecto fratri Peroni Sitticensi abbati et ecclesiae sibi commissae in perpetuam memoriam. Pontificalis officij sollicitudo, quam domino disponente gerendam suscepimus, nos hortatur, admonet et inducit, ut ecclesias Dei easque praesertim, quae sub oculis providentiae nostrae constitutae noscuntur, et fratres in eisdem religiose viventes paternae diligentiae foveamus affectu, et non solum ea, quae sibi a praedecessoribus nostris collata noscuntur confirmare ac protegere debeamus, verum etiam de facultatibus sanctae matris Aquileiensis ecclesiae suis indigentijs ubera consolationis praebere. Ideoque dilecte frater Peroni Sitticensis abbas tuis justis petitionibus aurem benignam porrigentes, quatuor mansorum donationem in extremitate villae nostrae de Cyrcheniz jacentium, quos dominus Peregrinus praedecessor noster Sitticensi ecclesiae pio affectu tradidit et concessit, nec non et donationem unius mansi in eodem loco jacentis quo dominus pater et praedecessor noster Udalricus aeternae memoriae altare beati Johanis in ejus consecratione dotavit, tibi tuisque successoribus et Sitticensi ecclesiae perpetuo confirmamus et corroboramus habendas. Ut autem haec inconvulsa permaneat et perpetua firmitate nitantur, praesentis scripti patrocinio communimus, quod sigilli nostri jussimus impressione signari. Quicunque vero contra hujus nostri privilegij paginam ausu temerario venire praesumpserit, et exin sufficenter

commonitus culpam suam satis factione congrua non correxerit, confundatur et pereat et perpetuam Dei omnipotentis maledictionem incurrat. Omnibus autem memoratae ecclesiae sua jura servantibus et benefacientibus pax sit et gaudium sine fine mansurum.

Scriptum est hoc apud Tulminum anno dominicae incarnationis M.C.LXXXIV indictione II-da.

Ego Aldericus domni mei Gotefridi Aquileiensis patriarchae scriba jussu ipsius hanc paginam scripsi, sigillavi et dedi.

Copie, Papier des 17/18. Jahrhundert im Archive des hist. Vereins zu Laibach.

148.

Freising.

(1184, c. 15. November, Freising.) Bischof Adilbert von Freising schafft letztwillig seiner Kirche genannte Leibeigene zu Ober-Welz in Steiermark. Unter vielen andern Zeugen: „Gerboldus de Carniola“ und „Pernhardus de Lonca“.

Urk. gedr. im Zahn, Cod. dipl. Fris. I., 119, Nr. 120; Zahn, Urkb. f. Steiermark I. 599, Nr. 628.

149.

Admont.

C. 1185, . . ., ... Ein gewisser Engilschalk widmet mit der Hand seines Herrn Albert von Weichselburg (Wihsilburch) dem Kloster Admont den Hof „Gossenbrunne“ in der Riedmark in Oberösterreich, Pfarre Neumarkt. U. d. Z.: Meinhardus de Schonenberch, Fridericus de Gauriach, Pabo de Chrein, Wernherus de Gauriach.

Orig. Abdr. b. Zahn, Urkb. f. Stmk. I., 640, Nr. 661.

150.

Steiermark — Oesterreich.

1186, 17. August. Ens. Otaker, Herzog von Steiermark beurkundet den Uebergabsvertrag seines Landes an den Herzog Leopold von Oesterreich. Unter den Zeugen „Albrecht de Wihslberch.“

cf. Urk. gedr. b. Zahn, Urkb. f. Stmk. I. 651—653, Nr. 677.

151.

Seitz,

1187, 22. Jän., Peilenstein. Bischof Dietrich von Gurk bestätigt dem Kloster Seitz die Schenkung eines gurkischen Lehens zu Rohrbach seitens Wulfing von Kapfenberg. Unter den Zeugen: Pero Syticensis abbas.

Urk. gedr. b. Zahn, Urkb. f. Stmk. I. 658, Nr. 683.

152.

Salzburg.

1189, 25. Juli, Friesach. Adelbert, Graf v. Bogen verpfändet dem Erzstifte Salzburg um 700 Mark Silbers das Schloss Gurkfeld auf zwei Jahre. Im selben Jahre den 25. August bekennt zu Passau die anwesende Frau des Grafen (A. v. Bogen), dass das Gut Gurkfeld weder ihr noch ihren Kindern je von dem Grafen verliehen worden sei. Der Graf schwört, dass er das genannte Gut mit voller Gewalt dem Erzbischofe verpfände, worauf sehr viele Ministeriale der Salzburger Kirche geloben, dass sie, falls der Erzbischof sterben sollte, dessen Nachfolger ermahnen wollen, den Vertrag zu halten, anderseits aber, dass sie dem Grafen und dessen Erben behilflich sein wollen, wenn selbe die Zahlung zu leisten bereit wären.

Adelbertus comes de Bogin obligauit domino Adelberto Salzburgensi archiepiscopo castrum Gurkeuelt cum tota dominicatura illa pro septingentis marcis examinati argenti in pondere datis Gozwini Ratisponensis monetarii hoc tenore, quod si a natali domini infra duos annos redemptum non fuerit dominus archiepiscopus eliget quinque uiros discretos bona fide sine omni condicione, sine malo ingenio, et dominus comes quinque bona fide sine omni condicione interposita sine malo ingenio, qui omnes iurabunt, quod neutrius fauore bona fide deliberent, quod dominus archiepiscopus domino comiti super erogare debeat, quod totum illud patrimonium in proprietatem transeat ecclesię. Uerum si omnes decem in hoc concordare nequiuerint, suspecti semper remoueantur usque ad duos. Quod si et illi duo tandem concordare nequiuerint totum illud patrimonium sic obligatum ecclesię pro octingentis marcis examinati argenti. Interea uero castrum erit in potestate domini archiepiscopi, ita quod jurauerint ei castellani, et patebit ei castrum omni tempore, nec aliquis recipietur in castrum contra uoluntatem domini archiepiscopi usque ad deffinitum tempus

usufructus autem presentis anni et duorum annorum, qui secuntur usque ad prefinitum tempus erunt in potestate comitis. Et si die prefixa comes illam summam pecunię nec persoluerit, nec mediatores illam causam diffinierint tunc pro usufructus preteriti temporis, quem estimauimus centum et octoginta marcarum erit idem predium obligatum et sic semper a natali in natale domini omnis usufructus erunt in potestate domini archiepiscopi et mutabit castellanos et officiales pro suo arbitrio. Nec erit in potestate domini archiepiscopi aliquid de illa summa pecunię relaxare, uel inmunere cuiusquam personę intuitu, sed post diffinitum diem habeat comes vel eius heredes liberam potestatem redimendi idem patrimonium pro octingentis marcis examinati argenti, et centum octoginta marcis frisacensis monetę preter usufructum illius anni, uerum si ante diem determinatum comes uel eius heredes redimere voluerint, dabunt ecclesię septingentas marcas examinati argenti. Idem dominus comes ab hac die in antea non habebit potestatem aliquid de illa dominicatura infeudandi uel obligandi ante quam redimatur. Item dominus archiepiscopus securitatem prestitit domino comiti per ecclesię fideles, quod hec inpermutata maneant sub eo et sub suo successore, qui legitime et cum gratia imperii intrauerit. Comes quoque securitatem prestitit ecclesię per suos fideles, quod bona fide apud heredes suos hec maneat inconuulsa et inmutata. Actum Frisaci anno MCLXXXVIIII. in festo beati Jacobi in presencia domini Ditrici Gurcensis episcopi, Pilgrini abbatis sancti Pauli, Hertnidi Gurcensis prepositi, Meginhalmi Frisacensis decani et archidiaconi Hermanni archidiaconi de Ortenburc, Ortliebi archidiaconi de Uiscaha, Eckehardi prepositi de Solio, in presentia nobilum Vlrici comitis de Huninburc, Popponis de Albecka, Vlrici de Pecah, Wichardi de Karlisberc, Eberhardi de Tra, Berchtoldi de Salecka. Interfuerunt etiam de ministerialibus ecclesię Salzburgensis Fridericus de Petowa, Heinricus de Frisaco, Rehwinus et Reginboto de Schellinberc, Pabo et Cunradus et Heinricus de June. Cûno de Weruin, Heinricus de Gebinningen, Vlricus et frater eius Cunradus de Kalheim, Wolframus et Dietmarus de Herfoldisheim, Otto Heinricus Albertus de Libinze, Otto de Lonisberc, Heinricus de Ueldisberc, Ernist et Sigemarus de Bilstein, Ulscalcus et filius eius, de Rabinsberc, Berchtoldus et Craft de Motinze. Alexander Hertwicus Otto Arnoldus Engilscalcus et filii eius Reginherus et Engelscalcus de Strazburc. Aderant quoque de Styrensibus, Hertnidus et Herrandus Lemfridus Suicgerus Heinricus de Truchsine et filii eius

Colo et Gotefridus, Richerus de Marburc et filius eius Richerus. Lupolt de Leumbach, Albero et frater eius Heinricus de Dunkinstein, Offo et frater ejus W.- de Tufinbach, Otto et frater eius Ortolfus de Lubin. Ministeriales de Pogin, Bernhardus Alramus et frater eius Gisilbertus de Gurniz, Pero de Kinburch, Rudolfus castellanus de Riuinze, Ortolfus de Gurkeuelde, et alii quam plures. — Eodem anno Patavie proxima die post festiuitatem sancti Bartholomei confirmata est convencio predicta coram subscriptis testibus. Vxor prefati comitis ibidem posita confessa est bona illa nec sibi nec liberis suis a comite unquam fuisse collata. Ipse comes iurauit se eadem bona potenti manu archiepiscopo impignorare. Ministeriales ecclesie quam plures dederunt fidem, ut si forte ille episcopus decederet, ipsi bona fide conmonerent archiepiscopum succedentem, vt staret eidem pacto, et adiuuarent ut comiti vel heredibus suis daretur copia soluendi si uellent. Interfuerunt hii prepositus Salzburgensis Gundakarus, et Adilhardus prepositus de Ranishouin, Rapoto comes de Ortinberc, Lupoldus comes de Plaien, Pabo de Eringin, Pabo de Zollingen, Walcunus Alramus fratres de Kambe, Ditricus et Heinricus fratres de Pongartin, Cunradus de Rote, Wernherus de Griezpach, Hadimar de Ahusin, Gotescalcus et Berchtoldus fratres de Heninchouin, Harpertus de Aheim, Sigehart de Ebirsbunde, Gerhohus de Vramelinsperge, Berchtoldus de Mennâ, Hugo de Sunbrehtisdorf ministeriales ecclesię Salzburgensis Mengotus castellanus Lupoldus de Walde et filii eius Lupoldus et Heinricus Rudegerus et Gerhohus fratres, Eckehart de Tanne, Cunradus de Grabinstat, ceterique quam plures supra memorati.

Orig., Pgt., im k. k Staatsarchiv in Wien, von zwei angeh. Sigeln das erste abgerissen.

153.

Salzburg.

1189, 25. August, Passau. Siehe die Urkunde vereint mit der Urkunde oben Nr. 152.

154.

Vormbach.

c. 1190, ..., ... Heinrich (de) „Scharvinberc“, Zeuge des Herzog Bertolds IV. von Meran für das Kloster Vormbach.

Trad. des Kl. Vormbach in Mon. boica IV. 84; Oberöst. Urkb. I. 691; Oefele, die Gr. v. And. 163, Nr. 357.

155.

Fälschung.

Seitz.

c. 1190, ..., ... Herzog Pertolt IV. von Dalmatien bestätigt dem Kloster Seitz in Steiermark gewisse Widmungen seines Vaters Pertold, Naturalgaben und Zoll- und Steuerfreiheiten auf der Herrschaft Windischgrätz und seinen Markt Stein (in Krain) betreffend.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Pertoldus dei gratia dvx Dalmatie, marchio Istrie. Per presens scriptum presentibus et futuris insinuo et sigilli mei inpressione ratum facio et confirmo id quod pater meus marchio Pertoldus pro salute anime sue omniumque predecessorum ac successorum suorum obtulit deo et beate Marie et fratribus ordinis Cartusiensis in Valle sancti Johannis deo seruientibus. Est autem hoc in Windiskin Graez, dedit predictis fratribus singulis annis duos modios de frumento, decem mensuras de bracio, dedit etiam de omnibus rebus nostris propriis quas ibi uendemus aut ememus quod nullus presumat a nobis theloneum exigere, aut siquid per uiam eundo seu redeundo duxerimus, nec tributum dare, nec exactionem aliquam exigere aut uiolentiam inferre quisquam audeat. Simili tenore dedit quoque nobis ne quis theloneum aut tributum in foro suo Steun (!) a nobis accipiat. Siquis autem hanc nostram potestatiuam traditionem infringere presumpserit sciat se nos grauiter offendisse et ob hoc gratiam nostram perdidisse. Huius rei testes sunt hii, Engilber de Vrisperc, Pertoldus de Vfildorf, Witego de Lileginberch, Wernherus pincerna, Bernhardus de Funsingin, Traiboto de Andesh, Cunradus de Kiricheim, Otto de Welfisberch.

Orig. (?)[1]) anghgt. Sigel abgerissen, steier. Landesarchiv; Fröhlich: Dipl. Stir. II, 87, Nr. 22; Pez: Thes Anecd. VI./2, 64, Nr. 108; Zahn Urkb. f. Steiermark I. p. 706—7, Nr. 718.

---

[1]) Man beachte, dass in der ganzen Stelle „dedit etiam de omnibus rebus nostris propriis — a nobis accipiat" die Mönche von Seitz für sich sprechen, sonst aber der Herzog in der richtigen Ausstellerform redet. Auch sonst scheint mir die Schrift einigermassen später als ca. 1200, wenn auch noch der 1. Hälfte des 13. Jhrh. angehörend. Die Urkunde kann somit auch einige Jahre später anzusetzen sein als oben geschieht, bleibt aber immer gleich falsch (v. Zahn).

156.

Sitich.

1190, 7. Jänner, Strassburg. Bischof Dietrich von Gurk beurkundet, dass sein Bruder Poppo von Albecke im Begriffe den Kreuzzug K. Friedrichs mit zu machen, dem Kloster Sitich das Gut Hartwigsdorf teils um seines Seelenheiles willen, teils gegen Bezahlung von 60 Mark Friesacher Pfenningen abgetreten habe.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Dietericus Gurcensis ecclesiae episcopus universis Christi fidelibus salutem perpetuam. Memoriae omnium tam praesentium quam futurorum commendare dignum duximus, qualiter, frater noster Poppo de Albecke divina inspirante gratia, dum signo sanctae crucis insignitus terram promissionis, quae â paganis violenter praemebatur, pro modulo suo defensurus adiret, praedium quoddam nomine Hartwigisdorf partim pro pecunia, LX scilicet marcarum Frisacensis monete, partim pro remedio animae suae parentumque suorum, sive favente divina clementia eum redire continget sive non, sanctae Mariae fratribus Siticensis coenobij, per manum uxoris suae nomine Livgart jure perpetuo nobis aprobantibus contradidit. Ne vero interjecto tempore in desvetudinem memoriae humanae hoc rationabiliter factum abiret, praesentis scripti paginam custodia nostri sigilli communivimus, et testimonio eorum, quorum nomina infra continentur, roboravimus. Hartnidus Gurcensis ecclesiae praepositus; Wluingus Poto, Johannes, Richerus, Philippus cappellani curiae, Uvighardus [1]) de Karlesperch, Heinricus castellanus Frisaci, Ernest de Bilistein, et Sigemarus gener ejus, Guntherus de Strazburk,[2]) Piligrinus dapifer, Alexander pincerna, Vdalricus et frater ejus Luttoldus, Engelscalcus de St. Egidio, et filij ejus Reinherus et Engelscalcus Walchun de Grazniz [3]) et frater ejus Arnoldus, Bertholdus et Craft frater ejus de Moteniz,[4]) et ali quam plures.

Acta sunt autem haec anno dominicae incarnationis Millesimo C.LXXXX. Indictione VII. Clemente papa Romanae sedi praesidente, et Friderico Romanorum Imperatore, primo anno suae expeditionis contra paganos, in domino [5]) regnante.

[1]) In der Abschrift Vuighardingus de Karlestok. — [2]) Abschrift Strahburk. — [3]) Abschrift: Vuacun de Gabniz. — [4]) Motenich, cf. oben pag. 134, v. u. die 4. Zeilen. — [5]) 1. anno.

Datum in Strazburch [1]) VII Idus Januarii.

Abschrift des 17/18. Jahrhunderts im Archiv des Museums zu Laibach. Die Namen der Zeugen wurden nach der gleichzeitigen Gurker Urkunde ähnlichen Inhalts richtig gestellt, welche Ankershofen in seinen Kärntner Regesten Nr. 542 anführt. (Archiv f. Kde. österr. Geschichte XI, Nr. 345.)

157.

Gurk.

1191, 8. Jänner und 10. Februar, Gurk. Aufzeichnung der Umstände, unter welchen Rudolf, der Vater weiland Poppos von Albeck nach dem Tode seines Sohnes von den Gurker Ministerialen zur Abtretung all seiner Güter an das Bistum Gurk bewogen wurde. Rudolf erhielt dafür als Gegenleistung 30 Huben in der windischen Mark zu Wolchenberg [2]) und eine jährliche Rente von 10 Mark Pfennigen auf Lebenszeit, die vornehmen seiner Leute Genossenschaft mit den bischöflichen Ministerialen.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ministeriales Gurcensis, ecclesie post transitum domni Popponis de Albekke de hoc seculo communi inito consilio domnum Rudolfum patrem domni Poponis commonuerint. quotiens ecclesiam Gurcensem infestaverit et diversis quondam gravaminibus molestaverit obsecrantes, si hereditatem suam ubicunque esset locorum cuiquam conferre possit quia heredem non haberet, Gurcensi ecclesie ad episcopatum traderet, ut per hoc se Deo et ejus beate genitrici reconciliaret. Super hoc verbo domnus Rudolfus consilio habito sacramentum in altari sancte Marie Gurc prestitit in presentia Chori et multorum honestorum et nobilium virorum, se nunquam alicui hominum quicquam

[1]) Trachburk. — [2]) Oblagorica in der Pfarre Primskovo. Darüber berichtet mir der hochw. Herr Pfarrer von Primskovo folgendes: In alten Pfarrbüchern heisst diese Ortschaft „Wolkenberc“; in der Nähe der Ortschaft Oblagorica liegt eine Stelle jetzt noch benannt unter dem Namen „Na Gracih“ (= auf der Burgstätte) und der jeweilige Besitzer des darauf erbautem Hauses führt den Namen „Gracar“ (d. h. Ansiedler auf der Burgstätte). Im Dorfe Wolkenberg heisst Haus Nr. 3. „Pograjc“ (= podgradjevec i. e. Ansiedler unterhalb der Burg). Das Geschlecht derer von Wolkenburg siehe Register.

hereditatis sue contulisse, astantibus etiam propriis hominibus suis audientibus hec et videntibus. Et quia heredem non habuit, in hoc convenit cum ministerialibus, quod ipsi assignarent sibi XXX mansos in Marchia apud Wolchenberc, et annuatim decem marcas sibi loco precarie darent, ita tamen quod predictus dñs Rudolfus non haberet potestatem inpignorare vel inbeneficiare eosdem mansus, quod ex utraque parte confirmatum est. Quo facto domnus Rudolfus omnem hereditatem suam ubicunque esset locorum tam in terra quam in hominibus ecclesie sancte Marie potestative ad episcopatum delegavit et tradidit, nullo homine contradicente pro remedio anime sue et uxoris et parentum suorum nec non et pro remedio posteritatis sue.

Tali delegatione transacta dedit predictus domnus Rudolfus Gurcensi ecclesie in signum tenute de nobilioribus hominibus suis quinque Hartwicum Vraz, Albertum, Reinherum fratrem et Marquardum filium Aswini et Machtildim de Losniz. De familia Arnoldum et uxorem suam cum liberis suis. Dedit etiam Gurcensi ecclesie in signum tenute curtim stabulariam sitam apud Grivene in qua Gotpoldus tunc administrabat. Hujus delegationis et facti sunt testes subscripti. Abbas sancti Petri Wichpote. Prepositus sancte Marie Zol Eckehardus. Pabo prepositus Subenensis. Hartnidus Gurcensis prepositus. Udalricus Decanus, Alwaldus plebanus de Biswich. Dietmarus clericus de Sironiz. Eckehardus, Volchwinus capellani abbatis sancti Petri, Thomas Aquilegensis canonicus, Rainhardus Civitatensis canonicus Hainricus scholasticus, Engelscalcus senior. Arnoldus, Guntherus, Hartwicus. Pilgrimus. Hainricus, Cuonradus Calph, Hainricus Pictor. Hiltprandus, Hartwicus. Walchunus de Crazniz, Pertholdus de Motniz, Eckehardus, Fridericus, Hainricus Schike. Hartmannus filius Walchuni, Hartwicus de Goriach. Vlscalcus Cunradus Pabo. Rudolfus, Otbertus. Otto Pems Gunthardus. Quoniam autem de nobilioribus hominibus domini Rudolfi non interfuerunt priori delegationi nec eum taliter fecisse credentes omnibus tuis in unum convocatis secundo sacramentum iteravit omnibus eis hec videntibus quia quidam eum aliter egisse putabant. tunc primo fidelitatis observantiam ecclesie nostre in reliquis iuraverunt. et pro ecclesia sua prestare promiserunt. ministeriales etiam Gurcensis ecclesie societatem et ius ministerialium eis contulerunt. Huius delegationis testes sunt. Hainricus de Libniz, Rudgerus. Sigmarus, Adelbertus fratres. Pabo et frater eius Cunradus de June. Hainricus. Cunradus Salzburgenses.

Actum anno ab incarnat. Domini M.CXCI. Indict. VIIII apud Gurce. IIII Idus februarii coram omni ecclesia. Prima autem delegatio facta est VI. Idus Jan. feliciter amen.

Aus Eichhorn's Abschrift „ex archivio Gurcensi". Wie es scheint stammt diese aus dem Original. Im Geschichtsverein zu Klagenfurt ist dieselbe nur in 2 Copialbüchern erhalten, mit der falschen Jahreszahl $\overset{o}{M}\overset{o}{C}\overset{o}{V}\overset{o}{I}\overset{o}{I}\overset{o}{I}$. Das Original ist heute verloren.

158.

Spital in Kärnten.

1191. 11. April, Friesach „Heinricus de Scherphenberch" Zeuge des Erzbischof Adalbert von Salzburg in dem Stiftungsbriefe der jetzigen Stadt „Spital" in Kärnten durch die Grafen Herman und seinen Bruder Otto von Ortenburg.

Orig. Abdr. bei Tangl Gr. v. Ortenburg I p. 65 – 66.

159.

Seckau.

1192, (Mitte?) Graz. Herzog Liupold (V.) v. Oesterreich und (II.) von Steiermark bestätigt die Rechte und Besitzungen des Stiftes Seckau. Zeugen: Dietricus comes de Wazerpurch, Albrecht de Wichselberch, Otto lantgraue de Steveninge, Gero et Wilhalmus comites de Hunenburch, Wernher de Griezpach, Chunrat de Schovnberch et alii quam plures utriusque ducatus.

Urk. gedr. b. Zahn, Urkb. f. Steiermark II. 18, Nr. 2.

160.

Cividale, Kapitel

1192, 24. November, Rom. Papst Coelestin III. bestätigt dem Capitel von Cividale den Besitz der Pfarren Volzana, Plez [Flitsch] s. Viti [St. Veitsberg[1]) in der Grafschaft Görz], dann der Pfarren s. Petri de Algida, Ipplis, Galliano, Orsaria, Premeriaco, Iracco, Faedis, Ramanzacco, Moimacco, Tollano, Prestento, Taunano und Rubignaco [in der Landschaft Frial].

Celestinus Episcopus, Servus servorum Dei, dilectis filiis Praeposito, Decano et capitulo ecclesiae Civitatensis salutem et apostolicam benedictionem. Ad haec sumus in apostolicae Sedis specula permittente Domino constituti, ut ecclesiarum quieti prospicere debeamus; et ne personae in eis Domino famulantes a pravorum incursibus agitentur, apostolicum ipsis convenit praesidium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, tranquillitati vestrae providere volentes ecclesiam vestram, personas et bona, quae impraesentiarum rationaliter possidetis, et alias possessiones, quas a quadraginta retro annis inclusive hactenus tenuistis, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem ecclesiam de Volzana cum capellis suis, ecclesiam de Plez cum capellis suis, ecclesiam s. Viti cum capellis suis, ecclesiam s. Petri de Algida cum capellis suis, ecclesiam de Ipplis, ecclesiam de Galliana, ecclesiam de Orsaria, ecclesiam de Premeriaco, ecclesiam de Iracco, ecclesiam de Faedis, ecclesiam de Ramanzacco, ecclesiam de Muimacco, ecclesiam de Tollano, ecclesiam de Prestento, ecclesiam de Taunano, ecclesiam de Rubignacco, et alias in Civitate vel extra, seu dignitates vel libertates ecclesiae vestrae hactenus observatas, sicuti eas canonice et sine controversia possidetis auctoritate vobis apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat personam vestram vel bona temere perturbare, seu hanc paginam nostrae confirmationis et protectionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei et B. B. Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud s. Petrum Octava Calendas Decembris Anno MCXCII, Pontificatus nostri anno secundo.

Hitzinger, Mitt. f. Krain 1856, pg. 9, nach einer autorisierten Abschrift der Bulle im Capitelarchiv zu Cividale, im Pfarrarchiv zu Idria.

[1]) Mutterkirche der Pfarre Unter-Idria vulgo pri Fari. Aus letzterer sind später die Pfarren Ober-Idria und Vojsko entstanden.

161.

Parenzo.

1194, 15. November, Parenzo. Bertold IV. (v. Andechs), Markgraf von Istrien und Herzog von Meran, entscheidet den bestehenden Streit zwischen Hochstift und der Stadt Parenzo dahin, dass das ganze Territorium, welches die Gemeinde Parenzo besitzt, ein Lehen des Hochstiftes ist, und die vorgeschriebenen Abgaben dorthin zu leisten sind.

In nomine Dei aeterni. Anno incarnationis ejusdem millesimo centesimo nonagesimo quarto, indictione duodecima. Regnante d. nostro Henrico piissimo imperatore, die martis quintodecimo intrante novembri. Actum in civitate Parentina, in ecclesia majore in praesentia d. Prodani Polensis episcopi, Olderici Civitatis novae episcopi, Variendi presbyterij, Andreae diaconi canonicorum Parentinorum, Oldorici locopositi, Paponis de Adignano, Sergii, Alberici civium Polae, et aliorum multorum testium rogatorum.

„	90	„	82	lese: Gurker statt Gurkerkloster.
„	98	„	96	Zeile 19 v. o. lese: reliquias statt reliquas.
„	105	„	106	erste Zeile: filiis statt filis; weiter unten lese: tertie donationis Marcuhardus statt Marcuhordus; dann: Tergestinus statt Tergestimus.
„	107	„	110	die Worte Friesacher (d. i. Salzburger Ministerial) sind wegzulassen.
„	108	„	113	zweite Zeile v. u. lese: dux Meranensis statt Marenensis.
„	112	„	113	erste Zeile oben: dedit statt dedidit.
„	112	„	115	lese: Gurker statt Salzburger.
„	119	„	127	verbessere: c. 1161 statt c. 1162.
„	122	„	131	lese: Kaltenfeld bei Planina statt bei Sittich.
„	128	„	143	lese: Ulrich „de Porta“ u. s. Brüder Konrad und Eberhart.
„	139	„	157	v. u. die achte Zeile: omnibus suis in unum convocatis statt tuis.

Biblioteca della R. Università di Lubiana
v Ljubljani
Biblioteka Kr. Univerze

I. 497. 12 (093.2)" (14

Urkunden- und Regestenbuch

des

Herzogthums Krain.

Herausgegeben

von

Franz Schumi.

II. Band

1200 — 1269.

Laibach 1884 u. 1887.

Druck der „Narodna Tiskarna“. Verlag des Herausgebers.

Urkunden- und Regestenbuch

des

Herzogthums Krain.

Herausgegeben

von

Franz Schumi.

II. Band

1200 — 1269.

Laibach 1884 u. 1887.

Druck der „Narodna Tiskarna". Verlag des Herausgebers.

43124

Biblioteca della R. Università di Lubiana
v Ljubljani
Biblioteka kr. univerze

1. Triest.

c. 1200 (?), ..., ... Heinrich genannt Pris gibt mit Zustimmung seiner Mutter Liepirgis und seiner Söhne Gotfried und Heinrich der Kirche des h. Justus zu Triest die Söhne des Ehepaars Dietmar und Diemot.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dominus Henricus Pris cum matre ejus domina Liepergis [1]) et cum filiis suis Gotefrido et Henrico dederunt pueros omnes domini Detemari quos aquisivit et adhuc acquiret cum uxore sua nomine Diemot, super ecclesiam [2]) sancti Justi Tergestine civitatis ea de causa, quod eosdem pueros omnes in eandem justitiam predii et beneficii participes fiant. Et ut irritum non fiat, cum literis nostris firmavimus et sigillavimus et stabilivimus. Quod si aliquando contigerit, quod si per aliquam suspectam personam istos pueros ad pristinum gradum revocare conaverit nequaquam fieri potest. Hujus rei testes sunt: Albertus de Priseche et frater suus Gerhardus et dominus Wolfecherus et frater suus Bertoldus de Praneovege [3]) et dominus Mainhardus [4]) de Hoenowe et dominus Marquardus Jadrich et dominus Wolframus [5]) de Prekan et dominus Haeinricus de Saloch et Bertoldus et Henricus et alii quam plures. Quod ut verius credatur et firmiter observetur sigilli nostri subtus insignire facimus.

Nach Dr. Kandler Cod. dipl. Istriano, aus dem Original des Capitelarchivs in Triest, — jetzt im Capitelarchiv nicht vorhanden.

2. Parenzo, Bisthum.

1200, 7. Oktober, Cividale. Peregrin, Patriarch von Aquileia beurkundet als Schiedsrichter, seinen Spruch betreffs der von Ricarda von Montona, hinterlassenen Güter, welche sie von der Kirche Parenzo zu Lehen gehabt hatte dahin, dass die eine Hälfte derselben an den Grafen Albert von Weichselburg, (Alpretus comes de Viselberch), die andere an Veit von Muggia (Vido de Mugla) und Leonhart de Castro Valle (Dolina) zu fallen habe. Graf Albert, Vido und Leonhart leisten hierauf dem anwesenden Bischof Fulker von Parenzo als ihrem Herrn, den Lehenseid.

Dr. Kandler, Codice diplomatico Istriano aus dem Archive des Marchese G. P. dei Polesini.

[1]) Kommt schon a. 1152 vor, vrgl. Schumi's Urk.- u. Regestb. f. Krain I, 105, Nr. 106. — [2]) sic. — [3]) Praitenowe? — [4]) Marinardus. — [5]) Woltramus.

3. St. Paul.

c. 1202, vor 27. Jänner, ... Ulrich, Herzog von Kärnten schenkt dem Kloster St. Paul 20 Huben in Oberkrain, darunter 12 am Schuizabache und 8 zu Püchling am Laibachflusse.

Dux Karinthie W. pie memorie frater ducis Pernhardi tradidit consensu fratris sui pro remedio anime sue, parentum suorum beato P. et huic monasterio xx. mansus in Karniola in loco qui dicitur Sûz, et in alio loco qui dicitur Pvhelern [1]) cum omni utilitate, cum pratis, pascuis et silvis.

Cod. trad. mon. st. Pauli, Cap. LXXXIV, b. B. Schroll Urkb. v. St. Paul (Fontes rer. Austr. 39. Bd.) pg. 61, wo auch die Begründung des gewälten Datums nachzulesen ist.

4. Freising.

c. 1202, vor 27. Jänner, ... Notiz, dass Bischof Otto von Freising das Schloss Wartenberg bei Moräutsch in Krain von Grafen Otto von Ortenburg erkauft und sodann zerstört habe, damit sich nicht die Söhne des Grafen Heinrich desselben hinterlistiger Weise bemächtigen könnten.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter Frisingensis episcopus data magna pecunia redemit castrum in Wartenberch situm in Carniola cum beneficiis sibi adtinentibus a comite Ottone de Ortenberch. Dum adhuc viveret ipsum castrum resignavit episcopo cum heûbis et beneficiis adtinentibus, ne forte filii fratris sui comitis Hainrici post obitum suum episcopum possent inpetere vel sibi jure hereditario possent usurpare. Ep iscopus vero possessor illius castri factus, totum destruxit, veritus quod fratrueles predicti comitis fraudulenter occuparent, dum etiam quod in vicino in dominicalibus suis in loco qui dicitur Lonca, castrum haberet firmissimum. Hec omnia determinata sunt coram Vlrico duce Karintie.

Aus einer undatierten um 1215 angelegten Sammlung von Notizen über bischöflich freisingischen Besitz in Krain bei Zahn, Cod. Austr. Frising. I, 125, Nr. 126, Regest im Archiv f. Kunde oesterr. Geschqu. XIV, 114, Nr. 608.

5. Salzburg.

1202, vor 27. Jänner, Maria Saal. Albert, Berthold und Leopold Grafen von Bogen, Söhne des verstorbenen Grafen Albert von

[1]) Vrgl. die weiter unten folgende Urkunde v. J. 1254, 2. März.

Bogen bekunden, dass ihr Vater das Schloss Gurkfeld ihrem mütterlichen Verwandten, dem Erzbischofe Albert von Salzburg um 800 Mark Friesacher Gewichts verpfändet und nicht eingelöst habe. Gegen Aufzahlung von abermals 800 Friesacher Mark und Verzicht auf Entschädigung für die der Salzburger Kirche an deren Besitzungen zu Altenbuch und Durftigenberge zugefügten Schäden übertragen die Brüder das Schloss Gurkfeld dem Erzbischofe Eberhard II. von Salzburg und empfangen es von ihm als Lehen zurück.

Nos Albertus Berchtoldus Lupoldus fratres et comites de Bogen notum facimus per presens scriptum tam presentibus quam futuris quod cum pater noster comes Albertus de Pogen in stante sibi necessitate Gůrkvelde castrum et possessiones eidem adtinentes domino et consanguineo nostro Alberto venerabili Salzburgensis ecclesie archiepiscopo pro octingentis marcis argenti Frisacensis ponderis obligasse loco pignoris ita quod si in terminis ab eis constitutis non eadem pecunia solveretur antedictum castrum et possessiones cederent ecclesie Salzpurgensi ut ab eisdem possesionibus plene reciperet usu fructus et castrum in sua custodia detineret donec memorata pecunia solveretur. Sed quia idem dominus et consanguineus noster ob dilectionem patris nostri et matris nostre peticionem que sibi consanguinitatis linea adtinebat solutioni aliquamdiu supersedit quod nec castrum in suam potestatem recepit nec usu fructus possessionum usurpavit propter hoc maxime quod pater noster fide data promisit si aliqua occasione sepedictum castrum et possessiones a se vel suis heredibus vellet alienare vel per venditionem vel per locationem quod hoc faceret ecclesie Salzpurgensi cum autem idem dominus noster Albertus Salzburgensis archiepiscopus et pater noster comes Albertus pecunia non soluta decessissent et dominus Eberhardus Brixinensis episcopus successisset, nos quoque paternam hereditatem intrassemus idem Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus tam super memorata pecunia quam super possessionibus cum retentis fructibus nos convenit nos vero super eadem solutione gravari timentes adtendentes etiam promissum patris nostri ad hanc compositionis formam de nostrorum fidelium et aliorum prudentum consilio convenimus cum eodem archiepiscopo Eberhardo sic videlicet quod sepedictum castrum Gurkvelde cum suis possessionibus tam infeodatis quam non infeodatis nec non cum ministerialibus eidem castro adtinentibus omni iure quo possedimus a progenitoribus nostris in pro-

prietatem tradidimus ecclesie Salzpurgensi ab ea in feudo post modum recipientes tali conditione adiecta, ut si nos contingeret decedere sine heredibus in potestatem Salzpurgensis ecclesie libere rediret prestantes insuper iuramentum ut circa fideles nostros faceremus quod hec omnia servarentur. Dominus igitur Eberhardus Salzpurgensis archiepiscopus nostram devotionem circa ecclesiam recognoscens remisit pecuniam pro qua pro patre nostro fuimus ecclesie obligati renuntians obligationi cum perceptis fructibus dampno quoque, quod ecclesie per patrem nostrum in possessionibus suis Altenbuch et Durftigenberge intulisse dicebat octingentas etiam marcas ponderis Frisacensium nobis insuper de consensu capituli et consilio ministerialium erogavit. Huius rei testes sunt: Vlricus dux Carinthie, Wilhalmus comes de Malntin, Otto Gotfridus et Cholo fratres de Trûchsen, Reinbertus de Mv̊rekke, Wichardus de Karlsperc, Heinricus castellanus de Frisaco, Albertus de Risperc, Fridericus de Petowe, Otto de Kunegesperc, Chv̊no de Werven, Cunradus castellanus de Salzburc, Ekehardus de Tanne, Heinricus de Harskirchen, Cunradus de Kalheim, Marcwardus et Gerhous fratres de Bercheim, Ortolfus de Montparis, Otto de Leimenz, Heinricus de Lichtenperc, Albertus de Maierowe, Offo de Gurnz, Ortolfus de Gurkvelde, Pertoldus de Menna, Gerhovs de Vremerichesperge et alii quam plures nobiles et vulgares. Acta sunt hec apud Solium in ecclesia sancte Marie anno ab incarnatione domini m̃ cc̊ l̃l̃. In argumentum itaque et memoriam huius facti presens privilegium conscribi et sigillo patris nostri quo tunc temporis omnes pariter utebamur iussimus roborari.

Orig., Pergmt, das an dunkelbraunen Seidenfäden angehängt gewesene Siegel verloren, im k. k. H. H. und Staatsarchiv in Wien.

6. Aquileia.

1202, 31. Jänner, in der St. Quirinskirche bei Cormons. Herzog Leopold von Oesterreich und Steier, Bertold Herzog von Meranien Bernhard Herzog von Kärnten, Graf Quintus (!?) von Eppan, Graf Albert von Tirol und Graf Albert von Weichselburg vermitteln zwischen dem Patriarchen Peregrin von Aquileia und den Grafen Meinhard und dessen Bruder Engelbert von Görz ein Vergleich dahin, das Letztere die Schlösser Görz und Moosburg[1]) sammt allen Rechten und Zugehör von der Kirche Aquileia zu Lehen haben sollen.

[1]) Kandler: castrum de Monsburg.

Unter den Zeugen: (Henricus?[1]) de Lilienberg, Gerlochus de Stein, Perae[2]) de Vipoch.

De Rubeis, Mon. eccle. Aquil. 644—646; Dr. Kandler Cod. dipl. Istriano.

7. Aquileia.

1202, 6. Februar, Udine. Berthold Herzog von Meranien verpfändet mit Zustimmung seiner Söhne dem Patriarchen Peregrin II. von Aquileia für ein binnen 2 Jahren rückzahlbares Darlehen von 1000 Mark Friesacher seine zwei Schlösser zu Stein sowie seine übrigen Allodialbesitzungen in Krain und bei Wippach und verpflichtet sich überdies zur Hilfeleistung gegen Treviso.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dominus Pelegrinus Aquilegensis patriarcha mutuo concessit mille marcas Frisachensium domino Pertoldo illustri duci Maranie, quas ipse dux se accepisse confessus est, eo pacto et tenore, quod quingentas ex his a proximo festo pentecostes venturo usque ad annum, id est usque ad alium pentecostes et reliquas quingentas ex tunc usque ad annum, eidem patriarche vel Aquilegensi ecclesie persolvat. Ad maiorem vero huius pecunie solucionis firmitatem memoratus dux duo castella de Staine cum omni proprietate, servis et ancillis, et omni iure ac pertinenciis, exceptis ministerialibus, et insuper quicquid proprietatis et alodii habet in Carniola, et aput Wipach, memorato patriarche Pelegrino, et per eum Aquilegensi ecclesie nomine pignoris obligavit, et fide prestita in manu ipsius patriarche firmavit, quod nullo titulo predicta castella et possessiones obligaverat vel alienaverat quo minus ei obligare vel donare posset. Deinde pignus predictum cum omni iure et proprietate una cum duobus filiis suis domino Otone et domino Henrico in manu salemanni posuit, scilicet domini Wariendi de Onec, ita quod si prefata pecunia in predictis terminis non solverit, idem dominus Wariendus sepe dicta castella et possessiones cum omni iure et proprietate Aquilegensi ecclesie nomine et iure proprietario perpetuo habenda et possidenda dari debet, sicut in vulgari dicitur sellen,[3]) quod quidem se facturum dominus Wariendus fide data promisit. Propterea quia pro quarta parte illarum possessionum inter ipsum ducem et sororem ipsius hereditaria est questio, si quid ipsa

[1]) Kommt im Jahre 1209 vor; beim Kandler punktiert. — [2]) Nach Dr. Kandler'schen Copie. — [3]) sellen, seln, mhd. rechtskräftig zum Eigenthum übergeben.

de iure evinceret prefatus dux cum iamdictis filiis suis fide data promisit, quod tantumdem aput Graz domino patriarche et Aquilegensi ecclesie dabit in reconpensacionem, item dederunt fidem pater et filii, quod si pignus memoratum secundum quod dictum est devenerit ad Aquilegensem ecclesiam, quod numquam de eodem pignore aliquod ecclesie prestabunt inpedimentum, et ministeriales suos in partibus illis iurare facient, quod et ipsi Aquilegensi ecclesie non prestabunt super eodem pignore inpedimentum. Dominus Gerlochus purgravius de Staine etiam de mandato ducis et filiorum iuravit castrum id dare patriarche et ecclesie Aquilegensi si tunc erit purgravius, si vero mutatus fuerit, substitutus id iuramentum prestare debebit. Dux quoque fide prestita promisit quod filios qui absentes erant faceret sub eadem caucione, quam ipse et presentes fecerant, hec omnia firma tenere. Ad hec ipse dux et ejus filii Oto et Henricus per manum et fidem promiserunt in manu domini patriarche quod ipsi semper bona fide sine fraude et malo ingenio adiuvabunt eum contra Tarvisinos, dum ipse patriarcha vixerit, et si ipse aliqua de causa a circumstantibus partibus se absentaverit sui qui in eis degunt, eum sicut ipse dux bona fide adiuvare debent.

Actum apud Utinum in caminata domini patriarche filiciter, anno domini mill. cc.ii. sexto die intrante februario, indictione V. in presencia istorum rogatorum testium scilicet domini Dietrici de Bono fonte, Duringonis de Mellis, Henrici de Glemona, Herbordi de Pertenstaine et filiorum ejus Marquardi et Herbordi, Warneri de Cucagna, Ottonis Pergogne, Ottonis de Gurniz, Henrici de Aiginow, Wodorlici de Staine et aliorum. Prefatus dominus patriarcha nec non et jam dictus dux et duo filii ejus Oto et Henricus hanc cartam et aliam similem scribere rogaverunt, quarum unam debet habere dominus patriarcha inpressione sigilli ducis corroboratam, aliam debet habere dominus dux inpressione sigilli domini patriarche corroboratam.

Ego Petrus imperialis notarius interfui et hanc et aliam similem cartam de mandato et voluntate prefati domini patriarche et jam dicti domini ducis et eius filiorum Otonis et Henrici rogatus scripsi.

Pergament im Capitelarchiv zu Cividale im Vol. III, Nr. 4 der Pergamentensammlung.

8. Viktring.

1202, 11. März, Lateran. Papst Innocenz III. bestätigt dem Kloster Viktring den erworbenen Besitz im allgemeinen, insbesonders aber jenen, welchen der Patriarch von Aquileia und dessen Vorfahren zu Neuenhofen geschenkt hatten.

Innocentius [1]) episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . abbati et conventui Victoriensi ordinis Cisterciensis salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas et monasterium vestrum cum omnibus bonis suis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum prestante domino iustis modis poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Spetialiter autem ea que venerabilis frater noster patriarcha Aquilegensis et sui pre decessores in Niwinhouen cum pertinentiis suis vobis liberaliter concesserunt, sicut ea iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis in fringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Laterani V. idus martii, pontificatus nostri anno quinto.

Original im Archive des historischen Vereins in Klagenfurt. An rothgelber Seidenschnur anhängend die Bleibulle Pabst Innocenz III.

9. Viktring.

1202, 19. März, Lateran. Papst Innocenz III. nimmt das Kloster Viktring in den apostolischen Schutz und bestätigt dem Abte Conrad und dem Convente alle hergebrachten Besitzungen und zwar locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, grangiam in Niwenhouen cum omnibus pertinentiis suis, villas de Huonreberg, Lorch, Schalach, Donnansdorf, Brunne, Oberenhof, Adrichesdorf, Polan, Sirnich, Cranzlawesdorf et Bredingin cum omnibus earum pertinentiis, verleiht dem Kloster verschiedene

[1]) Innocentius in verlängerter Schrift.

Rechte auf geistlichem Gebiete und bestimmt endlich: Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. —

Data Laterani per manum Blasii sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii, xiiii kalendas aprilis, indictione V. incarnationis dominice anno M°CC°I°, pontificatus vero domini Innocentii pape III. anno quinto.

Orig., Pgt., im histor. Verein zu Klagenfurt, die Bleibulle des Papstes fehlt und ist wohl als Zeichen der königlichen Genehmigung durch das Siegel König Philipps ersetzt. — Regest bei Ankershofen im Archiv f. öst. Gesch. XIV, S. 117.

10. Admont.

1202, (vor Sept.), Friesach. Erzbischof Eberhard II. von Salzburg bestätigt und erneuert dem Kloster Admont die Schenkung und Einverleibung der Pfarre Jaring in den Windischen Bücheln. U. d. Zeugen: Albertus comes de Wihslberch.

Urkunde gedruckt im Steierm. Urkundenbuch II., 92—93, Nr. 54).

11. Viktring.

(1202, ..., ...) Herzog Leopold (VI.) von Oesterreich und Steiermark erlässt dem Kloster Viktring seine Vogteirechte auf dessen Gütern in Untersteier, und verspricht dieselben ohne Auslagen für das Stift schützen zu lassen. Unter den Zeugen: comes Albertus de Wihsilberch.

Urkunde im historischen Verein für Kärnten, — gedruckt b. Zahn Urkb. f. Stmk. II, 100, Nr. 60.

12. Viktring.

c. 1205, ..., ... Heinrich, Markgraf von Istrien vergabt an Kloster Viktring eine Hube zu Tupaliče[1] *mit neun Eigenleiten.*

Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam prȩsentibus, quod ego Heinricus marchio pro spe ȩternȩ mercedis domui sanctȩ Marię Vitringe mansum unum cum novem mancipiis hereditario iure tradidimus et delegavimus. Ut ergo nulla persona in prȩnominato prędio aut mancipiis aliquam iniuriam aut lesionem inferat, sed prędicto monasterio cui hęc contulimus ipsa conventio

[1]) der Ort, in welchem diese Hube lag, geht aus der Urkunde zum J. 1217 hervor.

rata et inconvulsa permaneat, testes qui huic diffinitioni intereant hic annotari fecimus: Ego Heinricus marchio qui hęc contuli testis assisto, Albertus comes de Wiselberch, Heinricus Pris, iunior et miles ipsius Marquardus, capellanus Heinricus,[1]) Ŏlricus plebanus de Stain, Grifo de Stude, Gerlauf de Stain, Otto de Gutenberc, Eberhardus de Leuberc et alii quam plures nobiles et mediocres.

Original im Archive des Klagenfurter Geschichtsvereins mit einem bis auf ein kleines Fragment verlorenem Hängesiegel an Pergamentstreifen; Ankershofen Reg. Nr. 667 im Archiv f. österr. Gesch. XIV, S. 135 zum Jahre c. 1207 mit Gerlaus de Stain.

13. Viktring.

1207, ..., in der Burg (Ober)stein Markgraf Heinrich von Istrien bekundet, dass sein Ministerial Gerloch von Stein dem Abt Conrad und dem Kloster Viktring drei Huben zu Ranndorf nächst Höflein um 23 Mark verkauft habe. Ausserdem habe Ritter Wulfing dem Gebhard von Kanker zugehörig, demselben Kloster 3 Huben gleichfalls um 23 Mark verkauft, und zwar sei dies zu Ranndorf selbst geschehen.

Quoniam filii huius seculi sapientia et prudentia sua, quam deus perdit et reprobat, solent in corporatione prediorum quasi fraude serpentina subtiliter circum venire servos Christi, qui non nisi simpliciter negotia sua tractando incedunt, id circo artes illorum et omnem fraudulentiam radicitus exstirpare cupientes presenti privilegio testibusque ydoneis actionem eorum roboramus ac memorabilem facimus. Eapropter ego Heinricus marchio de Hystria universis sanguine Christi redemptis presentibus ac futuris notifico, quod ministerialis meus Gerlochus de Stain cum uxore sua domina Truta et omnibus pueris eorum tres mansus cum pascuis silvis aquis aliisque pertinentiis eorum iuxta Niwenhouen in villa quę dicitur Rain pro XXIII^{bus} marcis vendiderunt reverendo abbati de Victoria domino Chunrado et omni congregationi manuque propria delegationem predii istius posuit memoratus Gerlochus super altare sancte Marie. Venditionis vero huius testes sunt: dominus Wolricus plebanus de Stain, dominus Wilvingus et dominus Humbertus sacerdotes, comes Albertus, dominus Heinricus de Hagenhowe, dominus Gerlochus de

[1]) Im Jahre 1228 erscheint Heinricus als Pfarrer zu Zirklach (Sancta Maria) und Schreiber des Markgrafen, man vrgl. die betreffenden Urkunden weiter unten

Stain et filii eius, dominus Weriandus de Michelsteten, dominus Gerlochus de Hertenberg, dominus Ortolfus de Gurgvelde, dominus Ortolfus de Rifenstain, dominus Eberhardus de Porta, dominus Heinricus de Gurenz, magister Pontigel phisicus et alii plures tam nobiles quam ignobiles. Facta sunt hec per manum meam in castro meo Stain. Alius preterea miles Wilvingus nomine proprius domini Gebhardi de Chocher voluntate et consensu domicelli sui matrisque eius domine Alene vendidit tres mansus cum omnibus eorum pertinentiis prefato abbati et fratribus suis pro XXIII marcis. Huius rei testes sunt: dominus Humbertus clericus, dominus Wolschalchus, dominus Alwardus et dominus Engelrammus milites de Vorst, Pabo rusticus de Vorst, Wolhardus de Chotmosach, Werenherus et Reimbertus de Holswich, Wolfgangus de Rain, Johannes preco, Johannes calcifex et alii plures, qui huic interfuerunt emptioni. Facta sunt hec in villa ipsa que dicitur Rain. Ambe vero iste emptiones facte sunt pariter uno anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo septimo.

Original im Archive des historischen Vereins in Klagenfurt. Reitersiegel des Markgrafen an Hanffäden anhangend. — Vrgl. Ankershofen Regest Nr. 666 (Archiv XIV, S. 135).

14. Viktring.

c. 1207, . . ., ... Markgraf Heinrich von Istrien verkündet, dass durch seine Hand Mechtild, die Mutter seiner Ministerialen Dietrich von Gutenberg und Heinrich, nach dem Tode Dietrichs mit Einwilligung seines Bruders Heinrich und der Söhne Dietrichs Alberam und Gerhart ein Gut in Babenvert (Pfarre Terstenik) an das Kloster Viktring verkauft habe, dessen Schirmer und Vertheidiger er sein werde.

In nomine sancte et individue trinitatis. Quod maiorum auctoritas tenendum censuit literarum [1]) debet inditiis [2]) eternari, ne successum temporis corrodat oblivio quod est rationabiliter ordinatum. Igitur ego Henricus [3]) dei gratia marchio Istrie notum volo tam presentibus quam futuris quod domina Mechtildis mater Theodorici [4]) de Gotenberch et Henrici ministerialium meorum post obitum filii sui Theodori [5]) cum bona voluntate Henrici et omnium puerorum predicti Theodori [5]) Alberani et Gerhardi vendidit ecclesie Victoriensi predium in Bauenwort [6]) pro marcis quinquaginta de quibus marcis predicta

[1]) litterarum. — [2]) indiciis. — [3]) Heinricus. — [4]) Theoderici. — [5]) Theoderi. — [6]) Bauentvort.

matrona cum predictis heredibus relaxavit ecclesie viginti marcas in sepultura filii sui Theodori[1]) pro remedio anime eius, qui in eadem ecclesia est sepultus, reliquas vero triginta marcas ecclesia iam persolvit. Hec autem facta sunt per manum meam et[2]) ero tutor et defensor predictorum bonorum. Huius rei testes sunt Ortolfus de Gurckfelden,[3]) Gerlocus de Staine[4]) et Henricus[5]) filius eius, Geuehardus de Liebenberch et Heinricus frater eius, Aschwinus de Vorderberch, Ropertus de Bochwerch et filii sui Ropertus et Heinricus, Albero de Duplach et frater eius Bertholdus,[6]) Rodolphus[7]) de Rase, Heinricus scriptor.

Viktringer Copialbuch im Archive des hist. Vereins f. Kärnten I. N. 116. Die Abweichungen der Copie im Vikt. Cpb. II, 164 sind in den Anmerkungen wieder gegeben.

15. Sittich.

c. 1207, . . ., ... Die Markgräfin Sophie von Istrien schenkt für ihr, ihrer Eltern und ihres Gemals Heinrich des Markgrafen Seelenheil ihrer Hörigen namens Engelburg, der Gattin des incisor Rupert die Freiheit, unter der Bedingung, dass deren Söhne sobald sie ins heiratsfähige Alter treten dem Kloster Sittich jährlich mit 5 Pfenningen zinspflichtig sein sollen.

+ In nomine sanctae et individuae trinitatis. Christo refferente didicimus, beatos esse servos, quos dominus cum venerit vigilantes invenerit; qua nos ammonitione operi bono invigilantes operam dedimus, opus quod non perit operantes opesque nostras per inopum manus in coelum praemittimus, quorum ope cum ipsis in domino opitulante in aeterna recipiamus tabernacula, ubi cum omnibus sanctis gaudere mereamur per infinita saeculorum saecula. Noverint ergo tam praesentes quam futuri, quod ego Sophia dei gratia Istriae marchionissa pro salute animae meae et pro remedio animarum patris et matris meae et dilecti mariti mei domini Henrici marchionis, ancilam meam propriam, Engelburg nomine, Ruperti incisoris uxorem legitima libertate condonavi. Pueros autem si genuerint, censuales erunt sanctae Mariae in Sittich quinque denariorum, dum ad nubiles annos pervenerint. Hujus rei testes sunt Mainhart, Chrimhilt,[8]) Harlung de Wisslberch.

Aeltere Cop., Pap., in meiner Urkundensammlung.

[1]) Theoderi. — [2]) et ego ero — [3]) Gurkfelden. — [4]) Steine. — [5]) Heinricus — [6]) Bertoldus — [7]) Rodolfus. — [8]) sic.

16. Salzburg Erzbisthum — Steiermarks Landesfürst.

1208, 31. März, Kloster Neuburg. Erzbischof Eberhard II. von Salzburg beurkundet sein Uebereinkommen mit Herzog Liupold von Oesterreich und Steiermark betreffs der Zugehörigkeit der Nachkommenschaft des Reinbert von Mureck. U. d. Zeugen: Heinricus de Schaerfenberch.

v. Zahn, Urkb. f. Strm. II, 137, Nr. 88).

17. St. Paul.

1209, 7. August, St. Veit. Herzog Bernhard von Kärnten verleiht beim Antritt des Römerzugs mit König Otto IV. dem Stifte St. Paul das zwischen Save und Gurk gelegene Gut „Brassowe" (Brezovo) mit allen Vorrechten (den Blutbann ausgenommen) falls er auf dem Zuge, oder aber nach seiner Heimkehr erblos sterben sollte.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Facile oblivionis calumpnia res gestas subrueret, si non stili memoria eas perennaret. Unde pateat tam posteris quam presentibus, quod ego Bernhardus dei gratia dux Karinthie, dum irem in Romanam expeditionem cum rege Ottone, quoddam predium meum nomine Brassowe situm inter duos fluvios scilicet Sowam et Gurcam delegavi monasterio sancti Pauli Lavent pro remedio anime mee nec non pro redemptione animarum parentum meorum illic humatorum. Tali conditionis articulo idem predium predicto loco contuli, quod si ego in illa expeditione decederem, vel si deo dante redirem, sed sine herede permanerem, predictum predium prefato loco in pace in perpetuum permaneat eo iure libertatis, quod fratres sancti Pauli idem predium possidentes inmunes sint ab omni exactionis gravamine preter nummum sanguinis, sicut alia eiusdem loci continent privilegia. Et ut ista tractatio rata et inviolata permaneat, presentem paginam sigillo nostro roboravimus, suppositis testium nominibus, qui huic facto aderant apud sanctum Vitum in foro nostro: Livpoldus de Hohenekke, Wichardus senior et iunior de Charlesperc, Gotfridus de Truhsen, Heinricus (de Osterwiz),[1]) Vlricus Cubertel, Gundacharus (de Vrowenstein), Wernherus (de Vriberc), Ortolfus dapifer, Heinricus (Cisel), Reinboto (de Seburc), Hermannus pincerna, Heinricus (de Vriberc), Gotfridus

[1]) Diese sowie alle folgenden in Klammern gesetzte Worte wurden vom Schreiber der Urkunde über die betreffenden Vornamen zwischen die Zeilen hinein nachgetragen.

(de Havenburg), Chûno et frater suus Cholo de Junekke, Waltherus iudex de sancto Vito, Wernherus et frater eius Rudgerus, Otto de Lebnach, Waltherus de Nuzberc. Actum publice coram nobis in foro sancti Viti anno incarnationis domini m cc viiii, VII. idus augusti.

Orig., Pergmt., mit an einer aus braunen und weissen Leinenfäden gedrehten Schnur angehängtem Wachssiegel des Herzogs in k. k. H.- H.- und Staatsarchiv in Wien.

18. Obernburg.

1209, ..., Burg (Ober)stein. Markgraf Heinrich von Istrien stiftet sich im Kloster Obernburg einen Jahrtag durch Widmung zweier Huben zu Poreber (Pfr. Neul bei Stein), nnd fügt der Schenkung für seinen Todesfall noch weitere vier Huben daselbst und eine Ministerialin bei.

Quoniam memoria hominum labilis est, ideo ego Heinricus dei gratia marchio Ysthrie notum esse cupio universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod manu potestativa sancte Marie et sancto Hermachore in Obernburg contradidi duos mansos in Pureber, tali conditione quod abbas et fratres ibidem deo famulantes singulis dominicis diebus in principali altare de sancta Trinitate missam publice in conventu fratrum pro salute mea et pro omnibus qui mecum in eodem loco firmitatem acceperunt, celebretur, quod stabile permaneat, sive heredum habuero sive non, et quod ratum ita sit, abbas Curtirannus et vniversitas conventus unanimi voto data fide firmaverunt. Cum vero viam universe carnis inibo, missa pro defunctis pro remedio anime mee parentumque meorum solemniter in conventu cantetur, pro certo scientes quod alios quatuor mansos per mortem meam in Pureber predicte ecclesie adtribui, prefatos quidem mansos advocatie mee mancipavi et nullus meorum officialium ipsos in alio iure offendat. Item Williburg uxorem Seifridi de Weingart que in ministeriali iure tenebatur, cum filio suo Wilfingo et filia Gertruda predicte ecclesie contuli cum omni sua posteritate. Quod ratum et inconvulsum permaneat, sigilli mei impressione feci corroborari. Huius rei testes sunt: Albertus comes de Wihselberch, Curtirannus abbas, Wernhardus dë Seefelt, Gerloch[1]) de Stein, Vlricus de Samperge, Dietmarus de Griven, Heinricus de Wiharn, Albertus de Voheburch, Gotscalcus de Schiltgraben, Gebhardus[2]) de Liligenberch, Fridericus scriptor,[3]) Dietricus de Kraineche, Alhardus, Henricus

[1]) Berloch. — [2]) Geberhardus. — [3]) scriptae.

notarius, Perichtoldus et frater eius Albero de Burla, Chunradus de Celle, Heinricus de Liligenberch, Giselher et frater eius Giselbertus, Seifridus de Minchendor(f), Otto de Soenlen(berch) et alii quorum erat ibi copia. Cum ego Heinricus marchio decessero, missa pro defunctis, ut dictum est, pro remedio anime mee parentumque meorum omni secunda feria in conventu publice agatur et collecta quamdiu vixero, Oratio exaudi queso preces nostras, singulis diebus ad missam. Data sunt autem hec anno milesimo ducentesimo nono, in castro Stein, presentibus meis ministerialibus. Ego Heinricus marchionis notarius scripsi et dictavi.

Aus sehr fehlerhafter Abschrift des 17. Jahrh. im Domkapitelsarchive zu Laibach, fasc. 82, Nr. 21, (nicht vorhanden, —) Zahn, Urkb. f. Strmk. II, 155, Nr. 100.

19. Freising — Weichselburg.

c. 1209, ..., ... Otto II. Bischof v. Freising belässt der Gräfin Sophie von Andechs das Lehen, welches vordem ihr Vater Graf Albert von Weichselburg vom Hochstifte gehabt hatte.

Otto (episcopus Frisingensis) concessit sub certis conditionibus feudum quodam Sophiae Andechsiae, quod antehac ejusdem parenti, comiti de Weixlberg (ab ecclesia Frisingensi) concessum fuerat,

Meichelbeck, Hist. Fris. I/1, 378; Reg. Boic. 1, 330 z. J. 1185 weil Bischof Otto II. v. 1185—1220 regiert hat. Der Aufbewahrungsort des Originals ist jetzt in München nicht bekannt.

20. Aquileia

1210, 8. Mai, Cremona. K. Otto beurkundet die am 13. Jänner 1209 geschehene Verleihung der Mark Istrien an den Patriarchen Wolfger von Aquileia, nachdem Herzog Ludwig von Baiern auf dem Hoftage zu Augsburg zu Gunsten Aquileias auf dieselbe verzichtet hatte.

Urkunde gedruckt im Schumi's Arch. f. H. I, 41, Nr. 17; vrgl. auch darüber ebend. S. 243.

21. Gurk Domstift.

1211, 24. August, Windisch-Gratz. Markgraf Heinrich von Istrien anerkennt den Verkauf eines Gutes zu Kaindorf ob Murau seitens seiner Dienstmänner Winther und Gotfried von Kronau für 110 Mark an Bischof Walther von Gurk.

Zeugen: Reinricus Pris, Duringus de Nidegge, Noppo, Kalho, dominus Gerloh, Reinherus de Wolkinburc, Isinricus et frater suus

Otto, Meinhardus, Crimhilt, Heinricus de Insula, Engilschalcus de Rabinsperc, Waltherus notarius et alii quam plures, (dominus Gebechardus de Sŏnegge, dominus Ortolfus de Gurgevelt, dominus Weriandus de Hohinegge, dominus Henricus de Rosinbach, dominus Vschalcus de Rabinsperc.[1])

Data apud Grace, anno dominicae incarnationis M.CC.XI. indictione XIIII. VIIII. kalendas septembris, feliciter amen.

Orig., Pgt., anhgd. Reitersiegel domcaptl. Arch. Gurk; vrgl. Arch. f. Kde. österr. G.-Quellen XIX/I 193; v. Zahn Urkundenbuch f. Steiermark II. (1879) 171—172, Nr. 114.

22. Salzburg Erzbisthum — Steiermarks Landesfürst.

1211, ..., ... Erzbischof Eberhard II. von Salzburg vergleicht sich mit Herzog Leopold von Oesterreich und Steiermark über mehrere genannte Pfarren und Burgen. U. d. Zeugen: Rudbertus archidiaconus Marchie.[2])

v. Zahn, Urkb. f. Strmk. II. Bd. 178, Nr. 118.

23. Salzburg — Gurk.

1213, 27. März, Constanz. Kaiser Friedrich II. anerkennt die untrennbare Verbindung des Gurker Bisthums mit dem Erzstifte Salzburg und bewilligt den Gurker Ministerialen die Rechte der Reichs- und bischöflichen Ministerialen, obwohl in dem Treueid, den sie ihrem Bischöfe zu leisten hätten, nur das Erzstift Salzburg und nicht auch das Reich auszunehmen sei.

Böhmer, Acta imperii selecta 233 Nr. 259.

24. Salzburg — Gurk.

1214, 19. Februar, Augsburg. Friedrich II. bestätigt auf Grund einer theilweise inserierten, vom Könige Otto vor seiner Excommunication ausgestellten Urkunde, dass die Kirche von Gurk bezüglich ihrer Regalien dem Erzbischofe von Salzburg unterworfen sei, und dass die Ministerialen der Kirche beim Treueide nur den Erzbischof auszunehmen haben.

Böhmer, Acta imperii selecta 233, Nr. 260.

---

[1]) Das Eingeklammerte ist zwar mit anderer Tinte, doch von derselben Hand geschrieben. — [2]) Nach Prof v. Zahn: Archidiacon von Unterkrain.

25. Aquileia.

1214, 22. Februar, Augsburg. König Friedrich II. schenkt als Erkenntnis der Treue und Ergebenheit der Kirche und dem damaligen Patriarchen Wolfger von Aquileia das Herzogthum und die Grafschaft Friaul mit allen Rechten und Regalien der Bisthümer Istriens, nämlich: Triest, Capodistria, Parenzo, Emona (Cittanuova), Pola, dann (im Venezianischen) Concordia und Belluno, Schloss Treffen (bei Villach), die Mark Unterkrain und Istrien mit der Grafschaft sowie noch mehrere andere Orte und Gerechtsame.

Urkunde gedruckt im Schumi's Archiv f. Heimatkunde I, 154—156, Nr. 48.

26. Brixen.

c. 1214, ..., ... Cividale. Leonhard von Britzach übergibt der Kirche Brixen eine Leibeigene. U. d. Zeugen: Rudolf von Veldes Diener des Bischofs von Brixen, Konrad von „Gurca" dessen Kaplan und Rudbert von „Gurca".

Sinnacher, Gesch. v. Säben — Brixen IV. Bd. 174—175, Nr. 6.

27. Sittich.

1215, 21. März, Rom. Papst Innocenz III. nimmt das Cisterzienser Kloster Sittich in seinen Schutz und bestätigt ihm die Rechte sowie die namentlich angeführten Güter: Altendorf, Leševje, Lašiče, Kaltenfeld, Zirknitz, Weinberg, und Bodendorf bei Murau [1]) *sammt Zugehör.*

Innocentius episcopus servus servorum dei. dilectis filiis abbati monasterii de Sitic, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuam memoriam. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit esse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium sancte dei genitricis et virginis MARIE de Sitic in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem tempo-

[1]) Das Babindorf und Bandendorf ist Bodendorf bei Murau, das ist aus mehrere Jahrhunderte jüngern Urkunden zu ersehen. Man verbessere darnach das Regest vom J. 1152 im I. Urk. u. Regestb. f. Krain 104, Nr. 106.

ribus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Altendorf, Liezcowa, Lasissa, Caldenvelt, Cirkeniz, Wimperg et Bandendorf [1]) villas cum omnibus pertinentiis suis, quas idem monasterium antequam Cisterciensium fratrum instituta susciperet, possidebat, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascvis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, tam de cultis terris quam incultis sive de ortis et virgultis et piscationibus vestris vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis ecclesiasticos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Quod si quis forte retinere presumpserit, licitum vobis sit in ipsos monachos vel conversos regularem sententiam promulgare, illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari sive alio modo alienari, absque consensu totius capituli, vel majoris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus ne aliquis monachus sive conversus sub professione vestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et majoris partis capituli vestri pro aliquo fide iubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra capituli vestri constitutum nisi propter manifestam domus vestre utilitatem. Quod si facere forte presumpserit, non teneatur conventus pro his aliquatenus respondere. Licitum preterea sit vobis in causis propriis sive civilem sive criminalem con-

[1]) sic.

tineant questionem fratrum vestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium ius vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad synodos vel conventus forenses vos ire, vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiacere compellat, nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi vel aliquos conventus publicos convocandi venire presumat, nec regularem electionem abbatis vestri impediat, aut de instituendo vel removendo eo qui pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Si vero episcopus in cuius parrochia domus vestra fundata est, cum humilitate ac devotione qua convenit, requisitus substitutum abbatem benedicere, et alia que ad officium episcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum sit eidem abbati si tamen sacerdos fuerit, proprios novitios benedicere, et alia que ad officium suum pertinent, exercere, et vobis omnia ab alio episcopo percipere que a vestro fuerint indebite denegata. Illud adicientes, ut in recipiendis professionibus que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sunt episcopi forma et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta, ut scilicet abbates ipsi salvo ordine suo profiteri debeant, et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consvetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat, alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacaverit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen ut ex hoc in posterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, si quem episcopum Romanae sedis ut diximus, gratiam et communionem habentem, et de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum et vestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere valeatis. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommu-

nicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, sive etiam in mercenarios vestros pro eo quod decimas non solvitis, sive aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint vel ad laborandum adiuverint, in illis diebus in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam. Nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis, et contra tenorem apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nihilominus in vestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque et tranquilitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausurae locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas, nec non libertates et exemptiones saecularium exactionum a regibus et principibus vel alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere pertubare, aut eius possessiones auffere, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisqve sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine domini domini redemptoris nostri IESV Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. „Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri IESV Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, AMEN, AMEN, AMEN.

(Ringmonogramm Umschrift: „Signum in bonum fac mecum domine.“) Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus subscripsi. (Grussmonogramm: „Bene valete.“)

† Ego Nicolaus Tusculany episcopus ss.

† Ego Guido Prenestinus episcopus ss.

† Ego Hugo Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.

† Ego Benedictus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

† Ego Cinthius tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis ss.

† Ego Cencius sanctorum Johannis et Pauli presbyter cardinalis tituli Pamachij ss.

† Ego Leo tituli sancte Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis ss.

† Ego Petrus sancte Pudentiane[1]) tituli Pastoris presbyter cardinalis ss.

† Ego Guala sancti Martini presbyter cardinalis tituli Equitij ss.

† Ego Johannes tituli sancte Praxedis presbyter cardinalis ss.

† Ego Quido sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis.[2])

† Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis.

† Ego Johannes sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis

† Ego Angelus sancti Adriani diaconus cardinalis.

Datum Laterani per manum Raynaldi acoliti et capellani domini Innocentii pape iij, XII. cal. aprilis, indictione III., incarnationis dominice anno MCCXIIII, pontificatus vero eiusdem domini Innocentii anno octavo decimo.[3])

Abschrift im Landesmuseum zu Laibach, für den Druck ausgebessert nach der in den Formeln gleichlautenden Bulle für das Cistercienserstift Reun vom 7. Jänner 1214, Steierm. Urkundenbuch II, Nr. 127, S. 190 ff.

28. Admont.

1215, 3. Juni, Leibniz. Erzbischof Eberhard II. von Salzburg beurkundet die Beilegung des Streites zwischen dem Kloster Admont und der Pfarre Leibniz betreffs der Kirche s. Nicolai in Sausal. Unter den Zeugen: Chunradus plebanus de Meingozpurch.

v. Zahn, Urkundenbuch für Steiermark II. Bd., 208.

[1]) Copie: Prudentiae. — [2]) ss. fehlt in der Copie bei den letzten 4 Cardinälen. — [3]) Indiction und Regierungsjahr weisen diese Urkunde ungeachtet des Datums 1214 ins folgende Jahr.

29. Freising.

c. 1215, ..., ... Herzog Bernhart von Kärnten überträgt an das Bisthum Freising 30 Huben zu „Tunelindorf" „Haulach" (Hotavlje) und Arch in Krain zur Sühne der von ihm in der Vogtei Lack zugefügten Schäden und nimmt sie wieder von Bischof Otto zu Lehen.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter Bernhardus dux Carinthiae contulit ecclesiae Frisingensi de patrimonio suo xxx mansos quorum siti sunt in Tunelindorf duodecim, in Haulach decem, in Arch octo. Contulit inquam praefatus dux eosdem mansos ecclesiae praetaxatae pro remedio animae suae et patris fratrumque suorum necnon in recompensationem dampni quod ipse intulerat eidem ecclesiae in advocacia sua Lonkk, pro quo eum dominus Otto episcopus impetebat qui ipsius ecclesiae episcopatui praesidebat. Dominus etiam dux facta tali traditione eosdem mansos ab eodem Ottone episcopo statim in feodo recepit tali interposito pacto, quod haeredes ipsius ducis sive sint filii sive filiae, sibi in hoc feodali iure haereditario succedant. Huius rei testes sunt Poppo Petinensis episcopus, Engelber(tus) de Vrsperg, Marquart de Valchenburch et Fri(dericus) frater suus, Gerloch de Hertenberch, Gotfridus Vogel, Otto de Purchstallo, Her. de Grätze et filius suus Hort(olfus), Gerloch de Steine, Magens de Mengospurch, Ortolfus dapifer ducis, Her. pincerna, Haertwich de Ibach, Ch. de Carsperch, Walther de Nuzperch, Otto (de) Regenspurch, Pilgreim de Malentin, Otto Viroge, Wolrich de Paris, de familia episcopi H. camerarius, H. pincerna, Ch. camerarius, Sighart de Chinberch, H. de Niunsaezze, Gerboto, Gazwin, Linhart, Jannes, Ch. Wlfinch, Sighart frater Leunhardi, Gerloch filius Her. et Linhart Rabel filius Gozwini, Libhart Chasto (?), Wernhart, Eberhart de Niuberting, H. filius iudicis, Gebhart de Maentzing, Gerwicus de Lonkk, Ch. et Wolrich de Percheim, Wlrich Tumbe, Engelschalch Praentel, Albrant, Wergant de Vletnich, Rapoto de Vlednich, Engelschalch de Trasichs[1]) et filius suus Her. Wernhardus de Chůmstorf, H. de Nakel, Ch. de Hakelshusen. Hoc in fine adiungimus, ut si de voluntate ducis fuerit, episcopus concedat ipsum feodum uxori suae.

Aus einer Abschrift der Mitte des 18. Jhrh. in Cod. der Heckenstallerischen Frisingensia beim Domkapitel zu München; Meichelbeck 1./2, 572 Nr. 1368 unvollständig, nach einer in den codd. tradit. des k. baier. Reichsarchives nicht mehr aufgefundenen Vorlage; Zahn, Codex dipl. Fris. I. p. 126—7, Nr. 127.

[1]) sic.

30. Freising.

c. 1215, . . ., ... Aufzeichnungen über den Erwerb von Gosteče, Baumgarten, Slap und anderen Gütern in Krain und der Mark für die Kirche von Freising durch Bischof Otto.

. . . . Otto Frisingensis episcopus data magna pecunia comparavit villam que dicitur Costech,

Item comparavit villam que dicitur Paumgarten pro lxxx, marcis.

Item sciendum est, quod idem dominus Otto Frisingensis episcopus comparavit a domino Ottone de Nazzenvvz et vxore sua lx heubas sitas in Marchia in villa que dicitur Zlab [1]) et in alia villa que dicitur Lonca, citra aquam Gurk sub castro Orishek [1]) pro trecentis marcis.

In presenti pagina notatum cunctis fidelibus liquescat, quod dominus Otto Frisingensis episcopus querimoniam faciens de domino Heinrico suo nepote marchione Istrie de damno sibi illato apud Loncam talem recompensationem abtinuit, quod marchio potestativa manu tradidit ecclesie Frisingensi l heubas sub castro Michow et ab ipso in feudum recepit, sicut testatur privilegium ab eo traditum et sigillo utrivsque principis signatum.

Item querimoniam faciens de domino Bernhardo duce Karintie, quod homines suos in advocatia Lonca damnificare presumsit, idem dux pro damno episcopo illato tradidit ad altare sancte Marie in Frisinga potestativa manu xx heubas de suo predio apud Nazzenvvz et eas ab episcopo in beneficium recepit. Nomina testium sunt scripta in privilegio super hoc compacto.

Cod. 238, f. 121—122, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 572—73. Nr. 1369—74; Zahn, Cod. Austr. Frising. (Fontes. rer. Austr. 31. Bd.) S. 124, Nr. 126.

31. Obernburg.

1216, 1. Oktober, im neuen Schlosse Fužine (vor Zagradec an der Gurk). Albert von Marienberg (oder Grosskahlenberg bei Laibach) gestattet dem Weriand von Flödnig eine Hube zu Villach (Vellach?) dem Kloster Obernburg zu widmen.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ego

[1]) Zlab und Orischek beide in der Pfarre St. Margarethen an der Gurk.

Albertus de Marienberch [1]) domino Wernando [2]) de Vledinick licentiavi mea bona voluntate cum consensu filiorum ipsius Bertoldi et Vlscalchi nec non et omnium heredum ipsorum, Villach vnum mansum de prediis ipsius dare pro remedio anime sue et vxoris ipsius super altare sancte Marie de Obernburch, testantibus et presentibus domino Rabotone genero predicti Wernandi et domino Hermanno de Pharre nec non domino Hermanno de Hertindorff. Quod si quis heredum nostrorum vel ipsorum retractare voluerit, huius paginule meo sigillo sigillate prescriptorumque testium testimonio convictus resipiscat. Acta sunt hec anno dominice incarnationis milesimo ducentesimo decimo sexto, indictione secunda,[3]) kalendis octobris, in castro, novo Fusin [4]) feliciter amen.

Abschrift (17. Jahrh.) im Domkapitel-Arch. zu Laibach (nicht vorhanden); v Zahn, Urkb. f. Strmk. II, 216, Nr. 144.

32. Viktring.

1217, vor 15. April, ... Markgraf Heinrich von Istrien beurkundet, dass er eine Hube zu Tupaliče nächst Höflein in Oberkrain nebst mehreren Eigenleuten an das Kloster Victring geschenkt habe, welche das Kloster sodann dem Cleriker Humbert auf dessen Einspruch hin, auf Lebenszeit überlassen habe.

Ego Heinricus dei gratia marchio Hystrie notifico universis qui christiana professione censentur tam presentibus quam futuris, quod pro remedio anime mee omniumque parentum meorum unum mansum apud Tupalich et Johannem calcificem cum filiis et filiabus suis et octo aliis mancipiis eiusdem cognacionis domino Chunrado tunc temporis abbati et monasterio Victoriensi contuli. Et illud predium cum hominibus cuiusdam clerici nomine Humberti fuit, qui ad me ex iure hereditatis mee pertinebat. Postea vero idem Humbertus sacerdos fatebatur quod homines istos sine consensu et voluntate sua supradicto abbati et cenobio dedissem et pro ista causa tamen eos sollicitavit quod ei tres marcas contulerunt et ipse manu propria

[1]) Die Wallfahrtskirche auf dem Marienberge, slovenisch Šmarijina gora steht in den Ruinen des ehmaligen Schlosses Marienburg. — [2]) Vrgl. die Urkunde c. 1215, Nr. 29. — [3]) sic. — [4]) Copie: Thusin. — Das nun zerfallene Schloss Fužine stand an der Gurk in Unterkrain, von welchem das in der Nähe befindliche Pfarrdorf Zagradec den Namen erhielt, weil es hinter dem Schlösschen = za gradecom (an der unteren Seite des Gurkflusses) liegt.

coram domino Bertholdo decano de Carniola et coram abbate domino Nycolao qui eo tempore memoratum locum regebat atque coram omni conventu bona voluntate sua delegavit et beate virgini Marie super maius altare quod in eodem monasterio in honore eius conservatum est. Eandem iterum delegationem consensu et bona voluntate duarum sororum suarum et maritorum earum atque puerorum ipsorum et omnium amicorum suorum quos illuc convocavit et congregavit et in presentia aliorum plurimorum hominum fecit super altare sancti Petri in grangia eorum que Nuwenhouen nuncupatur. Ut autem rata hec et invulsa perpetuo perseverarent, supra dictum mansum apud Tupalich dominum Humbertum clericum tantum et neminem posterorum suorum usque ad obitum suum possidere permiserunt et hoc litteris meis et sigillo ac testibus subscriptis roboravi et in eternum memorabile feci. Huius rei testes sunt: ego Heinricus marchio Hystrie, abbas dominus Nycolaus cuius tempore temporibus hec gesta sunt, Bertholdus prior, Ortolfus scriptor, Chunradus Trevenar, Hermannus, Herbrandus maior cellerarius et totus conventus, Bertholdus decanus, Humbertus sacerdos, Engelrammus miles de Velach, Bertholdus miles, Wolframus et pueri illius, Bernhardus de Rain cum pueris suis, Eppo et pueri sui Sifridus camerarius meus, Werenherus de Olswich et filius suus, Ditmarus de Rain, Henricus cum amicis, Martinus de Nuwenhouen, Christanus Trebenge, Hartliebus Negowan, et alii plures. Facta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo septimo decimo.

Grüningers Abschrift im Archive des Kärnt. Geschichtsvereins aus nun mehr verschollenem Original; auch Viktringer Copialbuch IV. f. 85, Nr. 94.

33. Sittich.

1217, ..., ... Graf Engelbert von Görz befreit die Unterthanen des Klosters Sittich von der Zollzahlung in seinem Markte (Planina) an der Unz, dagegen seien zu Senosetsch jährlich zwei Mark Venezianer Pfeninge als Abgabe von einem dortigen Grundstücke des Klosters[1]) *zu entrichten.*

Illustrissimus comes Engelbertus de Gorizia[2]) sua spontanea voluntate liberat monasterium Sitticense, ne ejusdem subditi pro

[1]) Eine Hube, die Stefan von Duino dem Kloster geschenkt hat, vrgl. die weiter unten folgende Bestätigungsurkunde vom J. 1250, 13. Aug Sittich. — [2]) Bei Puzel offenbar irrig Porczia, eine fremde Hand hat darüber geschrieben: Gorizia.

bono monasterij cogantur solvere telonium in suo foro versus comitatum Goritiensem, ad fluvium cognomento Vncze. In Schenossecsh vero vectigal debet omni anno tribuere duas marcas venetorum denariorum pro Sitticensi quodam fundo, cujus possessionem habet vectigal.

Auszug bei Puzel, Idiographia mon. Sittic. S. 20.

34. Auersperg — Laas.

1220, 7. April, Auersberg. Engelbert von Auersberg belehnt die Gebrüder von Laas, Karl, Rupert und Albert mit dem Dorfe Soderschiz nächst Weiniz in der Reifnizer Herrschaft und gibt ihnen das Recht zu Neurodungen im Walde. Die Lehensempfänger hingegen verzichteten auf 3 Huben zu Friesach, welche ihnen um 12 Mark verpfändet waren, und zahlten noch überdies eine gleiche Summe an die Gemalin Engelberts.

In nomine dei eterni amen. Nos Engelbertus de Owersperch dedimus in fevdvm Stoidrasicz villam qve iacet in Weinicz scilicet in dominio nostro in Rewenicz, cvm omnibus iuribus et vtilitatibus et vsibus, aqvis silvis, qve svnt vsqve ad terminos de Los ẽgressibus pascuis et aliis, quocunque nomine censeantur, fratribus de Los domino Karvlo domino Rvperto et domino Alberto et qvidqvid possvnt occvpare de silua et apvd aqvam pro vsibus svis hoc eciam libere, ad ipsos pertineat et omnia promissa ad heredes ipsorum vtrivsque sexus perpetvo pertineant et si vnus ex eis morietur, ad alios pertineat, et ad heredes ipsorvm si mortvvs sine heredibus fverit sev dvm vero evm quo ipsos infevdavimus et omnes libertates quas dedimus eis et ipsorvm heredibus ideo dedimus eis quod ipsi dimiservnt nobis solutos tres mansos qui iacent apvd Vreisach qvi erant eis obligati pro dvodecim marcis et dedervnt vxori nostre dvodecim marcas. Hoc actum est in castro meo Owersperch, et isti interfverunt vocati et testes svnt dominus Gerlocus de Hertenberch, dominus Errandvs de Owersperch, dominus Herbordus de Gv̊tenvelt, dominus Meinalmus de Ponikel, dominus Hartmannus de Ponikel, dominus Hartwicvs de Czobelsperch, dominus Hartnidvs de Oscelnik, dominus Otto et dominus Meinalmus de Czewer, dominus Weriandvs de Potlos, dominus Meinalmus de Rain, dominus Herbordus pvrkravius de Los, dominus Johannes de Aich, dominus Gebardvs de Gv̊tenvelt, dominus Hermannvs de Wolspach, dominvs Walchon de Los et alii qui interfverunt probi

homines hoc est actum in castro nostro apvd Owersperch anno domini M CC XX, vij. die intrante aprilis.

Orig. Pergmt., Siegel hängend, im k. k. H.-, H.- u. Staatsarchive.

35. Viktring.

1220, 24. Juni, im Schloss zu Laibach. Bernhard Herzog von Kärnten schenkt die vier Huben seines Lehenguts Sewe (Scheule, Ševlje) bei Lack in Krain dem Kloster Viktring.

In nomine sancte et individuae trinitatis. Notum sit presentibus et futuris presentem paginam inspecturis, quod nos Bernardus dei gratia dux Carinthie quoddam predium, quod dicitur Sewe situm juxta Lacum quatuor habens mansos, pro nostra nostrorumque salute parentum ecclesiae Victoriensi in perpetuam et quietam contulimus possessionem ita sane, quod idem predium nulli advocatie teneatur obnoxium, sed cum omnibus pertinenciis suis sicut hactenus nobis servivit. Fratribus predicte Victoriensis ecclesie tam in caseis, quam in aliis necessitatibus suis serviat prout ipsi voluerint ordinare et sibi viderint expedire. Ut autem hec nostra donatio pie devotionis instinctu perpetrata stabilis permaneat, eam sigilli nostri impressione fecimus roborari.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice M. C. C. X. X., VIII. kalendas julij in palacio nostro Laibach in cuius districtu ipsum allodium jacet. Huius donationis testes sunt et rei geste interfuerunt: comes Hermanus de Hortenburc, et ministeriales nostri Wicardus scilicet de Karlsperc et frater ejus Heinricus, Heinricus quoque de Gurencz, capellani nostri Poncius, Adelbertus plebanus de Landestrost, Henricus et alii quam plures tam clerici quam laici, quorum nomina sunt in libro vite.

Orig. im k. k. Staatsarchiv mit anh. Siegel des Herz. nach Grüninger; Viktringer Copialbuch IV. f. 61, I. Nr. 388; Dem Abdruck in Mitth. f. Krain 1847 (II. Bd.), 44, Nr. 12 mangelt die Jahreszahl etc.

36. Cisterzienser Orden.

1220, 10. November, Rom. Papst Honorius III. ermächtigt den Cisterzienserorden zur Aufnahme freier Personen in die Ordensgemeinschaft und untersagt der Pfarrgeistlichkeit die Abforderung jenes Sterbgeldes, welches hie und da von den Eintretenden verlangt wurde.

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filijs . . abbati Cisterciensi et vniversis coabbatibus eius et fratribus sub eodem

ordine deo servientibus salutem et apostolicam benedictionem. Constituti iuxta verbum prophete licet insufficientibus meritis super gentes et regna, officii nostri debitum decenter exequimur, cum evellumus evellenda et plantanda plantamus, recta regimus et dirigimus indirecta. Significastis siquidem nobis, quod in quibusdam partibus consvetudo detestabilis inolevit, videlicet quod cum aliqui emulantes carismata meliora, monasteria vestri ordinis volunt causa religionis intrare ut ibi domino famulentur, capellani eorum donec ab ipsis pecuniam que mortuarium nuncupatur extorqueant prout a parrochianis suis decedentibus consueverant accipere, illis temere se opponunt. Quare super hoc nostre providentie remedium flagitastis. Volentes igitur abusum corruptele huiusmodi aboleri, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut capellanorum contradictione huiusmodi non obstante, liberas personas ad vos e seculo fugientes libere recipere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani iiij idus novembris, pontificatus nostri anno quinto.

Orig. Pgt. im krain. Landesmuseum zu Laibach, anhängende Bleibulle mit dem Papstnamen HONO | RIVS | PP. III. Auf dem vordern Umschlag der Urkunde die Notizen der päpstlichen Kanzlei Viôt und al' . . auf der Rückseite nochmals Vict. und die Archivsnotiz: Privilegium de mortuariis.

37. Cisterzienser Orden.

1220, 10. November, Lateran. Papst Honorius III. befreit die Klöster des Cisterzienser Ordens von der Verpflichtung die durchreisenden päpstlichen Legaten mit bessern als den gewöhnlichen Mahlzeiten zu bewirten.

Honorius episcopus servus servorum dei, dilectis filiis . . abbatibus et conventibus Cisterciensium ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Cum preter pauperem victum vestrum omnia bona vestra hospitalitati et aliis piis operibus officiosissime sint exposita, satis inhumane aliis aufferri videtur egenis quicquid a vobis violentia vel ingenio extorquetur. Nec quia dominus manuum vestrarum operibus benedicens viaticum peregrinatfonis vestre quantomagis illud fraterna caritate in usus pauperum distribuitis tantomagis celesti alluvione multiplicat, estis deterioris conditionis habendi sed potius melioris, cum nonnisi vasis paratis celestis gratie oleum infundatur quod pauperis mulieris deficientibus vasis stetit. Licet igitur largiente domino

monasteria vestra plus solito temporalium floreant ubertate, quia tamen exinde pauperibus uberius subvenitur, nos volentes eo vos de speciali gratia favorabilius confovere quo exinde illi propensius complacere nos credimus qui quod uni ex minimis suis sit sibi reputat esse factum, devotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus, ne apostolice sedis legati procurationes pecuniarias a monasteriis vestris exigere vel extorquere presumant, sed cum ad domos vestras accesserint, sine carnium esu cibis regularibus sint contenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Laterani iiii id. novemb. pontificatus nostri anno quinto.

Orig. im Archive des Kärntn. Geschichtsvereines. Bulle an rothgelber Seide.

38. Cisterzienser Orden.

1220, 10. November, Lateran. Papst Honorius III. ermahnt in einer allgemeinen Bulle die Geistlichkeit zu genauer Befolgung der Privilegien, welche dem Cisterzienser Orden von päpstlicher Seite verliehen wurden.

Honorius episcopus servus servorum dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint salutem et apostolicam benedictionem. Benefaciens dominus bonis et rectis corde dilectos filios fratres Cisterciensium ordinis in via mandatorum ipsius inoffense currentes tamquam populum acceptabilem sibi numero et merito ampliavit eisque de rore celi et terre pinguedine benedicens dilatavit locum tentorii eiusdem ordinis et pelles tabernaculorum eius extendit. Sed quod dolentes referimus in via hac qua ambulant superbi contra eos laqueos extendentes immo velut torrentes iniquitatis irruentes in eos ipsos bonis suis que soli domino sunt dicata non solum nequiter defraudare cum filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sint verum etiam iniquitate potentes violenter spoliare nituntur et quod gravius est nonnulli de his qui eos debuerant in Christi visceribus carius amplexari et favorabilius confovere ipsos immanius persequentes privilegia que ipsis a sede apostolica suis exigentibus meritis sunt indulta gestiunt penitus enervare dicendo illa fuisse omnino in generali concilio revocata vel alias intellectum privilegiorum ipsorum ita maligna interpretatione ad libitum pervertendo quod

nisi os iniqua loquentium obstruatur nil restet quin predicti fratres privilegiorum suorum pene penitus fructu frustrentur per quod illi non tam eisdem fratribus quam nobis iniuriari probantur, dum contra sedis apostolice indulgentias memoratos fratres temere perturbare presumant, molientes contra nostre plenitudinem potestatis, dum indulta nostra irreverenter impugnant. Nos igitur qui predictos fratres speciali prerogativa dilectionis et gratie amplexamur utpote qui iugiter offerentes domino suorum vitulos labiorum non solum nobis sed etiam universali ecclesie piis intercessionibus incomparabiliter suffragantur nolentes huius modi vexationibus eorum sabbati amaricari quietem quos potius tenemur omnimodis consolari universitatem vestram monemus et hortamur attempte ac per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus supradictos fratres ob reverentiam divinam et nostram habentes in visceribus caritas eis privilegia et indulgentias apostolice sedis eisdem concessas inviolabiliter conservetis et faciatis ab aliis conservari salva moderatione concilii generalis videlicet ut de alienis terris a tempore predicti concilii acquisitis et decetero acquirendis exolvant decimas ecclesiis quibus ratione prediorum antea solvebantur nisi aliter cum eis duxerint componendum alias quoque dictos fratres ab incursibus malignorum taliter defendatis quod defensores iusticie ac pietatis probemini amatores deumque vobis propitium et nos reddatis exinde favorabiles et benignos. Dat. Laterani iiii. idus novemb. pontificatus nostri anno quinto.

Original im Archive des kärnt. Geschichtsvereines. Die Bulle hängt an rothgelber Seide.

39. Cisterzienser Orden.

1220, 10. November, Lateran. Papst Honorius III. gibt in einer allgemein an den Cisterzienser Orden gerichteten Bulle eine authentische Interpretation des Concilienbeschlusses über die Zehentpflichtigkeit der dem Cisterzienserorden gehörigen Grundstücke, rücksichtlich der Neubrüche.

(Honorius [1]) episcopus servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati Cisterciensium et universis coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine deo servientibus salutem et apostolicam benedictionem. Contingit interdum, quod nonnulli propriis incumbentes affectibus, dum sanctionum sensum legitimum ad sua vota non habent, accomodum super inducunt adulterum intellectum in temporali compen-

[1]) Innerhalb der Klammern verlängerte Schrift.

dio eternum dispendium non timentes. Sane quia, sicut avdivimus, quidam suo nimis inherentes ingenio nimiumque voluntarii concilii generalis interpretes de novalibus post idem concilium acquisitis a vobis intendunt decimas extorquere, ne super hiis vos contingat indebita molestatione vexari, nos interpretationem illorum intellectui constitutionis predicti concilii super Cisterciensium decimis edite asserimus peregrinam. In ipsa quidem expresse cavetur, ut de alienis terris et amodo acquirendis, si eas propriis manibus aut sumptibus colueritis, decimas persolvatis ecclesiis, quibus ratione prediorum antea solvebantur. Unde, si ad prope positum aciem discretionis extenderent, advertentes nichilominus de quibus novalibus apostolica sedes intelligat, indulgentiam super talibus piis locis concessam non sic circa novalia nove interpretationis ludibrio ingenia fatigarent, inhibemus igitur auctoritate presentium, ut nullus a vobis de novalibus a tempore concilii ex cultis vel inposterum propriis manibus aut sumptibus excolendis decimas exigere vel extorquere presumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Laterani iiii. id. novembr., pontificatus nostri anno quinto.

Original im historischen Verein zu Klagenfurt; anhängend an rothgelber Seide die Bleibulle Honorius' III

40. Aquileia.

1220, 25—30. November, beim See von Sutri. Kaiser Friedrich II. erneuert dem Patriarchen Bertold von Aquileia das seinem Vorgänger Wolfger ertheilte Verleihungsdiplom (1214, 22. Febr., Augsb.) über das Herzogthum und die Grafschaft Friaul mit allen Rechten und Regalien der Bisthümer Triest, Capodistria, Parenzo, Emonia (Cittanuova in Istrien), Pola, Concordia und Belluno, das Schloss Treffen (bei Villach), die Mark Unterkrain und Istrien mit der Grafschaft und noch mehrern andern Oertern und Rechten.

Urkunde gedr. im Schumi's Archiv f. H I, 43—45, Nr. 18.

41. Aquileia — Laas.

1221, 1. December, Aquileia. Patriarch Bertold von Aquileia anerkennt den Anspruch des Grafen Wilhelm von Sternberg auf das Patronat

über die Kirche zu Laas, da von diesem durch Zeugen der Beweis geliefert worden sei, dass das Patronatsrecht schon von seinem Vater und Grossvater besessen wurde. [1])

In nomine Domini amen. Nos Bertoldus Dei gratia sancte Aquilegiensis ecclesie patriarcha notum esse cupimus universis presentem paginam inspecturis, quod cum lis et controversia verteretur inter nos et Aquilegensem ecclesiam ex una parte, et dilectum fidelem nostrum comitem Willelmum [2]) de Lous ex altera super plebe, seu ecclesia de Lous, in qua ecclesia predictus se jus patronatus habere dicebat, quod nos tamen minime fatebamur . . . cum idem comes legitimis et quam pluribus testibus coram nobis probasset avum suum et patrem quondam jus patronatus habuisse in eadem ecclesia, et ipso jure usos fuisse, quod etiam ipse comes debet habere. Preterea cum ipse comes proprio juramento confirmaverit quandam villam jure permutationis pro eodem jure patronatus Aquilegensi ecclesie esse collatam, quam nunc dux Karintie habet ab Aquilegensi ecclesia, quia nemini de jure suo deesse volumus nec debemus, cognito jure ejusdem comitis et deliberato super hoc consilio diligenter ipsum omni jure suo in eadem ecclesia quiete de cetero atque pacifice uti volumus et concedimus manifeste. Et ut omnia supradicta credantur, et robur obtineant perpetue firmitatis, hanc presentem cartulam inde scribi fecimus et jussimus sigilli nostri munimine roborari. Actum apud Aquilegiam in coro Aquilegensi, anno domini MCCXXI, kalendis decembris, indictione nona, in presentia rogatorum testium Conradi episcopi Tergestini, Conradi Aquilegensis canonici, Dietrici de Fontebono, Johannis de Portis . . . .

Orig., Pgt., im Capitelarchiv zu Cividale. Abschriften Pirona's in der bibl. civica zu Udine und Bianchi's im Grazer Joanneum. Notizenbl. der k. Akad. zu Wien 1858, 402.

42. Viktring.

1221, ..., ... Die vom Papste delegierten Richter B(ertold) Abt von Sittich und B(ertold) Dekan von Krain vergleichen den Streit des Klosters zu Viktring mit Walter von Görtschach und dessen Miterben im friedlichen Wege. Ersterer sprach nämlich zwei Huben als eine Stiftung von Walters Grossvater an. Die Geklagten aber behaupteten dass eine derselben dem Kloster Viktring nur verpfändet gewesen, aber schon lange eingelöst worden sei. Man einigte sich dahin, dass dem

[1]) Man vrgl. darüber im Schumi's Arch. f. H. I, S. 233. — [2]) Fehlt im Abdruck des Notizen-Blattes.

Klosters statt der von den Geklagten zugestandenen Hube, welche schon in mehrere Teile zerstückt war, eine andere Hube von gleichem Werte gegeben werde.

Acta iudicum. Noverint universi Christi fideles qualiter nos delegati iudices, B. abbas de Sytic et B. decanus de Carniola processimus in causa quę vertebatur inter Victorienses et Waltherum de Gorschah super duobus mansis, quos inpetebant idem Victorienses ratione elemosine, quam eis contulerat avus eiusdem Waltheri. Sane cum voluissemus procedere in iudicio secundum mandatum domini pape et fratres de Victoria adversa parte traxissent in litis contestationem, nos auditis utriusque partis allegationibus et exceptionibus satis difficilibus interpositis cum videremus, utraque parte expensis et laboribus posse gravari supervacuis, ad amicabilem conpositionem eos studiose induximus hoc modo. Petebant predicti fratres a prefato Walthero et coheredibus suis duos mansos ratione, ut dictum est, elemosinę, sed adversa pars de uno non multum restitit de altero penitus inficiatus est dictus eum pro quinque marcis ecclesie Victoriensi fuisse obligatum et dudum fuisse tam gratia quam precio solutum. Tandem igitur sub multorum testimonio amicicie contractus in hoc confirmatus est, ut illo non inficiato manso retento, quia in multas partes[1]) dispersus fuerat, alium eque valentem et integrum predictę ecclesię delegarunt iam dicti heredes. Acta sunt hec anno gratie M. CC. XXI sub hiis testibus: clerici Sebastianus, Humbertus, Johannes, presbyteri; milites Engilram de Gutenberc, Cunradus de Cella, Fridericus de s. Georio; burgenses Bernhardus, Eberhardus, Volbertus de Cerinbvrc, Cvnradus puer et Cvnradus de Cower, Colo de Velac et alii multi.

Original im Archive des historischen Vereins zu Klagenfurt. Zwei anhängende Siegel, das erste, das des krainer Decans verletzt, das zweite, das des Abtes von Sittich, wohl erhalten.

43. Diessen.

1223, 25. Jänner, Reifenstein. Heinrich Markgraf von Istrien widmet dem Kloster zu Diessen (mit Vorbehalt lebenslänglichen Genusses gegen eine jährliche Abgabe in Oehl) sechs Huben zu Slap nächst Wippach.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus presentem paginam

[1]) Im Original partas.

inspicientibus, quod ego Heinricus dei gracia marchio Ystrie contuli ecclesie sancte Marie virginis in Diezzen sex mansos in villa que vocatur Zlap, sitam iuxta Wippach pro remedio anime mee ac meorum antecessorum sub tali pacto, quod ego in testimonium et confirmationem illius donationis annuatim fratribus in prefata ecclessia deo servientibus dare tenemur quatuor saginas olei apud Aquilegiam in purificatione beate Marie virginis, quamdiv me Dominus in presenti vita vivere concesserit. Post obitum vero meum mansi quos predixi cum omnibus pertinentiis tam cultis quam incultis cedent in vsus fratrum eorundem. Preterea omne(s) res advocatie ac ivdicii in eodem predio ecclesie predicte contuli. Quod si heres bonorum meorum in Wippach post mortem meam ipsos fratres in bonis eisdem sub occasione advocatie molestare presumpserit ipsi libertatem habeant eligendi sibi quemcunque voluerint predicti predii defensorem. Ad confirmandam itaque huius facti donationem presentem paginam sigilli nostri roborari fecimus impressione presentibus ministerialibus meis. Acta sunt hec apud Rifenstein in conversione beati Pavli apostoli anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo xx[1]) tercio, indictione decima, regnante Friderico Romanorum imperatore semper augusto, sub Honorio papa. Huius rei testes sunt: Geberhardus de Libinberc et frater suus Heinricus, Bertoldus de Gurgveld, Cunradus Gallo, Godeschalcus de Andehs, Ortvlfus de Nidergeltingen, Dietericus dapifer, Jacobus de Gůtenberc Gerlohus de Steine, Meinhardus Crimhilt, Bertoldus Murcel et frater eius Hermannus, Vlricus de Rifenstein et filii sui Heinricus, Dietmarus, Heinricus Sterloc, Noppo de Lihtenberc, Willehelmus de Eicho, Rupertus de Futers. Hermanus de Lilinberc, Vlschalcus de Duwin, Sifridus de Ramesov, Sifridus Cepphelin, Wlvingus de Wippach et alii mvlti.

Orig., Pgt., im königl. bayer. Reichsarchive. Das Siegel ist an der Urkunde nicht vorhanden.

44. Sittich.

1223, ..., ... Willa eine Ministerialin des Grafen Meinhart von Görz schenkt mit Zustimmung ihres Herrn 7 Eigenleuten die Freiheit und widmet diese mit der Verpflichtung jährlich 5 Pfenninge zu bezahlen als Zinshörige dem Kloster Sittich.

[Meinhardus comes Gorcensis etc. quod nobilis matrona ministerialis sua, nomine Willa monasterio contulit etc.] septem homines

[1]) Ist im Original mit blasserer Tinte über der Zeile eingefügt.

haereditario jure proprios hac ratione, ut quilibet eorum annuatim solvat quinque denarios monasterio Sitticensi. [sub testibus Adelhedo [1]) de Hopfenbach et fratribus ejus Friderico, Ruperto, Pucelino, Friderico et fratre ejus Heinrico de inferiore Hopfenbach.]

Das Eingeklammerte aus dem kurzen Vormerk bei Marian-Wendt., VII, 374, das übrige aus Puzel's Idiographia, S. 20.

45. Geirach.

1224, 8. Februar, Marburg. Auszug einer Urkunde, womit Herzog Liupold (VI.) von Oesterreich und (III.) von Steiermark zu Gunsten des Klosters Geirach der (Ratschacher)-Brücke[2]) über die Save bei Steinbrück mehrere Freiheiten gewärt.

„Testes Gebehardus nobilis de Seunek et Cunradus filius suus, Liupoldus nobilis de Hohenek et frater suus, Hartnidus de Ort, Albertus de Rohas, Reimbertus de Murek, Otto de Traberch, Albero pincerna de Grimenstein, Berchtoldus dapifer de Emberberch, Rudgerus marschalcus de Planchenwart, Rudgerus de Pulska,[3]) Liupoldus de Gonevvitz, Ortolfus de Vreudenberch, Heinricus scriba Marchie, et alii. Acta sunt hec in Marchburch, VI. idus februarii anno Domini M. CC. XXIIII., per manus Liutoldi notarii".

Aus jetzt verloren. Orig. im Auszuge b. Frölich: Dipl. Stir. II. 139. Nr. 4; v. Zahn, Urkundenbuch f. Steiermark II. 1879, 303, Nr. 211a.

46. Sittich.

1225, ..., ... Alexander papa IV. eximit Sitticenses, ne teneantur de blado, vino lana et animalibus, quae pro suis usibus emunt, solvere pedagia, vinoagia seu roagia.

Studien u. Mitth. aus dem Benedictiner Orden, II. Jahrg. 3. Heft. (1881) S. 84: Regest aus dem Ms. 56/1 der erzbischöflichen Bibliothek zu Agram.

47. St. Paul.

1226, 13. Jänner, Windischgraz. Patriarch Bertold von Aquileia bestätigt den von seinem Vorgänger dem Patriarchen Wolfker im J. 1206 wegen der Kapelle zu Möchling verkündeten Schiedsspruch. U. d. Zeugen: Heinricus plebanus de Meingospurch, Poppo de Nideke.

Beda Schroll, Urkb, v. St. Paul 116, Nr. 48.

---

[1]) So bei Marian; Valvasor XI, 285, welcher die nämliche Urkunde vor Augen hatte, schreibt Adelhold. — [2]) Vrgl. darüber in Beitr. z. K. steier. Geschqu. 1873, 113. — [3]) Abdr. bei Fröhlich hat „Pulcka".

48. Viktring.

1226, vor 15. December, (Viktring). Abt T(homas) und der Convent von Viktring beglaubigen in einem an den Patriarchen B(erthold) von Aquileia gerichteten Schreiben ihren Kellermeister als bevollmächtigten Vertreter des Klosters in dem Rechtsstreite mit dem Pfarrer von Krainburg, Dr. P(eter), bezüglich der Kapelle und der Zehentrechte zu Höflein.

+ In nomine dei eterni amen. Hoc est exemplum quarumdam litterarum sic incipientium: Reverendo in Christo patri et domino B. venerabili sancte Aquilegensis sedis patriarche dignissimo frater T. dictus abbas de Victoria cum universo eiusdem loci collegio cum devote subiectionis affectu preces pauperum debitas et devotas. Super causa que inter magistrum P. plebanum de Krainburg et nos iam diu est ventilata [1]) finem cupientes imponere latorem presencium cellerarium nostrum almitati vestre transmittimus quem in hac causa legittimum ecclesie nostre procuratorem constituimus plenam potestatem et facultatem liberam eidem hac vice conferentes commutandi conponendi et qualitercumque sibi visum fuerit agendi cum dicto magistro P. super capella de Newenhoff et decimis. Unde agitur ratum et firmum firmiter habituri quicquid in prelibato negocio per eundem procuratorem nostrum vice nostra fuerit actitatum; et hoc fide vigeat firmiori de communi omnium nostrum consensu presentem cartam conscribi fecimus sigilli nostri munimine communitam.

(S. N.) Ego Nicolaus imperialis aule notarius ut vidi in originalibus litteris sigillo domini abbatis roboratis ita in hoc exemplum scripsi nichil inmutando.

Viktring. Copialb. IV. f. 38' Nr. 4.

49. Viktring.

1226, 15. December, Aquileia. Notariatsact über den in Gegenwart des Patriarchen Bertold von Aquileia zwischen dem Pfarrer von Krainburg, Dr. Peter und dem Vertreter des Klosters Victring, dem Kellermeister Heinrich getroffenen Vergleich rücksichtlich der streitigen Zehente und der Kapelle zu Höflein.

⊹ Anno domini millesimo C̊C̊ XXVI̊ die xv^{a} mensis decembris introeuntis, indictione xiiii^{a} in presentia infrascriptorum rogatorum testium domini Conradi [2]) Aquilegiensis ecclesie decani, Philippi senioris, Duringi, Leonardi Aquilegiensis scolastici, Wittinari,[3]) Hein-

[1]) ventilati. — [2]) I. II. Cuenradi. — [3]) I. II. Witimari.

rici de Carnia,[1]) Conradi Swevi[2]) canonicorum Aquilegiensium et totius Aquilegiensis capituli. Cum inter magistrum Petrum plebanum de Crainburg et Thomam abbatem Victoriensem et confratres eiusdem cenobii controversia super capella de Newenhoff[3]) et quibusdam decimis coram domino Bertholdo sancte Aquilegiensis sedis patriarcha diu ventillata esset et dominus B. patriarcha pro utraque parte sententiam protulisset, ipsi de communi consensu sentenciam obmiserunt[4]) dominus autem Heinricus sacerdos cellerarius sindicus et procurator abbatis et cenobii Victoriensis et prefatus magister Petrus plebanus de Crainburg pro se suisque successoribus inter se amicabiliter hoc modo composuerunt: et[5]) magister Petrus et sui successores decimas prefatas integraliter cum omni dominio debent habere; prefatus vero abbas et sui successores cum colegio memorati claustri ecclesiam de Newenhof[6]) pacifice debent possidere. Et si secularis sacerdos in ipsa ecclesia constitutus fuerit, magistrum P. [7]) vel suum successorem securum reddet quod iurisdictionem ipsius nullatenus usurpabit nec contra voluntatem magistri Petri et sui successoris nisi homines claustri ad baptismum penitentiam et alia divina suscipiet. Oblaciones vero in festo sancti Petri in eadem ecclesia oblate[8]) cum plebano de Crainburg de omnibus equaliter debent dividi. Verum si quisque sibi in cymiterio[9]) dicte ecclesie sepulturam elegerit duas partes tam oblationis quam legati abbas claustri suprascripti debet habere, tertia, vero plebano de Crainburg integraliter assignari. Actum Aquilegie in ecclesia maiori ante altare sancti Petri; unde due carte scripte sunt uno eodemque tenore. Ut autem presens instrumentum maiorem obtineat firmitatem a probis viris consultum est et a partibus approbatum, quod sigillo patriarche et capituli Aquilegensis nec non abbatis debeat roborari.

(Signum Not.) Ego Nicolaus imperialis aule notarius interfui et ut supra legitur rogatus scripsi.

Viktring. Copialb. IV. f. 38, Nr. 3. Die Abweichungen in Anm. sind aus den Copb. I. 390 II. 482, u. die schreiben 11. Dec. statt 15; jedoch im Vidimus v. 1342 Jän. 1. im Viktr. Copb. I, 381, II. 472 erscheint die Urk. mit 15./12, daher wol diess als das richtige Datum anzusehen sein wird. Ein Vidimus der Urkunde durch die drei Notare Philippinus natus quondam domini Leonis de Sara civis Mediolanensis, Paulus quondam magistri Joannis de Mutina und Gubertinus quondam domini Ressonandi de Novate ddo 1342, 2. Jänner Aquileia aus dem Archiv der Pfarre zu Krainburg ist gedruckt in Hormayrs Archiv, 1827, II, S. 561 ff.

[1]) Schreibt Savina. — [2]) I Schein! — [3]) I. Neunhoff II. Newnhoff — [4]) I. II. commiserunt. — [5]) Horm. A. hat „quod". — [6]) I. Neunhof II. Newnhoff — [7]) Petrum. — [8]) IV. oblata. — [9]) I. II. cimiterio.

50. Aquileia

1227, 21. Mai, Villach. Notariatsact in dem Processe des Herzogs Bernhard von Kärnten gegen den Patriarchen Bertold von Aquileia wegen Restituirung des Patronats über die Pfarre Laibach. Da der Vertreter des Patriarchen die Jurisdictionsgewalt der vom verstorbenen Papste Honorius delegierten Richter bestritt, so einigten sich beide Theile zu gütlicher Beilegung der Streitsache.

In nomine domini amen. Anno nativitate eiusdem MCCXXVII. indictione XV. die XI. mensis madii exeuntis, imperante d. Federico secundo Romanorum imperatore, iuxta Villacum ante ecclesiam b. Ruperti. In presentia Engeldingi scribe de Villaco, magistri Christiani, Gunteri sacerdotis, Abrami de Viseynstain, Artrogi de Tiven et aliorum plurium tam clericorum quam laicorum.

Dominus Bernardus dux Karinthie coram s. Pauli et Victoriensi abbatibus quos ipse a bone memorie Honorio papa iudices impetraverat supra causam que vertitur inter ipsum ducem ex una parte et dominum Bertoldum Aquilejensem patriarcham ex altera de iure-patronatus ecclesie Leibacensis, petit ante omnia sibi et parrochianis suis ecclesie divina restitui, quibus dicebat se et suos iniuste spoliatos a domino Aquilejensi patriarcha post appellationem ab eo legitime factam ad apostolicam sedem. Ad quod respondit magister Philippus Aquilejensis canonicus dicti patriarche procurator, sicut apparebat per litteras sigillo prefati patriarche sigillatas, quod iurisdictio supradictorum abbatum iam expiraverat. Nam citatio per quam prefatus dux dicebat eorum iurisdictionem perpetuam esse, non fuit eo tempore facta, quo posset arcere dominum patriarcham. Expiraverat enim dictorum abbatum iurisdictio morte mandatoris. Multis itaque super hoc articulo hinc inde propositis, cum sepedictus dux non posset facere fidem per scripturam vel per testes de citatione facta legitimo tempore, dixit, salvo iure suo, quod amicabiliter vellet componere cum domino patriarcha. Et supradictus magister Philippus respondit quod sibi placeret, salvo sibi et d. patriarche omni iuris auxilio, quod ei vel d. patriarche aut alii suo procuratori posset competere tam contra rescriptum et personas iudicum quam contra ipsum ducem et maxime illa exceptione quam dicebat, iurisdictionem sepius dictorum abbatum expirasse.

Ego Romanus imperialis auctoritate notarius omnibus interfui.

Nach der Abschrift der Sammlung Pirona's in der Stadtbibliothek zu Udine.

51. Deutsches Ordenshaus zu Laibach.

(c. 1228, vor 17. Juli, ...) Heinrich Markgraf von Istrien beurkundet die von den Söhnen des Gerlach von Stein Heinrich, Pero, Wergand, Walter und Ortolf, sowie von deren Oheim Rudger dem Deutschordenshause zu Laibach gemachte Schenkung von 18 Huben und dem Zehentrecht von 50 Huben.

Die Nachricht von der Vernichtung dieses Documents s. in Urk. ddo. 1271, 27. Oct. die u. folgt.

52. St Antons Spital am Bocksruck.

(c. 1228, vor 17. Juli, ...) Heinrich, Markgraf von Istrien stiftet und beschenkt das s. Antons Spital am Bocksruck (Kozjak) im Tucheiner Thal,

Ueber die Dotierung dieses in mittelalterlichen Urkunden unter dem Namen Bocksruck und „Spitelel" (= Spitalič) vorkommenden Spitals vergl. die Bestätigungsurkunde v. J. 1229 Nr. 66; und über die Lage des Bocksrucks im Schumi's Archiv f. H. I, 20.

53. Obernburg.

(c. 1228, vor 17. Juli . . . . .) Die Fürsten von Meranien (Bertold V. Otto VII. und Heinrich IV. Markgraf von Istrien) schenken dem Kloster Obernburg ein Haus in Stein.

Erwähnt in einer weiter unten folgenden Obernburger Urkunde vom J. 1260. — Orožen Stift Obernburg S. 40.

54. Benediktbeuern.

1228, vor 17. Juli, ... Heinrich IV. von Andechs, „marchio Ystrie" gibt dem Kloster Benediktbeuern ein Gut (mansus) zu Amras bei Innsbruck für sein und seiner Eltern Seelenheil. Zeugen: Pernhardus liber de Wilhaim et filius eius Heinricus, Heinricus praepositus de Diezen, Eberhardus de Porta et frater eius Lazarius, Gotscalcus de Andehs, Chunradus Galle, Egelolfus de Wolfrathusen, Prehtilinus de Liehtenberch, Gotfridus et frater eius Meinhardus de Priseke, Fridericus et frater eius Otto de Sconeberch, Sifridus de Ramesowe, Heinricus scriba de Ampans, Heinricus scriba de eccle-

sia sancte Marie (Zirklach in Oberkrain) et alii quam plures; Otto de Etinsloch et filius eius Chunradus et alia copia plurimorum.

Orig. Prgt. im k. bayer. Reichsarchive, Siegel Heinrichs hängt gebrochen an; U. b. Oefele, d. Gr. v. Andechs 241, Nr. 14.

55. Benediktbeuern.

1228 vor 17. Juli . . . . . Heinricus marchio Ystrie schenkt eine Hube im Dorfe Lannes dem Kloster Benediktbeuern. Zeugen: Bernhardus liber de Wilheim et filius eius Heinricus, Eberhardus de Porta et frater eius Lazarius,[1]) Ch. Galle,[2]) Gotscalcus de Andechs, Egelolfus de Wolvrathusen, Otto de Escinesloch et filius eius Chunradus, Oulricus judex Rufus, Albertus Prehteli de Lichtenberch, Gotfridus de Prisekke et frater ejus Meinhardus, Fridericus et frater eius Otto filii domini Meinhardi Chriemhilt, Gotfridus de Wihselberch, Gebehardus de Gutinberch, Sifridus de Ramesowe Sifridus Zaepfeli, Zizimannus, Ortolfus scolaris Engelmarus scolaris, Heinricus scriba de Ampans, Heinricus scriba de ecclesia s. Marie et alii quorum ibi erat copia. Acta sunt hec anno MCCXXVIII.

Orig. im kön bayer. Reichsarchiv, gedr. Mon. Boica VII, 115.

56. Sittich

1228, vor 17. Juli . . . . . Heinrich, Markgraf von Istrien überträgt zu seinem, seiner Gemalin Sophia und seiner Vorfahren Seelenheil all sein Gut in den Dörfern Stojanskiverh (Pfarre h. Kreuz bei Landstrass) und Loke (Pfarre Haselbach bei Gurkfeld), so wie eine Mühle zu Töplitz (bei Rudolfswörth) dem Kloster Sittich, und gibt überdies 2 Huben „ultra montem citra Hungariam", und 15 Zehenthuben auf dem Berge Volavle (Pfarre Prežganj) ebendahin damit Tag und Nacht 2 Leuchter vor dem Altare der hl. Jungfrau brennen.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ad memoriam universorum tam presentium quam futurorum reducimus, quod nos Dei gratia Henricus marchio Ystrie libera potestate, nostraque potenti authoritate contulimus monasterio in Sittich, fratribus quoque ibidem Deo militantibus, sine omni contradictione predium nostrum in villa Swohansdorff[3]) per totum, et nostrum predium in villa

[1]) Neben ihren Brüdern Ulrich und Konrad auch Zeugen in einer Schenkungsurkunde für Kloster Diessen, Mon. Boica VIII, 142. — [2]) Gleichfalls Zeuge in der vorgenannten, und der unmittelbar darauf S. 142/3 folgenden Urkunde. — [3]) So Puzel und Valvasor; Marian: Stogehanstorf, und Puzel (1250) S. 24: Stoheindorf.

Louch [1]) etiam per totum, et molendinum unum apud Töplicz [2]) pro remedio et pro salute anime nostre, et nostre uxoris nobilis Sophie, nec non parentum nostrorum. Insuper etiam dedimus eidem monasterio duos mansos ultra montem citra Hungariam in proprie tatem et quindecim mansos decimarum supra montem Volaule [3]) tali conditione, quod diebus et noctibus duo luminaria coram altari b(eate) V(irginis) ardeant et luceant. Siquis vero istam donationem infregerit, indignationem Dei et divinam ultionem incurrat, et vinculo Anathematis innodetur. Quod ut ratum et stabile consistat, nostro sigillo jussimus muniri. Hujus rei testes sunt: Bernhardus liber de Wilhaim, Eberhardus [4]) de Porta, Chunradus Galle,[5]) Gotschalcus de Andechs, Egelolfus de Wolfrathusen,[6]) Albertus Prechteli [7]) de Lichtenberch, Sigefridus de Ramesowe, Sifridus Caepheli,[8]) Heinricus scriba de Ampans,[9]) Heinricus scriba de ecclesia s(ancte) Marie. Acta sunt hec anno M.CCXXVIII°.

Urk. gedr. in (Wendenthal) Marian Austria sacra VII. Bd., S. 314—315, Nr. 2; auszüglich: Puzel, Idiogr. mon. Sittic. 20; Valv. Notaten in der erzbisch. Bibliothek zu Agram, gedruckt in wissenschaft. Studien und Mitth. aus dem Benedictiner-Orden 1881, 3 Heft S. 71. Marian bemerkt auf der Seite 312 in der Anmerkung: (die hier folgenden „Documenta Sitticensia" seien entnommen) „ex tabulario provinciae Carniolae sub Nr. 9. ex apographis vidimatis sub sigillo, subque fide abbatis Wilhelmi 1751".

57. Sittich.

1228, nach 18. Juli, Schloss Liebeck. Sophie, die verwittwete Markgräfin von Istrien erlässt dem Kloster Sittich auf all seinen Gütern das s. g. Forst- und Jägerrecht zu ihrem und ihres verstorbenen Gemals Seelenheil, sowie ihrer Eltern und ihres Bruders, welche im Kloster begraben sein.

In nomine patris et filij et spiritus sancti amen. Cum ecclesias Dei honorare, et religiosorum virorum utilitatibus consulere aliud non sit, quam thesauros in coelo reponere, felix est procul dubio, quem dominus, cum venerit in tam vigili studio feliciter vigilantem invenerit. Noverint ergo tam praesentes quam futuri, quod ego So-

[1]) So Puzel und Valvasor; Marian: Lonech, in weiter unten zum J. 1250 u. 1251 folgenden Urkunden Lock und Lok genannt. — [2]) So Puzel; Marian: Terpliz. — [3]) So Puzel und Valvasor; Marian: Wolawele. — [4]) Iberhardus. — [5]) Golle. — [6]) Wolrathshausen. — [7]) Grechteli, — [8]) Capheli. — [9]) Ampams. Die Namen wurden nach den Urkundenregesten Nr. 54 u. 55 corregiert.

phia Dei gratia Ystriae marchionissa Sitticensis coenobij fundatrix pro salute animae meae et dilecti mariti mei domini Henrici piae memoriae marchionis Hystriae, patrisque mei, et matris meae et fratris qui in eodem sunt sepulti, omniumque parentum meorum, fratribus inibi Domino famulantibus avenam, quae vulgo vocatur jus foreste et venatorum, quaeque ex petitione primo valde tenuis mensurae in jus valde immensum excreverat in omni praedio ipsorum sub ditione, et defensione nostra constituto totaliter et penitus relaxavi, ut nulli licitum sit eandem avenam sub aliqua qualicunque occasione in ipsorum ut dixi praedijs extorquere. Ut autem haec inconvulsa et illibata omni aevo permaneant sigilli nostri impressione feci praesentem paginam roborari. Hujus rei testes sunt: Ortolphus plebanus de Hongenstein, Meinhardus de Shonenberg cognomento Chrimihilt, Ortolphus junior de Plintenpach,[1]) Rudolphus de Nassenvelde,[2]) Rudgerus de Rutenberch,[3]) Godefridus de Chronowe. Acta sunt haec in castro Liebekke, anno dominicae incarnationis M.CC.XXVIII., indictione prima.

Copie Papier in meiner Sammlung; Puzel, Regest S. 21.

58 Benediktbeuern.

1228, 28. Juli, ... „O. dux Meranie, comes palatinus Burgundiae ac marchio Istrie“ weist, da er besonders den unter seinen Schutz gestellten Kirchen förderlich sein müsse, von seinem Eigengute eine halbe Hube im Dorfe „Sistrans“ und 1 Mühle in „Mueltal“ dem Kloster Benediktbeuern statt jener Wagenladung Weines zu, welche sein Bruder seligen Angedenkens, der „marchio Ystrie“ (Henricus) dahin letztwillig vermacht hatte. U. d. Zeugen Eberhart von „Porta“, Konrad „Galle“ u. a. m.

U. im k. baier. Reichsarchive; M. B. VII, 116.

59. Tschernomel.

1228, 18. Oktober, ... Patriarch Bertold von Aquileia bekundet, dass er auf Bitten der verwittweten Markgräfin von Istrien Sophie zur Bekehrung des Volkes in der Möttling eine Kirche zu Tschernomel

[1]) Abschrift Plutenpach. — [2]) Nallenvelde. — [3]) Rutenbach.

eingeweiht, dieser vier Filialen zugewiesen und den Priester N. N. zum Pfarrer bestellt habe.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Cum ad hoc divine predestinationis nutu ac in beato Petro successore Christi acceperimus curam et regimen animarum, ut non solum preesse sed et prodesse videamur, debemus provida circumspectione ac cura propensiori his, que ad salutem credentium et honorem dei spectare videntur, studiosius invigilare. Quare que provide statuuntur, ne frequenti revolutione temporum de fragili memoria hominum, que rerum turbe non sufficit, evellantur, scripture, que archa memorie dicitur, decernimus mancipanda. Hinc est, quod nos Berchtoldus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha presentium ac posterorum noticie declaramus, quod nos iustis et rationabilibus peticionibus predilecte sororis nostre Sophie deo devote marchionisse Ystrie inclinati, quod divina dispositione carens herede de carnis propagatione procedente Christum unicum filium virginis heredem sibi salubriter preelegit, populum in regione, que Metlica dicitur, existentem errore cecitatis involutum et ritum gentilium quodammodo imitantem gremio ecclesie nostre utpote in eonterminiis nostre diocesis constitutum a vero ovili errantem ad viam reduximus veritatis, statuentes in eadem provincia in loco, qui dicitur Schirnomel, consecrari ecclesiam in honore sancti Petri principis apostolorum, adiungentes eidem ut de ratione matri et magistre quatuor ecclesias in gremio eiusdem sitas, ipsam filiali affectu devotius respicientes; quas ecclesias in Christo fundatas dicta soror nostra ob remedium anime mariti sui pie memorie marchionis Ystrie fratris nostri [1]) ac salutis sue incrementum largis possessionibus predotavit, decimas eiusdem provincie secundum consuetudinem Romane ecclesie, que caput omnium est et magistra, sancte ecclesie Aquilegensi matri sue integraliter assignando, hac forma premissa, ut omnes decimas dictas possidentes a nobis nostrisque successoribus feudaliter easdem accipere teneantur, dicta vero soror nostra eiusque successores, ad quos eadem hereditas devolvetur, iure gaudeant patronatus. Verumne quis huic salubri statuto nostro eiusque pie devotioni sinistra machinatione valeat obviare, [. . . . .] m [2]) sacerdotem ad ratifi-

[1]) Von vielleicht gleichzeitiger Hand aber mit blasserer Tinte ist hier über der Zeile nachgetragen: et , . . . is? ein (oder zwei Worte abgerieben und unleserlich) et sue uxoris Agnese. — [2]) Das Pergament ist an dieser Stelle so abgerieben, das der Name unleserlich wurde. Cat. Cleri dioec. Laibac. hat den Namen „Johannes"; vrgl. Arch. f. H. I, S. 27, Nr. 11.

candum ius presentandi ad peticionem sepedicte sororis nostre in eadem ecclesia sancti Petri pastorem legittimum instituimus, presentem paginam ad firmius robur nostri ac fundatricis inpressione sigilli necnon et testium, quorum copia interfuit, aminiculo munientes. Huius rei testes sunt: Heinricus prepositus Diezensis ecclesie, Berchtoldus decanus Carniole et Marchie, Berchtoldus plebanus de Grez, Heinricus plebanus de sancta Maria, Heinricus plebanus de Vlednic, Ulricus canonicus Aquilegensis, Cûnradus nobilis de Lengenburc, Meinhardus Crimhilt, Gotefridus de Cronowe, Rûdeger de Rutenberc, Cûnradus Gallo, Ulricus (de) Prisecke. Wintherus de Cronowe, Meinhardus de Nazzenvelt et frater suus Rûdolfus, Meinhardus de Hohenowe, Albero et frater suus Adeloldus de Hophenbach, Fridericus de Hophenbach, Dietericus Cuzo et frater suus Dietmarus, Acta sunt hec anno incarnationis dominice m cc xx^{mo} xiii, xv. kalendas novembris.

Orig. Pergmt. mit dem an rothen und gelben Seidenfäden angehängten runden Wachssiegel des Ausstellers, — das zweite angekündigte Siegel war nie an der Urkunde befestigt, — im Archive des Deuschen Ordens in Wien.

60. Obernburg — Diessen.

1228, 29. Oktober, ... Patriarch Berhtold von Aquileia bestätigt den Kauf von Gütern zu Olscheuk, s. Stephansberg und Jauchen in Krain seitens des Klosters Obernberg und von der Probstei Diessen (in Baiern), und beurkundet die Rechte und Freiheiten desselben an ihnen.

+ In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quoniam ea que ad utilitatem ecclesiarum et honorem dei pari voto et voluntate contrahencium, concipiuntur, ut dignum et deo placitum effectum sortiri possint, excluso omni scruppulo questionum et ambiguitatum, principum atque prelatorum quorum interest, auctoritate, eorem habito assensu quorum consensus requirendus est, sunt adhibito rationis moderamine confirmanda. Sed quia fragilis humane conditionis memoria, utpote defectui subcumbens ac rerum turbe non sufficiens per predestinatam sibi adeo insufficienciam, consvevit super his que provide statuuntur, previa veritate frequenti revolutione tempore enervari, et cum diversitatem corporum plerumque sequatur diversitas animorum fit frequenter quod antecessores pio voto ac pietatis officio ad salutis sue conquirunt incrementum, successores minus providi dilapidacionem facientes indebitam, edificant ad gehennam, quare que circumspecte aguntur, scripture que verum sacrarium memorie dicitur, sunt dilu-

cide mancipanda. Verum quia permutaciones, transactiones seu etiam vendiciones rerum ecclesiasticarum utpote de sacro ad sacrum, pensata provide utilitate utriusque partis ecclesiis et prelatis ecclesiarum nomine earundem a canonibus sunt indulte, quia tamen ex incindenti deceptionis articulus dimidium iusti precii excedens ab hiis qui malo zelo moventur, obici consvevit, hac interposita allegacione quod deceptis et non decipientibus iura debeant subvenire, ne contractus provida deliberacione sapientum temperatus habundanti cautela non adhibita malignari volentibus pandendo viam malignandi super principali suscitet questionem, et quod emitur, ac precium emptionis certa estimacione decrevimus exprimendum. Hinc est quod nos Berhtoldus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha una cum fratre nostro illustri duce Meranie Ottone scire volumus omnes hanc paginam inspecturos quod deo dignus et venerabilis in Christo filius noster Albertus abbas Obernburgensis cenobii, veluti prudens et fidelis dispensator, in salutis sue augmentum emit in nostra et memorati fratris nostri presencia utriusque voluntate per omnia accedente, de manu venerabilis prepositi Diezensis ecclesie Heinrici duodecim mansos proprietatis dicte Diezensis ecclesie in monte sancti Stephani sitos, et duos in Olswic, nec non et reliquos duos in Uichan octoginta quinque marcis cum omnibus attinenciis, cultis et incultis, introitu et exitu viarum et pascuarum, adaquacionum et omni iure ac libertate, qua Diezensis ecclesia eadem bona ab antiquis dinoscitur possedisse. Sed ne in dubium specialis eius emunitas ab aliquo revocetur, libertatem eius a nobis et dicto fratre nostro ac auctoritate venerabilis fratris nostri episcopi Babenbergensis specificatam exprimimus nominatim. Debet enim esse immunis a taliis, a iure venatorio, a peticionibus vel exactionibus preconum, ab hospitacione officiariorum quorumlibet, nec non omni genere vexacionum, sed dominus terre cui cedet iurisdictio, eadem bona in augmentum maiorum suorum et suum nullum abinde spectans emolumentum vel speciem utilitatis, tenetur defensione simplici confovere. Sane quia tractatui prelatorum super his que rite aguntur, debet adesse secundum statuta canonum consensus maioris et sanioris partis, vel quod laudabilius est, tocius capituli, par votum et voluntas ad formam presentis scripti ab universitate memorati capituli sigillo universitatis munitam isti carte obtinuit dictus abbas germanam velut providus, indagator. Verum ne quis huic contractui fabricato ad utilitatem eccle-

sie utriusque aliqua sinistra machinacione atemptet ausu temerario contraire, fulcientes eam testium aminicnlo ydoneorum, sigilli nostri inpressione ac sigillo fratris nostri harum tenorem decrevimus communire. Huius autem gesti testes sunt Bertholdus plebanus de Graeze, Sibotto plebanus de Lowat,[1]) Petrus capellanus, Hertnidus capellanus, Wlvingus plebanus de Harlant, Chonradus decanus Savnie, magister Berengerus, Nycolaus scolaris, Berenhardus liber de Wilheim, Grifo de Stv̊de, Eberhardus de Porta, Dietricus de Rvsche, Prisius de Rovvino, Otto pincerna, Heinricus de Graeze, Perengerus de Graeze, Ortolfus scolaris de Graeze et frater eius Fridericus, Heinricus[2]) de sancta Maria qui conscribsit[3]) instrumentum, et alii quorum copia interfuit. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M.CC.XXVIII, iiii kalendas novembris.

Orig. Pgt. 2 angeh. Siegel (Nr. 1 fehlt, Nr. 2 verletzt), im strmk. Landesarchive; Abschr. (19 Jahrh.) Cod. 1698 f. 4, ebd.; Gedr. Oefele: Gesch. d. Grafen von Andechs S. 241 Nr. 15; Zahn, Urkb. f. Steiermk. II. Bd. pg. 342—4 Nr. 251. Vrgl. Schumi's I. Urk. u. Regestb. 87, Nr. 75.

61 Gurk.

1228, 3. November, ... Bischof Ulrich von Gurk belehnt den Herzog Bernhard von Kärnten mit dem durch den Tod des Markgrafen Heinrich von Istrien heimgefallenen Schlosse Liebeck (bei Wače) und erhält dafür das Gut s. Georgen und Zehente in Melach.

Ch. In nomine sancte et individue trinitatis amen. W. dei gratia Gurcensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus salutem in domino ut ea que nostris temporibus aguntur et prudenti consilio roborantur dignum est ut quadam certa notitia propagentur in posteros nec processu temporis a memoria hominum evanescant litterarum solent confirmari studiis. Notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris quod cum dominus Hainricus marchio Istrie sine liberis diem clausisset extremum et post decessum ipsius castrum in Liebeke cum omnibus pertinentiis suis quo a nobis et ab ecclesia nostra infeudatus erat nostre cesserit ecclesie servituti. Quod intelligens dux Berenhardus princeps terre omnibus quibus poterat modis predictum feudum per mortem marchionis servitute ecclesie nostre devolutum tum propter honestatem ipsius pe-

[1]) Lavant, Pfarre bei Lienz im Pusterthal (Sinnacher IV. 309). — [2]) Heincus. — [3]) sic.

tens a nobis tum quia in omnibus suppressionibus quibus ecclesia involveretur quantum p(osset pro [1]) iuribus deffenderet a nobis petens quatenus ipsum castrum in Liebekke cum pertinentiis suis ipsi infeudaremus. Nos vero annuentes pettitioni ipsius de comuni consilio chori et ministerialium dicto duci filiis et filiabus suis predictum castrum cum attinentiis suis tam inquisitis quam inquirendis in feudum contulimus excepto feudo in Cherstetten eubarum nummero xviii et Engelscalci in Wolchenburch eubarum xvi et feudo domini Wlvingi in Sowenstain eubarum x. Dictus vero dux propter infeudationem predicti castri contulit Gurcensi ecclesie predium sancti Georii iuxta Gurcam situm tam incultis quam incolendis cum omni proprietate nec non inquisitis et inquirendis ac hominibus omnibus ad idem predium spectantibus per se et per manus heredum suorum libere nobis et ecclesie nostre donavit, insuper decimacionem in Melach quam a nobis et antecessoribus nostris iure feudi possedit nobis et ecclesie nostre manifeste resignavit nec non sexingentas marchas per se vel per manus heredum suorum ob predictam causam ecclesie nostre contulit ea videlicet condicione quod si ante proximum festum bea(ti G[1])eorii viii dierum quadringente marce denariorum Frisatice monete nobis non fuerint persolute castrum in Himelberch cum om(ni) predio sive proprietate sibi adjacente ecclesie nostre remaneant. Si vero predictus dux temporis intervallo peccuniam statutam non solverit nec castrum cum predio redimere curaverit apud nos et ecclesiam nostram pro quadringentis marcis argenti Frisatici ponderis redimat. Quod si redimmere neglexerit predictum castrum cum omnibus atinenciis domino Engelberto et fratri suo Engelrammo de Strazburch assignetur, chorum (!) si alter defuerit Perhtoldus de Albekke et filii sui nomine nostro et ecclesie nostre ad conservandum nobis recipiant. Que omnia predictus dux pro se et pro heredibus suis nullo reclamante ecclesiam Gurcensem promisit in utraque donatione tam predii quam peccunie illesam conservari. Ut autem hec conditio nobis et ecclesie nostre facta in (i)ntegrum reservetur Hainricus de Charelsperch, Vlricus de Landestrost Fridericus de Valchenberch iuramento interposito se obligaverunt. De residuis vero cc[is] marcis que solvende sunt ante festum beati Michaelis octo dierum hec conditio est quod si non fuerint solute statuto tempore

[1]) In der Urkunde ausgebrochen und aus dem Copialbuch ergänzt.

predictum castrum redimantur cc^{is} marcis argenti Frisatici ponderis a nobis. Quod si predictus dux supra nominatam peccuniam tempore super statuto solvere sexingentis marcis argenti Frisatici ponderis tardaverit apud nos et ecclesiam nostram predictum castrum cum toto predio et omni proprietate libertati ecclesie nostre cedat. Cum ergo proni sunt sensus hominis ad malum predictus dux nolens obviare facto predicto quantum potest legem sibi inponens si predicta dolo intervenigente (!) non servaverit anatematis vinculo usque ad condignam satisfacionem (!) tam personam quam terram propriam censuit subiciendam. Nos vero de consilio tam kapituli (!) quam ministerialium castrum in Liebekke cum omnibus sibi adiacentiis potestiva manu domino duci infeudavimus et ipsi ab omni perturbatione ipsius predii quantum pos(sumus) defendere promisimus.

Huius rei testes sunt: Sivridus Gurcensis prepositus, Gebhardus, Wlricus, Chunradus canonici eiusdem ecclesie, Hartwicus plebanus in Lubdingen, Hermanus comes in Ortenburch et ministerialis suus Fridericus de Waldenberch, Hainricus de Charelsperch, Fridericus de Valchenberch, Wlricus de Landestrost, Hainricus et Hermanus fratres in Plintenpach, Isenricus et frater eius Otto de Strazberch, Gebhardus in Lilgenberch, Bertoldus de Gurkkevelde, Wlscalcus et miles suus Hermannus in Rauensperch, Gotpoldus et filii eius Hainricus et Hermanus in Pilstain, Wlvingus de Sowenstaine, Albertus de Graz, Engelbertus, Engelrammus fratres in Strazburch, Hartwicus dapifer, Liutoldus, Hermannus, Engelbertus purchgravii in Strazburch, Waltherus, Ditricus in Landesperch et alii quam plures.

Acta sunt hec ab incarnatione domini M°.CC.XXVIII. indictione i^{a}. tertio nonas novembris, anno pontificatus nostri vii. apud . . . . . feliciter amen.

Orig., Pgt., im Arch. d. Gurker Domkapitels aufbew. im Arch. d. hist. Ver. f. Kärnten, mit 2 an Pergamentstreifen hängenden Siegeln. 1. Bischof sitzend, rechts den Stab, links ein Buch haltend + V̂LRICVS DEI GRACIA GVRCHENSIS ECCLIE. EPC. (63.) 2 . . . . . VX KARIN. Herzog zu Pferd, am Schild den Panther; Siegel stark beschädigt.

62. Obernburg — Diessen.

1228, 5. Nov., ... Der Convent des Stiftes Diessen bestätigt den Verkauf von Gütern seines Eigens zu Olscheuk, St. Stephansberg und

Jauchen in Krain durch seinen Probst Heinrich an Abt Albert von Obernburg.

In nomine (sancte) individue trinitatis amen. Cum testante ecclesiaste omnis anima potestatibus sublimioribus subdita esse debeat, dignum profecto est, ut subditi prelato (veluti) membra capiti, utpote cuius gubernaculo reguntur, qui et noviter divina predestinatione preesse pariter et prodesse (cupit), in his plerumque que certis indiciis promotionem matricis ecclesie et fratrum emolumentum utilitati viderunt expedire, de voto consensu et pari voluntate (sine) omni et singulari irrefragibilitate obedi(ant). Sed quia diuturnitas temporum sue prolixitatis cursum non mutat, fragili memorie hominum super his que deliberatione prudentum statuuntur, provide ac discrete oblivionem superducere consvevit, (et) ne simul labantur cum labente, ad abundantiorem cautelam sunt in scriptum prospicatius reducenda. Hinc (est) quod nos humiles servi Christi et fratres intemerate Virgini eiusque unigenito in Diezen die noctuque famulantes, notificamus universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, quod venerabilis et deo gratus dominus et pater noster Henricus prepositus Dienzensis [1]) venerabili et devoto dilecto Alberto abbati Obernburgensi, considerans ut providus et verus pastor ecclesie nostre propter distantiam locorum non parvum dispendium suum (et) laborem nostrum que defectum, duodecim mansos ecclesie nostre in monte sancti Stephani ac plebe sancte Marie sitos, et duos in Olswic et reliquos duos in Jachan [1]) de consilio principum et advocatorum nostrorum, venerabili(um scilicet) patriarche Aquileiensis et episcopi Babenbergensis ac illustris ducis Meranie quorum predecessorum ac maiorum elemosinis sustentam(ur), nostro per omnia accedente consensu ac voluntate vendidit cum auth [1]) . . . octoginta quinque marcis cum omnibus adtinentiis cultis et incultis, introitu et exitu viarum, pascuarum et aquarum, eo iure (et libertate) ecclesie Obernburgensi et emunitate confirmat (is) quibus nostra ecclesia eadem bona dinoscitur possedisse. Sane cum venditiones contra quas deceptio facta ultra dimidium iusti pretii (obici) possit, (possint) hoc articulo probato rescindi, subsidio canonum que super hoc possunt induci evidentius, renunciamus, et ne huic contractui ad profectum nostrum facto sinistra machinatione vel dolo in posterum studeat

[1]) sic.

adversari, has litteras scrupulum dubietatis elidentes, prestantes ei subsidium testium, quas luce clariores sigillo domini et magistri nostri ac vniversitatis communis consilio ac voluntate fecimus communiri. Huius rei testes sunt vicedominus in Graeze Bertoldus, Chunradus decanus Saunie, Siboto capellanus, (!)[1] Hertnidus capellanus, Petrus capellanus, Bernhardus et Wilhelmus, Eberhardus de Porta, Grifo de Stude, Dietricus de Rvsche, Hainricus de Graeze, P(er)ingerus de Graeze, Ortolfus scolaris? et pater[2] eius Fridericus de (?) sancta Maria qui conscripsit instrumentum, et alii quorum copia interfuit, generaliter fratres dicte ecclesie Ocero (?), Gebehardus, Hermannus, Heinricus, Orepertus, Hainricus, Hainricus, Albertus, Ortlieb, Arnoldus, Chunradus, Chunradus. Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo vicesimo octavo, nonis novembris.

Sehr fehlerhafte, hier soweit möglich zwischen Klammern corrigierte Abschr. d. 17. Jahrh. aus dem Domkapitelsarch. zu Laibach (nicht vorhanden); v. Zahn, Urkundenbuch f. Strmk. II, (1879) 342—346, Nr. 252.

63. Diessen.

1229, 13. Jänner, Stein. „Otto dux Meranie, palatinus comes Burgundie“ erneuert zu seinem Seelenheil und dem aller seiner Vorfahren, sowie seines Bruders „Henrici marchionis Ystrie“ seligen Angedenkens, auf Bitte von dessen Gemalin, der Markgräfin Sophie von Istrien, dann seines anwesenden Bruders, des Patriarchen Bertold von Aquileia, die Rechte und Satzungen, welche die Grafen Otto[3] und Heinrich[4] von Wolfratshausen und Graf Bertold II. von Andechs in ihren gesiegelten Briefen dem Stifte Diessen gegeben haben[5] Zeugen: Berchtoldus patriarcha Aquilegensis, Hainricus Klinchardus, Uergandus, de Stain, Otto de Stain capellanus patriarche, Hainricus de Anpans, Hainricus Saxo, Chuonradus Strabo,[6] capellani marchionis Ystrie, Heinricus scriba de sancta Maria, Engelramus capellarius,[7] Hademricus scriba, dominus Chuonradus de Saewenekke, Bernhardus de Wilhaim, Eberhardus de Porta, Hainricus de Piberkar, Chuonradus Gallo, Gebehardus de Lilinberch, Hainricus frater suus, Ger-

[1] Ein Siboto plebanus de Lowat (Lavant im Pusterthal) kommt 1228 29. Okt. vor, s. pg. 45. — [2] Urk. v. 1228. 29. Okt. hat „frater“. — [3] Graf Otto V. von Andechs. — [4] Graf Heinrich II. von Andechs. — [5] Im Jahre 1132, vrgl. Oefele, die Gesch. d. Gr. v. Andechs 1877, S. 159, Nr. 334a, u. S. 113, Nr. 36 a. — [6] In der am Schlusse citierten deutschen Uebertragung heisst er „Schilcher“. — [7] So das Original.

lohus de Stain, Waltherus frater suus, Gothscalcus Zwigel, Gotfridus de Prisekke, Vlricus de Prisekke, Roudgerus de Ruetenberch, Ortolfus de Nidergeltingen, Marschalcus, Egelolfus Bawarus, Sifridus de Ramsoue, Vlricus de Diengen, Chuonradus de Wizmouen, [1]) camerarius, et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis dominice MCCXXVIIII, indictione secunda. Datum apud Stain, idus januarii.

Urk. gedr. in Mon. Boica VIII, 172—173, Orig. im kön. Reichsarchive zu München, wo sich auch eine im 16. Jahrhunderte gemachte deutsche Uebertragung dieser Urkunde befindet; Oefele, die Grafen v. Andechs 189—190, Nr. 555.

64. Freising.

1229, 5. April, Wien. Bischof Gerold von Freising belehnt Leopold VI. Herzog von Oesterreich mit allen Gütern in der Windischen-Mark welche seinem Stifte nach dem Tode des Markgrafen von Istrien Heinrich heimgefallen waren gegen Zahlung von 1500 und 150 Mark Silber.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod inter venerabilem Frisingensem episcopum Geroldum et Livpoldum illustrem ducem Austrie et Styrie tractatus huiusmodi intervenit, quod videlicet idem episcopus iam dicto duci fevdum in Marchia quod Heinricus marchio Ystrie beate memorie ab ipso domino episcopo habuisse dinoscitur, iusto titulo feodali concessit in toto, scilicet in hominibus, castris, in rebus aliis quibuslibet, terris cultis per omnia et incultis [2]), et huius feodi idem episcopus debet esse auctor contra omnem hominem ipsius ducis secundum iusticiam quod gewer vulgariter nuncupatur, sed et si idem episcopus hoc non fecerit, omnem pecuniam quam super hoc a duce recepit, restituere in pleno tenetur eidem, et ipse dux eidem episcopo dare promisit mille quingentas marcas argenti ponderis Coloniensis et ipsius consilio centum l marcas, de qua pecunia in proximis octavis Pasche idem dux aput Wiennam solvet ml marcas episcopo antedicto et in proximo venturo festo sancti Michahelis apud Wiennam similiter ipsi episcopo solvere tenetur reliquas dc marcas, isto tamen pacto apposito, quod si memoratus dux in ipso festo Michahelis ut dictum est, has dc marcas solvere

[1]) So Oefele, d. Gr. v. Andechs S. 190; Mon. Boica: Wizinouen. — [2]) Zu diesen Gütern gehörten wie sich aus weiter unten folgender Urkunde vom J. 1251, 15. Juni Lack ergibt . . u. a. auch der Markt Gutenwerde, der Berg Weinperch, die Dörfer Zagrat, Clenonich, Chraztn . . . Loknitz, Polanum maius et minus, Wre . . z . ., Drage, Altenburch, beide Paiersdorf, die Uberfuhr Nabrego, dann Ztrug, Vreznich und Gavri.

forsan omiserit, ille ml marce quas solvit, sibi sint perdite et preterea antedictum feodum ab eo absque lite omnimoda sit solutum. Acta sunt hec apud Wiennam in nonis aprilis, anno domini M°. CC.XXVIIII., mediantibus Berhtoldo venerabili sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha et prefato episcopo Frisingensi Geroldo et predicto duce Livpoldo quorum sigillis hec pagina ad maiorem confirmationem cernitur roborata, et episcopus unam et dux alteram observabit. Huius rei testes sunt Heinricus prepositus Pataviensis, Eberhardus decanus Frisingensis, Berhtoldus plebanus de Greze et vicedominus, Heinricus nobilis de Vilalt, Chv̊no de Zv̊fe, Eberhardus de Swaebingen, Isenricus camerarius, Sighardus de Chiemberch, Reimbertus de Mûrekke, Otto de Perhtoltsdorf, Irenfridus de Hintperch et alii quam plures.

Orig., Pgt., von 3 anghgt. Siegeln noch 1 und 3 in Bruchstücken vorhanden, kön. Reichsarchiv zu München; ibidem Cod. 191, f. 65'; Meichelbeck II./1, 5; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 128—129, Nr. 129.

65. Sittich.

1229, 9. April, Perugia. Papst Gregor IX. nimmt das Kloster Sittich unter seinen besonderen Schutz.

Gregorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filijs abbati et conventui monasterij in Sitich Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuetae pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestijs agitentur, eos tamquam pia mater suae protectionis munimine confovere; Quapropter dilecti in domino filij vestris justis postulationibus grato concurrentes consensu personas vestras et locum in quo divino vocatis obsequio cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis quae in praesentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis praestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Perusij, nona aprilis, pontificatus nostri anno tertio.

Abschrift im krain. Landesmuseum zu Laibach; Auszug bei Puzel 21.

66. St. Antons Spital am Bocksruck.

1229, ..., ... Otto Herzog von Meranien bestätigt die von seinem Bruder Heinrich, dem verstorbenen Markgrafen von Istrien herrührende Stiftung des s. Antons Spitals am Bocksruck (Kozjak zu Neuthal) unter Anführung der Grenzen.

In nomine sancte et individue trinitatis. Quoniam necessarium est, ut inter adversas hujus mundi sollicitudines saluti anime nostre ac predecessorum nostrorum providere debeamus. Expedit ut ea que ecclesiis a nostris antecessoribus fundatis donata sunt, ne a memoria hominum cursu temporum evellantur, sub recordationis titulo collocemus. Hinc est quod nos Otto dei gratia dux Meranensis comes palatinus Burgundie presentium serie notum esse cupimus universis, quod nos terminos et dotem hospitali sancti Antonij in Pokkesruke et omnem donationem a dilecto fratre nostro Heinrico marchioni Hystrie pie memorie ejusdem domui donatam confirmamus donationis conterminos exprimentes. Primus terminus est juxta Kersteten in vertice montis qui extenditur usque ad ripam que dicitur Velach, in alia parte extenditur versus ripam que fluit in latere ville [1]) Troye et ab inde extenditur usque ad alpes versus claustrum Oberburgense. Debet etiam idem hospitale possidere decimationes dotis ejusdem domus et quatuor mansos decimarum in Kerstetten et duas partes decime vinearum, sive sint nostre sive civium Steinensium. Hec omnia tenetur dicta domus pacifice possidere. Hec etiam adhibuimus quod dictam domum eximimus ab omni vexatione preconum officiariorum, hospitatione et iure quodlibet venatorum. Sed ne quis huic confirmationi sinistra machinatione audeat contraire presentem cartam sigilli nostri munimine iussimus muniri testium amminiculo fulcientes. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M.C.C.XX.VIIII. Huius rei testes sunt Cuenradus Galle, Ekehardus de Porta, Heinricus sancte Marie plebanus.

Abschriften im Archive des histor. Vereins f. Kärnten und im steir. Landesarchive Nr. 466.

67. Aquileia.

1230, Juli, s. Germano. Kaiser Friedrich II. bekundet, dass vor ihm und den versammelten Reichsfürsten Otto Herzog von Meranien auf all die angesprochenen Markgrafen- und Grafenrechte in Istrien und

[1]) Copie: ille.

Krain zu Gunsten seines Bruders Berhtolds Patriarchen von Aquileia verzichtet habe, welcher dieselben namens seiner Kirche vom Reiche zu Lehen trage.

Gedruckt in Schumi's Archiv f. Heimatkunde, I, 157. Eine Abschrift des de Rubeis im Cod. lat. IX, 125 f. 58 der Marciana zu Venedig.

68. Diessen.

1230, 6. Nov., Schesslitz. Otto Herzog von Meranien bekundet, dass er nach dem Tode seines Bruders Heinrich, weiland Markgrafen von Istrien seiner Schwägerin Sophie ihr Heiratsgut um eine ungenannte Summe abgekauft habe, und dass er nun in deren Auftrag 300 Pfund Augsburger Münze, beziehungsweise die Einkünfte von benannten Grundstücken der Kirche zu Diessen zur Stiftung eines Jahrtages übergeben habe.

In nomine sa ncte et individue trinitatis amen. Cum sepius memoriam de quibusdam scitis aliquando vel factis oblivio tollere consueverit, et bene cognita multocies ex temporis incremento a mentibus elapsa, multorum in oculis videntur aliena. Ad huius rei causam universa digna memorie, que nunc fiunt, vel quorum actio preteriit, sapientissimi veterum et ipse usus modernorum laudabilis in scriptis publice redacta, decrevit firmiter observari. Hinc est, quod nos Otto dei gracia dux Meranie, komes [1]) palatinus Burgundie per scriptum presens notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, ad quos ipsum pervenerit, quod post obitum fratris nostri viri nobilis quondam marchionis Ystrie Heinrici felicis memorie, ipsius uxoris Sophie dotem [2]) cum omnibus suis iustis et certis pertinentiis comparavimus ex integro, summa quadam certa pecunie super tali vendicione ipsius domine ac suorum fidelium deliberatione satis provida precedente. De cuius summa pecunie eadem mulier nobilis pro salute et remedio anime proprie, necnon mariti sui memorati quondam filicis marchionis Ystrie, nobis exsolvere dederat in mandatis, ecclesie sancte Marie in Diezen trecentas libras Augustensis monete. Dicte vero ecclesie conventus volens eandem pecuniam in usus fructuos iores communi de consensu convertere ita videlicet, ut quod mobile esset ad certum et stabile mutaretur, promissam sibi pecuniam nobis integraliter remisit. Pro cuius restauratione ipsi conventui con-

[1]) sic. — [2]) Die Urkunde nennt das Land nicht; es können jedoch vor allem, in Krain liegende Güter darunter verstanden werden.

tulimus absolute decimam in Franconia et in Rekkinz omnium rerum nostrarum in censu statuto utpote in denariis, et frumento, et porcis, et caseis, et leguminibus, et melle, et si qua sunt similia, consentiente super eodem uxore nostra Beatrice, et filio nostro Ottone nostrisque heredibus universis. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M̊C̊C̊X̊X̊X̊, indictione iii^a^. octava idus novembris, aput civitatem nostram Shehsliz. Presentibus hiis, et ad hoc vocatis, videlicet venerabili domino fratre nostro episcopo Babenbergense, et illustri comite Bobpone de Henninberc. Ad huius itaque confirmationem donationis robur perpetuo valiturum, hoc scriptum fieri et dari iussimus per manum notarii nostri Heidinrici, et sigilli nostri et venerabilis dicti domini et fratris nostri episcopi Babenbergensis Ekkiberti, et uxoris nostre dicte Beatricis munimine roborari. Huius rei testes sunt: Gerungus protonotarius, Walpotones, Fridricus et Vlricus, Heinricus de Sunninberc, Heinricus de Schåwinberc, Otto de Schåwinstein, Vlricus de Steinberc, Ramungus et Albertus fratres de Plassinberc, Eberhardus Forscho, Eberhardus de Kindisberc, Gotschalcus de Andehs et alii quam plures.

Orig., Pgt., mit 2 anhängenden Siegelfragmenten, (aus dem Kloster Diessen) im kön. Reichsarchive zu München. Auf der Rückseite der Urkunde steht: litera Ottonis ducis Meranie super decimis in Franconia et in Rekkinz 1230.

69. Brixen-Veldes.

1230, ..., ... Heinrich, Bischof von Brixen überlässt dem Mainhart Grafen von Görz im Austausch die Kinder Volkers von Reiffenberg gegen Konrad den Sohn und die Tochter des Herrn Markward von Veldes. Zeugen: der Domprobst, der Decan, die Domherren, Konrad von Stilfes und Berhtold von Aeznich (Assling in Tirol), Albert Graf von Tirol, und Hugo von Taufers.

Rossbichler, Leb. des Bisch. Heinr. §. 7; Sinnacher, Gesch. v. Brixen IV. 232.

70. Sittich.

1230, ..., ... Wilhelm d. ä. Graf von Heunburg bekundet die Beilegung seines Streits mit dem Kloster Sittich bezüglich des Gutes Zilowiz (Slivica) und gibt die Grenzen der abgetretenen Grundstücke in der Nähe von Grosslaschitz an. Ueberdies sollen die Klosterleute auf dem Vogteigute zu Oblak nicht über Gebühr beschwert werden.

Wilhelmus comes senior de Huneburch omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Quia res gestae saepius oblivione delentur,

quae scripturarum testimonio non notantur, necessarium duximus: res a nobis gestas, scripto subnotari, ne lis aliqua ejusdem facti imposterum valeat exoriri. Pateat ergo praesentium notamine literarum tam praesentibus quam futuris, quod cum inter nos et ecclesiam Sitticensem lis longo tempore de praedio quod vulgariter Zillovecz [1]) dicitur, verteretur, tum pro nostrorum consilio, tum etiam de consensu capituli praefatae ecclesiae litem taliter sopivimus: quod partem ejusdem praedii nostri a bivio, ubi patibulum constiterat usque in villam Lasis, et adjecto jam bivio versus occidentem usque in fluvium Reschwiz, et ex altera parte memorati bivii versus saltum, ubi quidam fons fluit, pro remedio animae nostrae nec non progenitorum nostrorum, nominatae ecclesiae contulimus, firmamus eis etiam, ne aliquod gravamen in praedio ipsorum advocatiae nostrae in Oblach in vecturis aut aliis exactionibus ab oficialibus nostris patiantur, jus tamen eis exigent et justitiam exhibebunt. Ut autem haec inconvulsa permaneant, sigilli nostri impressione praesentem paginam fecimus roborari. Hujus rei testes sunt: Rudolfus plebanus de Los, Marquardus, Carolus, Robertus, Weriandus ministeriales comitis de Los. Peregrinus de Malentin et filius suus Hermannus, Hermannus filius Roberti de Los, Witmarus de Sternberch, Meinhardus de Chemrich, Conradus de Sternberch, Meinhardus de Chemrich, Conradus de Sternberch et Heidenricus [2]) frater suus, Otto filius Herrandi [3]) de Owersperch [4]) et alii multi. Acta sunt haec sub Conrado abbate, Juvane [5]) priore, Ottone cellerario, Alberto subpriore, Herando [6]) magistro in Lasis, Heidenrico [7]) infirmario, Conrado officiali. Incarnationis dominice MCCXXX. anno.

Urk. gedr. in Marians Austria sacra VII. Bd. S. 315—316 Nr. 3; Puzel Idiogr. mon. Sittic. S. 21.

71. Freising.

c. 1230, ..., ... Bischof Konrad von Freising und Herzog Bernhard von Kärnten theilen die Kinder des Leonhart von Lack unter sich.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod cum fieret particio de pueris Leonhardi de Lonk inter Ch. Frisingensem electum et illustrem Karinthie ducem Bernhardum, Wern., Ja., Jevta,

---

[1]) So Puzel; Marian Zilowiz. — [2]) Heindenricus. — [3]) Marian: Herrande. — [4]) Uresperch. — [5]) Juvano. — [6]) Marian: Horando. — [7]) Vrgl. Anm. 2.

Rihza domino electo Ch., Morhardus, Agnes, Dimuda domino duci cesserunt in partem, ita quod predictis pueris et adhuc genitis equa in porcione substancie et patrimonii pars tribuatur. Vt autem hoc ratum permaneat, presentem cartam prenominatorum C. electi et Bern. ducis sigillis fecimus communiri. Testes hii sunt, Hermannus comes de Ortenberch, F(ridericus) de Valchenberch, Reinwicus de Laibach, Swikerus de Vrowenstein, Vto prepositus, Eberhardus decanus Frisingensis, Isenricus de Waldeke, Heinricus de Vagn, C. de Humbeln, Engelwanus de Ahdorf, Sighardus dapifer, Leon. de Lok H. de Wilhaim, Pertoldus de Geboltspach, Hainricus de Niwertingen, Gerlohus de Lok, Albertus de Altenburch, C. Sappo et alii quam plures.

Cod. 191, f. 86', k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 2, Nr. 4; Zahn, Cod. Aust. Frising. in Fontes rerum Aust. Band 31. Nr. 130, S. 129—130.

72. Gurk.

1231, ..., Strassburg. Bischof Ulrich von Gurk nimmt mit Zustimmung des Kapitels und seiner Ministerialen seinen Eigenmann Livtherius, Ruzmann genannt, dessen Frau Gertrud sowie deren Familie unter die Ministerialen der Gurker Kirche auf. Unter den Zeugen: Wulfingus de Sawenstain.

Auszug im Archiv f. Kde. öst. Geschqu. XXXII, S. 163, Nr. 885.

73. Göttweih.

1232, 3. März, Erdburg. „Fridericus Dei gratia dux Austrie et Stirie et dominus Carniole“ [1]) überlässt dem Kloster Göttweih die nach dem Tode des Wichard von Zebingen ihm angefallenen Vogteirechte.

Fontes rer. Austr. II, 10, S. 296.

74. Sittich.

1232, . . . April, Aquileia. K. Friedrich II. bestätigt der Abtei Sittich das Forst- und Jägerrecht, welches einst Graf Albrecht von Weichselburg

[1]) Nach v. Meillers Bemerkung führt Herzog Friedrich II. hier zum erstenmale den Titel dominus Carniole.

in einigen Gütern der Abtei sich vorbehalten, aber seine Tochter Sophia, Wittwe des Markgrafen Heinrich von Istrien, derselben überlassen hat.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Conradus venerabilis abbas Sitticensis, fidelis noster, celsitudini nostre proposuit supplicando, quatenus, quia Sophia, filia quondam comitis Alberti de Weichselberg, eiusdem monasterii fundatoris, et uxor olim Henrici marchionis Istrie, post obitum eiusdem viri sui pia devotione considerans, qualiter monasterium Sitticense tam per comitem Albertum patrem suum quam per eundem virum suum marchionem Henricum in bonis et prediis suis damna multa pertulerat, remisit eidem monasterio ius quoddam, quod dicebatur „vorstrecht et jegerrecht“ et idem pater eius in quibusdam prediis eiusdem monasterii sibi habendum reservaverat et in predictum quondam virum suum et in ipsam sui heredem transtulerat, et quia ipsa monasterium memoratum ab ipsius iuris exactione absolverat, ipsius remissionis et absolutionis privilegium indulgendo, ipsum privilegium et ea, que de absolutione et remissione indultis continebantur in eo, dignaremus sibi de innata gratia confirmare. Nos igitur iustis eiusdem abbatis supplicationibus inclinati, opus mirabile pietatis digno prosequentes assensu, privilegium eiusdem remissionis et absolutionis predicti iuris a predicta Sophia, filia quondam comitis Alberti et uxore marchionis Henrici, ipsi monasterio indultum et id, quod super hoc continetur ibidem, de innata clementia confirmamus, presentis scripti authentico mandantes, quatenus nulla persona sublimis vel humilis, ecclesiastica vel mundana, contra presentis confirmationis nostre memoriam [1]) venire presumat. Quod qui presumpserit, in temeritatis sue vindictam centum marcas argenti se noverit compositurum, medietatem curie nostre et reliquam parti iniuriam patienti. Ad huius itaque confirmationis nostre memoriam et stabilem [2]) firmitatem presens scriptum sibi fieri fecimus et sigilli nostre robore iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt S. Moguntinus archiepiscopus, B. patriarcha Aquilegensis, Salseburgensis archiepiscopus, Bambergensis episcopus, S. Ratisponensis episcopus, imperialis aule cancellarius, Wormatie episcopus, abbas sancti Galli, dux Saxonie, dux Carinthie, comes Adolfus de

[1]) Wohl Fehler des Abschreibers für tenorem — [2]) habilem.

Scowenberg, comes H. [de] Hortenberg, comes Sene, Warnerius de Bollandia, Godefridus et Conradus de Hohenlot,[1]) pincerna de Winterstett, Gerlacus de Buttingen, Gunzelinus,[2]) Ricardus camerarius et alii quam plures[3]).

Acta sunt hec anno dominice incarnationis m.cc.xxxii., mense aprilis, quinte indictionis. Imperante domino nostro Friderico secundo dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno Romani imperii eiusdem xii., regni Ierusalem vii. et regni Sicilie xxxiiii., feliciter. Amen. Dat. apud Aquilegiam anno, mense et indictione pretitulatis.

Aus Abschrift des 18. Jahrhunderts in der collectio Fontaniniana tom. II. (jetzt bibl. miscell. dell' archivio gener. di Venezia, cod. 647) f. 339 mitgetheilt von Brosch bei Winkelmann, Acta imperii inedita seculi XIII. (1880) S. 289—290, Nr. 324.

75. St. Paul.

1232, 27. Mai, Spoleto. Papst Gregor IX. beauftragt den Abt von Sittich[3]) und die Prioren von Seiz und Geirach die Klage des Herzogs Bernhard von Kärnten, dass der Abt von s. Paul im Lavantthale die Güter des Klosters verschwende, genau zu untersuchen und die nöthig werdenden Aenderungen zu treffen.

Orig. mit anh. Bleibulle im k. k. Staatsarchive zu Wien. Fontes r. Austr. II, 3, S. 119, Nr. 52; Ankershofen im Archiv d. k. Akademie Bd. 32, S. 167, Nr. 902.

76. Obernburg.

(1232,) 2. December, Stein in Krain. Patriarch Berhtold von Aquileia beauftragt den Archidiakon C. vom Sannthale, welcher einen Streit wegen der Zehente zu Mötnik zwischen dem Kloster Obernburg und Ulschalk von Prekop und Eberhard von Heckenberg gegen Letztere entschieden, genanntes Kloster in den Besitz der Zehente einzuführen.

B. dei gratia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha. Dilecto filio C. archidiacono Saunie salutem et benedictionem in Domino. Processum quem habuisti super decimis sitis in Motnich et rebus aliis, de quibus inter dilectos filios electum et conventum Obremburgensem ex parte una, et Vscalcum de Precowe et Eberardum de Heckenberg

[1]) sic. — [2]) Grafelinus. — [3]) Das im Auszuge bei H.-B. IV, 329 noch folgende: Signum etc. Ego Sifridus etc., fehlt in der mir (W.) vorliegenden Abschrift. — [4]) Abt Konrad I.

ex altera questio vertebatur, velut debitum et idoneum approbantes sententiam quam contra dictos V. et E. tulisti, adiudicando monasterio possessionem earundem decimarum, pro eo quod citati legitime venire contumaciter non curarunt, auctoritate presencium confirmamus, volentes et iubentes ipsam inviolabiliter observari. Quo eciam devocioni tue in virtute vere et sancte obediencie precipiendo districte mandamus, quatenus prefatos electum et conventum in possessione illarum decimarum auctoritate nostra et censura qua debes et potes, manuteneas et defendas, non sinens eos in illa ab aliquibus indebite molestari. Datum in Stein, ii. die decembris, v. indictionis.

Orig., Pgt, angehgt. Siegel abgerissen, im fürstbischöfl. Archive zu Laibach; v. Zahn, Urkundenbuch f. Steiermark II (1879), 398—399, Nr. 297.

77. Sittich.

1232, ..., ... Meinhalm von Auersperg schenkt dem Kloster Sittich zwei Huben auf dem Berge Schönberg (in der Pfarre Treffen) gelegen, damit er nach seinem Tode in der Klosterkirche begraben werde.

Dominus Meynhalmus ab Aversperg certae militiae officialis, donat monasterio Sitticensi duos mansos in monte Schönberg sitos, pro sepultura in templo Sitticensi, post obitum suum habenda.

Puzels Manuscript: Idiographia monasterii Sitticensis S. 21.

78. Stein.

1232, ..., ... Bertold, Patriarch von Aquileia bestätigt seine, seiner Brüder Otto VII. Herzogen von Meran und Heinrich IV. Markgrafen von Istrien erste Stiftung des Spitals zu Stein, zu welcher Stiftung auch beitragen ein sogenannter „Matzilling“,[1]) wie auch Heinrich, erster Pfarrer zu Stein,[2]) allwo auch berührt wird, wie U. L. Frauen Kirche zu Stein, so ehevor das Spital gewesen, zu einer Hauptpfarrkirche über alle andere daselbst erhoben worden.

Auszug aus den Schriftenregister der Stadt Stein, (Manuscriptensammlung des Raunacher Schlossarchives in) Mitth. f. Krain 1865, S. 110—111.

79. Freising.

c. 1232, ..., ... Bischof Konrad von Freising verleiht die durch den Tod des Grafen von Liebenau erledigten Lehen seines

[1]) Matzilinus? — [2]) sic

Bisthums in der Windischen Mark dem Herzoge Bernhard von Kärnten.

Urkunde gedruckt im Schumi's Archiv f. H. I, 160, Nr. 50.

80. Freising.

1233, 29. April, Wien. Herzog Friedrich von Oesterreich genehmigt die Heiraten seiner Ministerialen mit jenen des Freisingischen Bischofs gegen Theilung der Kinder und deren Güter.

F. dei gracia dux Austrie et Stirie et dominus Carniole omnibus presentem paginam inspicientibus salutem. Universitati vestre volumus esse notum, quod noster accedit assensus pariter et voluntas, vt si ministerialis noster matrimonium contraxerit cum aliqua ministeriali Frisingensis ecclesie vel econverso, heredes ex ipsis progeniti et possessiones equaliter dividantur, ita quod una pars heredum et possessionum in potestatem nostram redeat, altera vero in potestatem ecclesie Frisingensis. Insuper presentis pagine testimonio confirmamus, si nos absque heredibus continget decedere, quod predicta, heredes scilicet et possessiones totaliter redeant in potestatem ecclesie Frisingensis. Datum Wienne, iii. kal. maii, anno domini M.CC.XXXIII.

Orig., Pgt., anhgdes. Siegel in Fragment, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien. — Cod. 191, f. 34, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./1, 12; Zahn, Cod. Aust. Fris. I, 132, Nr. 134.

81. Cividale.

1233, 1. Juni, Cividale. Patriarch Berhtold von Aquileia schenkt der Propstei zu Cividale all seinen Flachszehend in der Gegend zu Tolmein.[1] *Die Kanoniker hingegen verpflichten sich zur Begehung eines Jahrtags für den verstorbenen Bruder des Patriarchen, weiland den Markgrafen Heinrich.*

Anno MCCXXXIII, indictione VI., prima die intrante junio, in Civitate Austria, in majori palacio, in presentia dominorum Henrici episcopi Petenensis, E. episcopi Emonensis, Ottonis prepositi s. Wolrici, Witemarii thesaurarii Aquilegensis, Johannis senioris de Portis et Hermanni fratris Warnerii Scencle Radii de Galano, Reinardi militis, Kavaxotti, Jacobi et Friderici de Orzono, Wolrici de Corvoleto tunc gastaldionis Civitatis, et aliorum multorum ibi testium rogatorum. Dominus Bertholdus dei gratia s. Aquilegensis ecclesie patriarcha et prepositus ecclesie Civitatensis dedit et contulit nomine prepositure

[1]) Darin lag der Landstrich von Idria etc.

Civitatensis decimam lini quam habet in Tulmino predicte ecclesie Civitatensi integraliter colligendam et in usus proprios perpetuo redigendam, videlicet pro anima qm. d. Henrici marchionis fratris sui; et canonici Civitatenses debent annuatim facere anniversarium pro anima ipsius marchionis.

Abschrift aus der Sammlung Guerra's im Municipalarchive zu Cividale.

82. St. Paul.

1233, 12. October, Anagni. Papst Gregor IX. empfiehlt den Bruder Hartwic und andere Mönche des Klosters s. Paul dem Schutze des Bischofs von Lavant und des Propstes von Völkermarkt, damit jene nicht ferner unter den Verfolgungen der Verwandten des Abtes zu leiden hätten pro eo, quod iidem inquisitionis negotium super excessibus eiusdem abbatis et utilitate dicti monasterii (Conradi) abbati de Sitich et eius collegis auctoritate nostra commissum, fideliter prosecuntur.

Orig. im Archive zu s. Paul; Ankershofen, Reg. Nr. 917, im Oest. Archive XXXII, S. 174.

83. Sittich.

1233, ..., Pettau. Friedrich von Pettau schenkt mit Zustimmung seiner Gemalin Herradis dem Kloster Sittich 12 Huben zu Kopreinitz und Ulrichsdorf.

1. 1233. Donat dominus Fridericus de Petovia duodecim mansos sive huebas sitas in villis Copreynicz etc. et Vlrichsdorpff (sic) dictis. (Puzel 21.)

2. Fridericus de Petowe et dilecta conjux Herradis (donant) pro et de privilegio domini Falkenburgensis (sic) archiepiscopi etc. Testes sunt Otto de Pirche, Hermannus de Petowe, Godfridus de Grunenberg. Acta Petowe 1233.

Marian-Wendt, VII, S. 374.

84. Kloster Landstrass.

1234, ..., ... Bernhard, Herzog von Kärnten stiftet zum eigenen Seelenheile und zu dem seiner Gattin Juta seiner Söhne, Ulrich, Bernhard und Philipp, dann seiner Tochter Margareth das Cisterzienser Kloster Marienbrunn bei Landstrass im Thale Töplitz bei der Kapelle s. Lorenz.

Vgl. die weiter unten folgende erneuerte Stiftungsurkunde von 8. Mai 1249.

85. Gurk.

1234, . . ., Meisselding. Ulrich Bischof von Gurk und Bernhard Herzog von Kärnten verkünden, dass die nobiles viri Leutoldus et Popo et Wolricus filii ejus de Peccach ihren Ansprüchen auf das Gut zu Albekke gänzlich entsagt und zur Sicherung dafür Bürgen für 600 Mark (darunter den Chunrad von Owersperch für 200 Mark) gestellt hätten.

Ankershofen, Reg. Nr. 925, Oest. Archiv, Bd. XXXII, S. 176.

86. Viktring.

1235, . . ., Wippach. Heinrich der Sohn weiland Heinrichs von Greifenfels genehmigt die Bitte des Ritters Hermann von Sreliz (den er bei Verheiratung seiner Schwester dem Heinrich von Scharfenberg abgetreten hatte) und überlässt dem Kloster Viktring das Eigenthumsrecht an einer Hube zu Gurlitsch, welche vordem jener Hermann von ihm zu Lehen gehabt hatte.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nichil firmum ac stabile tenetur hodie, nisi scripture testimonio roboretur et ideo que geruntur a prudentibus viris litterarum solent memoria perhennari. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris, quod ego Hainricus filius olim Hainrici de Greiffenvels preces dilecti militis Hermanni de Sreliz, quem sorori mee pro nuptiis contractis dedi Hainrico de Scherphinberch, pro consilio matris mee et ipsius ac aliorum fidelium meorum qui michi consilio et auxilio sunt obnoxii duxi effectui mancipandas ita, quod assensum bone nostre voluntatis sibi pariter prebuimus de manso in Cvrlich, quem nomine feodi a me tenuit, relligiosis viris in Vittring pro x marcis denariorum ac divine miserationis intuitu et pro reverentia beate virginis ad usus perpetuos per manum meam ecclesie predicte contuli proprietatem. Unde, ne vendicionem istam aliqua calumpnia subsequatur aut obscuret oblivio et ut venditio firmior et stabilior permaneat, presentem cartam feci sigilli mei munimine roborari, ne aliquis coheredum meorum prefatam emptionem ausu temerario inposterum valeat inmutare. Acta sunt autem hec Wippach in domo Engilscalci militis mei. Testes qui facto eidem intererant propter habundantem cautelam iussi etiam propriis nominibus declarari: Anshalmus, Engilschalcus, Wilhalmus filius Ludwici de Mos, Marquardus privignus Anshalmi prenominati, Engelbertus filius Alhohi de Wippach, Gotfridus filius Anshalmi,

Alhoch filius Alhohi. Anno ab incarnatione domini M CC XXX V concurrente VII., epactis XXX., inditione octava.

Orig. im Kärnt. Geschichtsverein mit dem beschäd. Siegel des Ausstellers anhängend an Pergamentstreifen.

87. Kloster Landstrass.

1235, ..., in Schlosse Landstrass. Herzog Bernhard von Kärnten schenkt dem Kloster Landstrass das Dorf Osredek mit der Erlaubnis dort eine Feste aufzuführen.

Urkunde gedruckt im Schumi's Archiv f. H. I. 175, Nr. 52.

88. Admont.

1235, ..., ... Erzbischof Eberhard II. beurkundet und bestätigt eine Schenkung von Gütern zu Meinhardsdorf und bei Oberwelz durch Sophie, Wittwe des Markgrafen Heinrich von Istrien, an das Kloster Admont, wofür Letzteres eine Leibrente in Naturalien der Geberin zu entrichten habe.

Org., Pgt., von den 4 angekündigten Siegeln fehlt das des Abtes (Nr. 3), die übrigen hängen an Schnüren von violett-gelbweisser Wolle, Arch. zu Admont; Wichner, Gesch. v. Admont II. S. 318, Nr. 159; v. Zahn, Urkundenbuch f. Strmk. II, (1879) S. 435—436, Nr. 330.

89. Viktring.

c. 1235, ..., Viktring. Heinrich von Scharfenberg bestätigt die Schenkung von drei Huben zu Slitreisdorf, welche seine Grossmutter Mahtildis dem Kloster Viktring gewidmet hatte.

In nomine sancte et individue trinitatis. Universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis Hainricus de Scherphinberch salutem. Quoniam ea que a fidelibus Christi pia devotione in elemosinam, dum pro se suisque successoribus conferuntur, labentibus annis a memoria sol[ent] evanescere, universitati vestre presenti scripto cupimus innotescere quod ava mea Mehthildis nomine pie memorie pro remedio avi mei Hainrici tres mansos in Slitreisdorf sitos fratribus in Victoria deo devote inibi famulantibus contulit iure perpetuo permansuros. Ut igitur hec in perpetuum permaneant inconvulsa iuxta peticionem venerabilis abbatis Johannis ac conventus prefati cenobii manu fratrum meorum sigilli nostri munimine roboravimus. Huius autem confirmationis testes pro habundanti cautela decrevimus in-

scribendos videlicet dominum Gerhardum de Heilek et Albertum de Holinburch.

Orig. im Archive des Kärnt. Geschichtsvereins mit an Pergamentstreifen hängendem verletzten Siegel des Ausstellers.

90. Obernburg.

c. 1235, ..., ... Gebhard von Lemberg (-Saneck) verpfändet dem Kloster Obernburg seine Vogtei auf dessen Gütern in der Mark und beim Kloster selbst (in Marchia et Oberenburch) um 12 Mark Münze. U. d. Zeugen: H(einricus) Leibacensis, M. sancti Petri plebani.

Orig. im steier. Landesarchive — v. Zahn, Urkb. f. Strmk II, 439, Nr. 334.

91. Freising.

1236, Juli, ... Herzog Friedrich von Oesterreich verpfändet dem Bisthume Freising für 500 Mark, welche sein Vater noch aus dem Lehen der Windischen Mark demselben schuldete, den Markt Aschbach in Nieder-Oesterreich, den er als Lehen von Freising besass.

Fr. dei gratia dux Austrie et Styrie et dominus Carniole. Tenore presentium notum fieri volumus vniversis, quod nos forum Aspach quod ab ecclesia Frisingensi in fevdo habere dinoscimur, venerabili domino nostro eiusdem episcopo pro quingentis marcis argenti quas pro feudo marchionis Ystrie quod est in Marchia, pie memorie pater noster eidem ecclesie tenebatur, obligavimus, tali pacto quod cum nos dictam pecuniam episcopo memorato vel eius successori solverimus, predictum forum nomine fevdi ad nos redeat absolutum. Ad cuius rei memoriam presentem paginam venerabilis domini nostri archiepiscopi Salzburgensis et nostri sigillis iussimus communiri. Datum anno incarnationis domini M.C.C.XXXVI., viiii. indictione, mense julii.

Orig., Pgt., von 2 angehgt. Siegeln nur mehr unbedeutende Bruchstücke, k. Reichsarchiv zu München; ebendas. Cod. 191, f. 34'; Meichelbeck II./1, 15; Zahn, Cod. Austr. Fris. I, 132—133, Nr. 135.

92. Brixen — Veldes.

1236, . . . August, Brixen. K. Friedrich II. bezeugt, dass der Bischof von Brixen aus Altersschwäche auf die Ausübung der Regalien im Gebiete seines Bisthumes verzichtet, und die Verwaltung derselben mit

Zustimmung des Capitels sowie seiner Ministerialen dem Kaiser übertragen habe. K. Friedrich beauftragt nun seinerseits den Herzog von Kärnten mit der Bewachung des Schlosses Veldes bei Lebzeiten des Kirchenfürsten, wogegen die dortigen Einkünfte dem Bischofe vorbehalten sein sollten.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis quod cum per terram dilecti principis nostri venerabilis Brixinensis episcopi transitum faceremus cum victorioso exercitu nostro in Ytaliam processuri et quamplurimum clamores et querimonie nostram audienciam propulsarent, quod multis dampnis et oppressionibus subiacerent, nec iusticiam consequi poterant nec habere, cum undique malefactores irruerent et lator iusticie non adesset canonici quoque et ministeriales Brixinenses amissionem jurium ecclesie allegarent. Nos dictum episcopum ad presentiam nostram vocavimus et requisivimus, quod cum dux esset et iusticiarius terre, qualiter contingeret hic defectus, et ipse malefactorum instanciam ac debilitatem corporis ac sue inpotenciam senectutis allegaret presentialiter coram nobis, tandem consulente nobis sibi ut inveniret viam consilii per quam pauperibus et divitibus parvis et magnis iusticia servaretur et fideles ecclesie sub tot pressuris et angustiis non perirent nec privaretur ecclesia bonis suis deliberavit cum principibus qui presentes aderant et cum confratribus suis capitulo et ministerialibus ecclesie Brixinensis nec commodiorem potuit habere materiam eisdem capitulo et ministerialibus de communi consilio et assensu suam informantibus voluntatem, quam quod excellencie nostre humiliter supplicavit exposita in nostra presencia iusta causa, per quam regalibus ecclesie cedent spontanea voluntate in manibus nostris, una cum eisdem confratribus suis capitulo et de assensu et consilio ministerialium suorum, resignavit omnia iura regalia eiusdem ecclesie tam in castris quam in civitatibus villis opidis ministerialibus, hominibus et aliis rationibus suis in nostra et imperii custodia procuracione et defensione singula committens, ut ea custodiri ad indempnitatem ecclesie faciamus et efficaciter procurari et ut amodo judicem nostrum statuamus qui auctoritate nostra et imperii iusticiam omnibus fidelibus ecclesie faciat et conservet. Castrum quoque Veldes committemus dilecto principi nostro duci Karynthye in vita episcopi ad usus suos et ecclesie conservandum. Nominatus modo episcopus re-

servavit sibi pro sustentacione sua redditus eiusdem castri Veldes et duo officia Anras scilicet et Licerhouen, que in vita sua ad usus et commoda sua tenebit. Veniet etiam et morabitur sub protectione imperiali in ecclesia et civitate sua iura spiritualia exercendo. Promisit insuper quod si quando de bonis vel aliqua de feudis ecclesie vacaverint nullam alienationem vel collationem aliquam faciet sine connivencia et consensu capituli confratrum suorum et ministerialium ecclesie fidelium nostrorum, nec ipsorum bonorum sive illorum qui sibi in vita sua ad usus suos retinuit ullam obligationem seu subtractionem faciet ullo modo, promisit et plena fide quod aliquo ingenio sive dolo contra predictam resignationem et commissionem non veniet per se vel submissam personam aliquid attemptando immo predicta omnia prout cessit et resignavit nobis et imperio sicut in autentico scripto inde confecto, suo et capituli sui sigillato sigillo plenius continetur conservabit per omnia illibata. Nos autem ad preces dilecti principis predicti episcopi, canonicorum et ministerialium ecclesie fidelium nostrorum imperiali favore predicta omnia complectentes presentis de scripti robore communimus, ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Huius rei testes sunt: C. Constanciensis episcopus, C. Sancti Galli et . . Augensis abbates, H. lantgravius Thuringie, H. marchio de Burgove fratres lantgravy de Luckenberge, H. imperii marescalcus, H. prepositus majoris ecclesie, H. decanus, comes Egeno de Epan, Albertus de Rodanc,[1]) fratres de Scenkenberc et alii quam plures ministeriales Brixinensis ecclesie.

Acta sunt hec apud Brixinam anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo, trecesimo sexto, mense augusti IX^{e} indictionis. Datum in castris apud Brixinam anno mence et indictione prescriptis.

Orig. im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien. Schlechter Abdruck in Hormayr's Beiträgen z. Geschichte Tirols im Mittelalter II, 321, Nr. 138; Notizenblatt der k. Akademie d. Wissenschaften zu Wien 1857, S. 280.

93. Deutscher Orden.

1237, . . . Febr., Wien. Kaiser Friedrich II. nimmt die Besitzungen des Deutschordens in Oesterreich, Steiermark und Krain in seinen besonderen Schutz, und betont namentlich desselben Gerichts- und Mautfreiheit.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Quanto de manu Domini potiora suscipimus

[1]) Copie: Bodanc.

et celesti munere spaciis opibusque terrarum potenter extollitur sceptrum nostrum, tanto gratius ad honorem largitoris assurgimus, si loca religiosa et domos cultui suo et nomini dedicatas liberaliter honoramus. Hac ergo ducti consideratione piissima notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod cum sacram domum sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem tamquam progenitorum nostrorum opus favorabili complectamur affectu, et ubique per imperium nostrum protectione nostra gaudeat et favore, similem si gratiam in ducatibus Austrie et Styrie et marchia Carniole ampliantes, domos eiusdem ordinis sitas in provinciis memoratis cum preceptoribus, fratribus, hominibus, colonis, servientibus et famulis eorum, nec non cum omnibus bonis que in presentiarum iuste tenent et possident, vel in antea iustis titulis poterunt adipisci, sub nostra et imperii protectione recepimus speciali, eximentes eas ab omni seculari iudicio, munere serviciorum et exactionum onere secundum indultam eis eiusdem ordinis libertatem. Committimus insuper deffensionem ipsorum vicariis nostris in eisdem procurandis provinciis pro tempore ab imperio constitutis, nec non et provincialibus iudicibus, quibus etiam demandamus ut causas et questiones ipsarum domorum et fratrum quotiens emerserint in suis iurisditionibus, ad eorum querimoniam audiant et decidant, alias non inquietantes statum ipsorum in bonis suis, nec trahentes eos ad secularia iudicia, sed propriam quietem et indempnitatem predictarum domorum, fratrum, hominum, colonorum et totius familie eorundem conservent favore nostri nominis et honore. Preterea ex habundanti gratia nostra eximimus predictas domos in hominibus, prediis suis, cultis et incultis, habitis et habendis, cum pratis, pascuis, venationibus, piscationibus ab omni iure secularis iudicii, ut nulli iudicum liceat aliquam placitationis formam in prediis ecclesie exercere, vel homines ipsius ecclesie sive colonos sive proprios sive censuales ad standum suo iudicio cohercere, neque de navigationibus sive de vectionibus venalium suorum aliquid ab eis exigere. Volumus enim, ut ipsa ecclesia predia et omnes cause que in ipsis emerserint, ab omni iurisditione seculari tam integre sint exempta, ut de ipsis soli magistro, preceptoribus et fratribus liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quod si apparentia furti vel latrocinii, aut aliquod genus maleficii quod malefici mortem exigit, in homine ecclesie fuerit deprehensum, quia religiosarum personarum ordo executionem crimi-

nalis iudicii sibi non vendicat, omni possessione rei tam mobilis quam immobilis ecclesie adiudicata, sola nocentis et nuda persona seculari iudicio assignetur, omni tamen culpa que pecuniarias exigit compositiones, adiudicata ecclesie et concessa. Insuper concedimus predictis domibus et fratribus earundem, ut propria victualia, annonam, videlicet salem, carnem, caseos, pisces, oleum, vinum, pecudes et alia bona ad usum eorum competentia tam in aquis quam in terris sine theloneis, mutis, vectigalibus et exactionibus aliis deducant salubriter et quiete, scituris insuper universis quod quicunque contra presentis protectionis, exemptionis et concessionis nostre paginam venerint, offensam nostre indignationis incurrent, et insuper penam centum marcarum argenti se noverint incursuros, quarum medietas curie nostre, reliqua passis iniuriam persolvetur. Ad cuius rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri fecimus et sigillo nostro iussimus communiri. Testes autem sunt hii: W. rex Boemie, Bertholdus Aquilegensis patriarcha, Sifridus Maguntinus, Theodericus Treverensis et Eberhardus Salzburgensis archiepiscopi, Ecgebertus Babenbergensis, Sifridus Ratisponensis imperialis aule cancellarius episcopi, Otto comes palatinus Reni dux Bawarie, Bernhardus dux Charinthie, Heinricus lantgrauius Thuringie comes palatinus Saxonie, Gothefridus et Conradus fratres de Hohenloch, Conradus, Liutholdus fratres de Hardecge, Otto de Sluenze, Heinricus et Wernhardus fratres de Schowenberc, Kadoldus dapifer de Veldesberc, Hademarus et Rapoto de Schoenenberc, Hademarus de Sunnenberc, Heinricus de Brunnen, Irenfridus de Hinperc cum fratribus suis, Wichardus de Arnstein, Heinricus de Sevelt de partibus Austrie, comes Vlricus de Phannenberc, comes Willehelmus de Hunenberc comes, Hermannus de Ortenburc, Liutholdus et Vlricus de Wildonia, Fridericus et Hartnidus de Bettove, Reinbertus de Mûrecge, Heinricus de Truhse cum quam pluribus aliis de Styria, comes[1]) Galle de Carniola et alii quam plures qui interfuerunt. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense februario, decime indictionis, imperante domino nostro Friderico dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, Romani imperii eius decimo octavo, regni Jerusalem duodecimo, regni vero Sicilie tricesimo octavo, feliciter amen. Datum Wienne anno, mense, indictione prescriptis.

[1]) Wohl nur ein lapsus calami für Conrad (Galle).

Org., Pgt., anhgdes. Sieg., Deutschordensarchiv zu Wien. — Duellius: Hist. ord. equ. Teuton. Ill. 49. Nr. 3; v. Zahn, Urkundenbuch f. Strmk. II. (1879) 454—457, Nr. 349.

94. Deutscher Orden.

1237, . . . Febr., Wien. K. Friedrich II. bringt den Mautämtern in Oesterreich, Steiermark und Krain die dem Deutschorden gewährte Mautfreiheit zur Kenntnis.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Universis officialibus, mutariis et ceteris per ducatus Austrie et Styrie, nec non per marchiam Carniole constitutis presentes litteras inspecturis fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum. Tenore presentium notum fieri volumus universis, quod ob illius intuitum et honorem de cuius bonorum plenitudine votiva nobis dona proveniunt, volentes nostre liberalitatis gratiam erga sanctam Domum sancte Marie Theutonicorum in imperio clementer effusam ubique per potentiam nostram et imperium liberaliter ampliari, domibus eiusdem ordinis in eisdem provinciis constitutis de victualibus et aliis propriis bonis earundem domorum, quacunque terra vel aqua detulerint, plenam concedimus libertatem, universitati vestre firmiter precipiendo mandantes, quatenus singuli in iurisditionibus et officiis vestris predictarum provinciarum fratres earundem domorum victualia et alias res proprias deferentes transire et deferre sine qualibet exactione mute et thelonei libere permittatis, ut felici tempore nostro de speciali concessione nostra libertatem huiusmodi se gaudeant liberaliter recepisse. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum Wienne, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense februario, decima indictione.

Orig., Prg., anhgd. Sieg., Deutschordensarchiv zu Wien; v. Zahn, Urkundenbuch f. Strmk. II, (1879) 457, Nr. 350.

95. Patriarchat Aquileia — Obernburg.

1237, 2. April, Viterbo. Papst Gregor IX. beauftragt die Bischöfe von Cittanuova (Emona) und Triest die Bitte des Patriarchen Berthold von Aquileia um Errichtung eines Bisthums in dem Kloster Obernburg, oder um Uebertragung des Bisthums Biben (Pedena) an jenen Ort, genau zu untersuchen und dann darüber zu berichten, weil der Patriarch sich beklagte, dass ein grosser Theil seiner bis nach

Ungarn hinein reichenden Dioecese an Priestermangel leide, und bei der grossen Ausdehnung des Patriarhats das Seelenheil der Gläubigen nicht genügend gewahrt werden könne.

Datum Viterbii, quarto nonas aprilis, pontificatus nostri anno undecimo.

Gedruckt: J. Bianchi, Nonnulla documenta .. Notizenblatt d. k. Akad. 1858, 402; Theiner, Vet. mon. Slav. merid. I, 75, Nr. 91; v. Zahn, Urkundenbuch f. Steiermark II, S. 460.

96. Laas.

1237, . . ., im Markte Laas. Ulrich Graf von Sternberg und dessen Bruder Wilhelm, Graf von Mallentin bezeugen, dass sie ihren Ministerialen den edlen Mannen zu Laas alle Rechte bestätigten, welche diesen von ihrem verstorbenen Vater verliehen worden waren.

In nomine dei eterni amen Wlricus comes de Sterenberch et Willehalmus frater eius comes in Mallentin cunctis hanc paginam inspecturis salutem in perpetuum. Ut ea que ob maioris gracie nostre benevolenciam dilectis ministerialibus nostris ac nobilibus viris in Lôs constitutis inpendimus pocioris firmamenti robur obtineant, ipsa presentium tenore litterarum subnotamus. Cum igitur post obitum progenitoris nostri pie memorie hereditas ipsius ad nos devoluta fuisset, nos itaque predictis ministerialibus nostris omnis juris plenitudinem quam a progenitore nostro tenuerunt efficacius habere concessimus, videlicet quod hereditas ipsorum tam ad filias quam ad filios jure hereditario sive feudum, seu allodium devolvatur quod si parentes heredibus caruerint propinquiori cedat congnacioni. Et quicunque contra graciam domini sui fecerit non maioris pene emendacionem teneatur, quam denarios L$\overset{a}{\text{X}}$ domino persolvendos. Et ut in causis judiciarii ordinis quilibet de hominibus suis exhibeat satisfactionem nec alter judicandi potestatem in ipsis habeat exceptis latronibus et furibus dignis suspendio, in quibus dominus terre potestatem habet judicandi. Nos etiam vel aliquis successorum nostrorum eosdem nullatenus in bonis eorum noctationibus gravare presumat, fenum vel annonam vel alias res ab ipsis extorquendo. Nullam etiam aliquis exactionem nomine juris de silvis vel nemoribus in antea paciatur. Acta sunt hec in foro, anno gracie domini M$\overset{o}{\text{C}}\overset{o}{\text{C}}$ X$\overset{o}{\text{X}}$X VII. In presencia domini Friderici de Valchenberch, domini Gebehardi de Votsperc, domini Herbordi et Ottonis fratris sui de Owersperc, domini

Vitemari et Hainrici de Sterenberch et aliorum quam plurium; ut autem hec rata et inconvulsa permaneant presencium paginam sigillorum nostrorum inpensione fecimus insigniri.

Orig., Perg., zwei häng. Siegel, im k. k. H.-, H.- u. Staatsarchive zu Wien.

97. Sittich.

1237, ... , ... Leopold Poden verkauft dem Abte Johann von Sittich drei Huben im Dorfe Pollan gelegen.

Valv. Cop in der erzb. Bibl. zu Agram, Mitth. a. d. Benedict. Orden (1881) S. 81.

98. Aquileia.

1238, 13. Jänner, Wippach. Patriarch Berhtold von Aquileia und Meinhard Graf von Görz verbinden sich zu gemeinsamen Vorgehen gegen die Bewohner von Capodistria, um diese zur Sühne der zugefügten Beleidigungen zu zwingen.

Acta sunt hec apud Wippach anno domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo, undecima indictione, tredecimo die januarii.

Gedruckt: Notizenblatt d. k. Akad. zu Wien 1857, S. 281.

99. Sittich.

1238, (vor 17. Februar), Admont. Sophia, Markgräfin von Istrien schenkt dem Kloster Sittich acht Huben bei Liebeck im Orte Buch und stiftet ein Anniversarium für ihr, ihres Gemals Heinrich weiland Markgrafen von Istrien, ihrer Eltern und aller ihrer Ahnen Seelenheil, die das Kloster gestiftet haben und daselbst begraben worden sind.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Creator rerum creato a se homini voluit inesse pietatem, (humanitatem) et charitatem ut alter alterius adminiculo fulciretur, et unius indigentia alterius beneficio leniretur. Quare ergo divina institutione naturalis haec societas et benevolentiae charitas inter homines ratione utentes conflata est, sanctorum necessitatibus communicare, et eorum indigentiam pro posse nostro tenemur sublevare. Idcirco ego Sophia quondam [1]) Hystrae marchionissa videns et videndo intelligens fratres Sitticenses et ecclesiam Sitticensem nullius terreni commodi et rerum transeuntium aliquod speciale emolumentum a me fuisse consecutos, viscera charitatis ab eisdem claudere non potui, si ipsis subvenire

[1]) quaedam.

volui, et de patrimonio meo haereditario nominatae ecclesiae et dictis fratribus octo mansos libere et absolute contuli circa Liebekke sitos in loco, qui vulgariter Pûche est dictus, cum omnibus pertinentiis suis, exitibus et introitibus, quaesitis et inquirendis, cum omni denique libertate, qua idem proedium notum est me hactenus possedisse, feci hoc pro salute animae meae, et dilecti mariti mei Henrici quondam marchionis Hystriae nec non et pro salute animarum patris et matris meae, omniumque parentum meorum, qui et dictum coenobium fundaverunt, et ibidem sepulturam ecclesiasticam sunt consecuti, hac conditione interposita, quod de dictis octo mansis annuum servitium fratribus in albo pane et caseo, majore mensura vini et piscibus pro dimidia marca comparandis debeat exhiberi, pro anniversario dilecti mariti mei, et omnium parentum meorum, et meo, cum viam universae carnis fuero ingressa, domino misericorditer me vocante.

Acta sunt haec Admundae anno incarnationis dominicae M.CCXXXVIII. Hujus rei testes sunt: Godefridus, Vlricus, Godfridus junior et frater suus Henricus de Prisekke, Albertus, et Albertus frater suus, et Nicolaus filius Rodgeri de Ruttenberch, Adeloldus, Albero, Robertus, Fridericus fratres de Hopfenbach, et alii multi.

Ut autem haec donatio mea firma sit et inconvulsa, sigilli mei impressione feci praesentem pagina roborari.

Cop., Pap., nach einer älteren Abschrift in meiner Sammlung.

100. Sittich.

1238, 17. Februar, Admont. Sophie, Markgräfin von Istrien stellt eine zweite Urkunde über das von ihr bei dem Kloster Sittich mit 8 Huben zu Liebeck im Orte Buch gestiftete Anniversarium und benennt zugleich die Eigenleute, welche mit den Huben verschenkt worden waren.

+ In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Si sanctorum necessitatibus in hieme praesentis vitae communicamus, et de rebus a deo nobis collatis eorum inopiam sublevamus, aeternos inde manipulos in futura aestate domino largiente nos colligere non dubitamus. Quo circa cunctis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris innotescat, quod ego Sophia quondam Hystriae marchionissa ecclesiae Sitticensi ac fratribus ibidem domino jugiter famulantibus octo mansos libere et absolute contuli circa Liebekke sitos, in loco qui vulgariter Pouche est dictus, cum omnibus pertinentiis suis introitibus et exitibus, quaesitis et inquirendis, cum omni denique liber-

tate qua nominatum proedium possidebam, feci hoc pro salute animae dilectissimi mariti mei quondam marchionis Hystriae et pro salute animae meae, omniumque parentum meorum qui et dictum coenobium fundaverunt, et ibidem ecclesiasticam sepulturam sunt consecuti, hac conditione interposita, quod de dictis octo mansis annuum servitium fratribus jam dictis in albo pane et caseo, maiore mensura vini et piscibus pro dimidia marca comparandis debeat exhiberi, pro anniversario dilecti mariti mei omniumque parentum meorum, et meo cum viam universae carnis fuero ingressa domino misericorditer me vocante. Volui autem exprimere nomina personarum propter cautelam, quae residentiam habent in proedio nominato, quod et contuli monasterio Sitticensi, videlicet: Marse, Johanes, Ulricus, Wissenten filius Dedoche, Itoigoÿ, Hartmut, Ulricus tornator quem et ecclesiae praefatae contuli cum omni prole sua. Si quis autem hanc nostram donationem infregerit, aut eidem contradixerit, cum Dathan et Abyron aeternae subjaceat maledictioni. Ut autem hoc verius credatur et haec donatio mea firma et inconvulsa perseveret, sigilli mei inpressione feci praesentem paginam roborari. Hujus rei testes sunt: Chunradus abbas de Admunde, Chunradus abbas de Sittich, Wilehelmus prior, Henricus sacerdos de Sittik, Meinhalmus [1]) de Drage, Berenhardus de Karinthia et alii multi. Acta sunt haec Admundae anno incarnationis dominicae millesimo ducentesimo tricesimo VIII. XIII. calendas martii, indictione undecima.

2 ältere Copien, Pap. in meiner Sammlung; Auszüge in Puzels idiographia mon. Sittic. S. 22 und bei Marian, VII, 316 ff.

101. Eberndorf.

1238, 28. April, Ober-Vellach. Bertold, Patriarch von Aquileia vertauscht die dem Kloster Eberndorf gehörige Kirche St. Lorenzen zu Stein im Jaunthale gegen die Kirche St. Daniel ebendaselbst.

Ad ejus rei evidentiam nobilis vir Albertus comes de Tyrolis, qui presens extitit cum haec acta sunt apud Velacum, praesentem paginam sigilli sui munimine roboravit in praesentia . . . doctoris Friderici, plebani de Stain in Carniola . . . et aliorum.

Froelich, Archontol. Carinthiae S. 121; Eichhorns Beitr. I. S. 229—230.

102. Michelstetten.

1238, vor 11. December, ... Gerloch von Stein bekundet, dass er mit genannten Personen seines Geschlechtes über Veranlassung des

[1]) In beiden Abschriften Reinhalmus.

Abtes (Albert) von Obernburg ein Frauenkloster zu Michelstetten gestiftet habe.

+ In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quoniam frequens revolucio temporum consuevit hiis que provida deliberacione statuuntur, frequencius insydiari fragilem memoriam hominum enervando, que ad honorem dei et salutem animarum ordinantur expedit scripture que arca est memorie commendari. Hinc est, quod omnium presencium ac posterorum noticie declaramus hanc litteram inspicientibus, quod ego Gerlochus de Steyn una cum fratribus meis Weriando et Walthero, Rizza uxore fratris mei et filio eius Weriando, Margareta, filia fratris mei Heinrici bone memorie et omnium maiorum et minorum ad quos hereditas nostra spectabat pleno consensu obtento ecclesiam sancte Margarete de Michelstetin [1]) cum attinenciis eiusdem beate virgini obtulimus, in eius honore claustrum fundantes eiusque unigenitum nobis heredem constituentes in valle eidem vicina ecclesie, abrenunciantes iuri patronatus pariter et advocacie, ita quod religiose ibidem deo famulantes liberam electionem habeant sibi eligendi defensorem quem viderint expedire, et ne idem ius aliquot [2]) sibi procedente tempore valeat vendicare, et illum cum voluerint mutandi si expediat habeant potestatem. Ea die qua votum mutavimus in melius divina inspiracione, ecclesia dicta habuit XXVIII mansos; nonus in Velde quem domina Rizza dedit pro remedio anime viri sui debet lumen ecclesie sancte Margarete et altari sancti Michahelis amministrare. Insuper XLV mansos decimarum data [2]) ecclesia memorata dominus Weriandus huic novelle plantacioni decem mansos super addidit de suo patrimonio cum consensu heredum, quorum quatuor siti sunt ad sanctum Georium et unus in Hv̂lwe, V in Olswic, et XIIII^{cim} personas et vineam in Pischat. Ego Gerlochus dedi XIIII^{cim} mansos in Michelstetin, curiam que continet IIII^{or} et silvam eidem atinentem [2]) et silvam domini Rv̊degeri. In Wpp olach VI, in Pesche IIII^{or} et VI personas. Domina Munza et filius eius in Tupelc IIII^{or} mansos et VI personas. Soror Margareta cum consensu fratrum suorum IIII^{or} mansos in Pernecke et unum in Tvztan. Dominus Waltherus unum mansum in Olswic et unam ancillam. Dominus Heinricus de Cherstetin vineam et dominus Johannes vineam. Verum ne id quod ob reverenciam domini nostri Jhesu Christi et gloriose matris

[1]) Es folgt im Orig., durch darunter gesetzte Puncte getilgt: dedimus. — [2]) sic.

sue regine celorum ad salutis nostre fecimus augmentum, quis in irritum valeat revocare, sigilli nostri et domini abbatis Oberenburgensis et vicedomini de Graeze fecimus roborari, asignantes [1]) eidem abbati vicedomini pathriarche et auctoritate omnia premissa, volentes insuper in edifficiis favorem et auxilium impendere quem possumus et tenemur. Acta sunt hec anno gracie M. CC. XXXVIII, presentibus domino abbate dicto qui auctor fuit et cooperator prebens subsidium C marcarum, et Berhtoldo archidiacono Villacensi, domino Berhtoldo de Gurkevelde, Chonrado Gallone, Berhtoldo sacerdote, Heinrico de Michelstetin, Heinrico de Cherstetin militibus, decano Saunie Chonrado, Friderico plebano de Steyn et aliis famulis liberisque quam plurimis.

Orig., Perg., im k. k. H.-, H.- und Staatsarchive. Von fünf angehängt gewesenen Siegeln nur zwei erhalten.

103. Michelstetten.

1238, 11. December, Michelstetten. Patriarch Berhtold von Aquileia genehmigt auf Bitte des Pfarrers von Mannsburg Weriand und der übrigen Gebrüder von Stein, sowie des Abtes Albert von Obernburg, die Gründung des Frauenklosters zu Michelstetten.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Berhtoldus dei gracia sancte Aquilegiensis ecclesie pathriarca. Quoniam que iustis et piis interdum ducti affectibus presentis temporis agunt, homines non solum subsequens enervat oblivio immo proh dolor eadem iidem quandoque et aliquando alii perniciose nituntur revocare infringere vel mutare auctrice que veritatis est emula levitate. Cui equidem instigatio inimici bonorum aperum sathane officiosissima adesse consuevit ministra. Eapropter necessario et salubriter est inventum, quod gesta fidelium rationabiliter et rite contracta, ut in suo robore perseverent, scripti perpetuatione et memoria perennentur. Illa autem precipue digna sunt apud homines firmitate, que apud conditorem hominum auctoribus suis eterne felicitatis dona preparant sempiterna. Noverint igitur universi presentes et futuri fideles hanc paginam inspecturi, quod constituti coram nobis dilecti nobis in Christo Weriandus plebanus de Meingozpvrch, Gerlochus et Waltherus fratres de Steine et Rihza vidua filiusque eius Weriandus, et venerabilis in Christo filius noster Albertus abbas Obirnbvrgensis supplicarunt humiliter et devote, quatenus quia ei a quo bona cuncta procedunt gra-

[1]) sic.

cia imbuti in valle sancte Marie apud Michelstetin locum orationis et domum domino Jesu Christo et gloriose genitrici sue preparabant, invitatis et collectis illuc sororibus de Ciegelhoven in Wienna sancte conversationis secundum regulam beati Augustini religionem profitentibus eidem eorum fundationi impendere curaremus subsidium pariter et assensum. Nos itaque sanctum eorum commendantes propositum et supplicationibus adeo favorabilibus annuentes novellam eorum eandem et sacram plantacionem auctoritate qua fungimur duximus confirmandam. Statuentes communicato consilio tocius capituli Aquilegensis et adhibita condigna maturitate presenti sanctientes mandato quatenus sorores apud dictam vallem sancte Marie domino famulantes magistram que nomine et officio prioratus fungatur super se habeant, sancti Augustini regulam teneant iuxta regulam beati Benedicti abesu carnium et lineis indumentis nichilominus abstineant per observanciam ieiuniorum sancti Benedicti vitam suam presentem pro amore domini arcius castigantes. Ad eiusdem autem fundationis ipsorum incrementum predicti Weriandus, Gerlochus et Waltherus fratres de Steyn et Weriandus quondam Beronis fratris ipsorum filius et filii quondam Heinrici fratris eorundem pro se et heredibus suis ius patronatus quod in ecclesia de Michelstetin obtinebant in nostris manibus resignarunt, ita quod eâdem ecclesia cum omnibus bonis suis exitibus, silvis, aquis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, et universis suis pertinentiis ad monasterium predicte vallis sancte Marie perpetuo debeat pertinere. Jidem quoque fratres et prefati fratrueles eorum, nec non filii Gebhardi de Liligenberc et filii Engelschalci de Rabinsperch advocatiam etiam dicte ecclesie pro se et heredibus suis in nostris manibus similiter resignarunt, eo modo, quod monasterium vallis sancte Marie in ecclesia ipsa et eius attenenciis per omnia nostra et successorum nostrorum protectionis presidio gaudeat speciali, nobis tamen vel successoribus nostris conferendi advocaciam eandem alicui usque quoque non habentibus potestatem. Preterea fratres predicti Weriandus, Gerlochus et Waltherus de Stein in nostra induiserunt presencia constituti, quod homines eorum bona quecumque ab ipsis feudaliter obtinerent pro animarum suarum remedio dicto monasterio legare possent tamquam propria perpetua possidenda. Diem insuper messionis extreme memorati fratres habundancius et quidam alii iuxta facultates suas cupientes miserationis operibus prevenire sepe dicto monasterio de bonis suis larga

subsidia liberaliter erogarunt. Que ecce per loca et vocabula subscriptio presens exponit: Weriandus dictus plebanus de Meingozperch de iusto patrimonio suo consensu fratrum suorum atque coheredum omnium dedit atque legavit ipsi monasterio quatuor mansos apud sanctum Georgium, V in Olswic, unum apud Hvlwin, unam vineam apud Peihscat; item Gerlochus de Stein legavit eidem monasterio curiam suam apud Michelstetin cum omnibus pertinenciis suis, et quatuor mansos apud Peschs, et VI mansos apud Wôpulach; item Waltherus de Stein dedit eidem monasterio unum mansum apud Olswic; item domina Rihza vidua et filius eius Weriandus dederunt eidem monasterio quatuor mansos apud Tvpelich, item soror Margareta ibidem deo famulans dedit ecclesie monasterio quatuor mansos apud Pernekke et unum apud Tvztan; item dilectus noster in Christo Albertus abbas Obernburgensis dedit eidem monasterio XIIII mansos apud Vellde, quod emit pro LX marcis addens usque ad centum cum precedentibus in usum eiusdem ecclesie convertendas auctoritate domini pape et nostra, et omnium mansorum predictorum monasterium predictum et sorores possessione utuntur et usibus in presenti. Porro Heinricus dictus niger de Michelstetin duos mansos apud Olswic et unum apud Lausach, Heinricus dictus Liste unum mansum apud Kerstetin, et Rvbertus de Pernekke unum mansum apud Pernekke dicto monasterio legaverunt, hoc tamen pacto, quod ipsi dum vivant proventibus mansorum gaudeant predictorum, ceterum predicti, Weriandus et Gerlochus fratres de Steine edificare volentes in terris pro quibus inveniant paratum adeo sibi habitaculum in celis in quo perenniter in leticia delectentur, dicti monasterii edificia ita perficere providerunt, quod Weriandus ad edificia ipsa complenda quam diu vivit duobus magistris et aliis VI operariis in omnibus necessariis providebit et si ante consumationem edificiorum, que dicto monasterio et sororibus sunt necessaria ipsum contigerit de huius vite ergastulo migrare, fratri suo Gerlocho ad provisionem magistrorum et operariorum predictorum quam diu opus fuerit, de patrimonio suo X marcarum reditus assignabit. Gerlochus quoque omnia alia, que in eisdem edificiis ultra erogatas vel erogandas ipsi loco fidelium elemosinas que necessaria fuerint plenario ministrabit. Si vero antequam dicti monasterii perfecta sunt edificia nature debitum solverit Weriando adhuc forte superstite fratre suo eidem ad edificiorum perfectionem .XV. marcarum reditus de suo pa-

trimonio similiter assignabit. Quod si forte raptifuerint de medio ambo fratres predicti edificiis monasterii non perfectis, alii persone que ad hoc ydonea ipsis videbitur, bona sua predicta committent ad monasterii edificia ut prediximus consumanda. Nos itaque omnes traditiones sive donationes supradictas tam pie quam iuste factas, auctoritate nostra et potestate dominii temporalis quo gracia maiorum nostrorum fungebamur nec non et nomine dilecte neptis nostre Agnetis ducisse Austrie et fratris eiusdem Ottonis illustris ducis Meranie comitis palatini Burgundie nepotis nostri prefato monasterio perpetuo confirmamus. Super addentes quod quicumque ministerialium nostrorum de proprietate vel feudo ad nostrum vel neptis nostre sive nepotis supradicti dominium spectante, eidem ecclesie voluerit subvenire conferendi liberam habeat potestatem. Statuimus eciam, quod si homines dicti monasterii super furto, vel effusione sanguinis, vel alio excessa tracti fuerint, in causam sindicus sive iconomus sedent in latere inclitis terre sive forensis et si fur convictus fuerit et morti addictus, iudex ultra manum non extendat ad res furis nisi in furem et quod cinculo circumcinxit emende, vero que pro sanguinis effusione vel limitum aut aliorum excessuum contencione fuerint solvende ab hominibus dicti monasterii non iudici sed iconomo vel sindico ecclesie assignentur. Et ne monasterii eiusdem fundatio et persone ibidem domino militantes nostro et Aquilegensi ecclesie subsidio sint expertes, ob reverenciam gloriose dei genetricis Marie habito maturo consilio et assensu capituli nostri sicut per eorum appensum, presenti privilegio sigillum apparet eidem monasterio ecclesiam sancti Georgii damus atque concedimus pro sustentacione et necessitatibus sororum predictarum in perpetuum possidendam. Hoc tamen iure in ipsa ecclesia nobis et nostris successoribus reservato, quod in ipsa canonice instituamus vicarium eidem pro sustentatione sua conpetenti portionem de proventibus ecclesie congruam assignantes. Sane licet sacri canones a sanctis patribus editi in hoc concordent, quod quisque fidelis satisfaciens parrochie sue apud maiorem ecclesiam possit de iure communi eligere sepulturam in favorem tamen religionis et ob fidelium devotionem augendam monasterio memorato, ut in nostra dyocesi constituti ibidem sepulturam eligant, servata forma premissa de speciali gracia indulgemus. Ut autem hec omnia rata semper maneant et inconvulsa, presens privilegium conscribi et nostri et capituli Aquilegiensis et prefate neptis

nostre ducisse et nepotis nostri ducis prefati sigillorum munimine iussimus communiri. Quicunque autem ea infringere vel temerario ausu sacrilegoque impetu presumpserit sanctorum Petri et Pauli apostolorum nec non et domini pape et nostre excommunicationi atque perpetue dampnationi subiaceant in profundo inferni ubi nulla est redemptio nulla consolatio semper arsuri. Acta sunt hec in ecclesia sancte Margarete in Michilstetin, anno incarnationis dominice M°C°C°XXXVIII°, III. idus decembris. Presentibus venerabilibus domino Chvnrado episcopo Spirensi, Alberto abbate Obernburgensi, Heinrico archidiacono Carniole, Berhtoldo archidiacono Villacensi, Heinrico preposito de Veldes, Weriando plebano de Meingozpurc, Reinhero decano Carniole, Dietrico plebano sancte Marie, Craftone notario curie, Heinrico capellano, Berhtoldo marchione de Hohinburc, Gebhardo de Liligenberch, Berhtoldo de Gurkevelde, Chunrado Galle, Gebhardo juniore de Liligenberch et fratre eiusdem Witegone, Weriando filio Mvnze, Marquardo de Chvlniz, Eberhardo et Heinrico filiis Heinrici de Steyn, et aliis quorum copia interfuit.

Orig., Perg., im k. k. H.-, H.- und Staatsarchive, 4 verletzte Siegel an Seidenschnüren davon eines abgerissen.

104. Michelstetten.

1239, . . . September, Stein. Patriarch Berhtold von Aquileia incorporiert dem Kloster Marienthal (Michelstetten) über Bitte der Priorin Mechildis die von dem verstorbenen Dechant von Krain, Berhtold und dessen Neffen Heinrich gestiftete Thomas-Capelle unter angegebenen Bedingungen.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Bertholdus dei gracia sancte Aquilegensis sedis pathriarcha. Quia humane conditionis memoria ut pote fragilis super hiis que provida deliberatione ad honorem dei et ecclesiarum profectuum statuuntur consuevit frequenter propter revolutionem temporum enervari tractatus quoque scripture que est mater memorie sunt dilucide mancipandi. Hinc est, quod nos tam presencium quam posterorum noticie huius scripti serie declaramus, quod nos pensata utilitate ecclesie sancte Marie in Cirkelach, necnon et devotione dilectarum in Christo filiarum nostrarum Mechildis priorisse tunc pro tempore claustri vallis sancte Marie et conventus, fundationem capelle sancti Thome quam ad instanciam felicis recordationis Berhtoldi decani Carniole et nepotis eius Heinrici admiseramus de bono in melius commutavimus, communicato

tamen consilio virorum prudentium assignantes eandem capellam matrici ecclesie in carnarium et reddentes mansum beati Antonii in quo fundata dinoscitur eidem et mansum quem Wulvingus dicto Heinrico dederat quo idem Heinricus altare sancti Nycolai dotavit ad providendum lumen in fenestra iuxta idem altare locandum, ad tale ministerium ratificamus, residuam dotem capelle duos videlicet mansos in Tirnovlach et tres in Wizzoc super ripam que dicitur Coker sitos claustro vallis sancte Marie pleno iure dedimus possidendos sub hac forma, quod in aliquo latere claustri eiusdem altare in honore beati Thome apostoli erigatur, et translatis ossibus fundatorum ad dictum claustrum, idem altare in consecratione sua eisdem mansis supradictis dotetur et Florentius sacerdos qui ad nostrum consilium et peticionem sepedictam capellam resignavit quam diu vixerit, eidem altari et ecclesie divina exsolvat officia eique victus et servo ipsius et vestitus necessarius amministretur, et nichilominus redditus dicte dotis dum vivit ipsum quiete et pacifice volumus possidere. Si vero per inoportunitatem vel voluntatem priorisse non videretur necessarius ad exequendum officium ibidem, volumus ut ubicumque mansionem faciat casu sic se offerente, dotis dicte dum vivit gaudeat emolumento, et in nostra permaneat protectione. Sane post vite sue excursum, teneatur priorissa et conventus animabus fundatorum et orationibus assiduis, et in anniversariis beneficia pietatis deum pre oculis habentes de anno in annum fideliter exhibere. Sed nequis huius statuti nostri transgressa existat temerarius presentem paginam nostri sigilli inpressione ad firmius robur iussimus communiri. Cuius quidem rei testes sunt: Vlricus episcopus Tergestinus, abbas Obernburgensis, Berhtoldus archidiaconus Villacensis, Weriandús plebanús de Meingozperch, Heinricús capellanús curie, Bonecontrus notariús curie, et alii quam plures. Acta sunt hec apud Steine anno dominice incarn ationis millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense septembris, XIIIª indictione.

Orig., Prgt., im k. k. H.-, H.- u. Staatsarchive.

105. Michelstetten.

1239 . . . . Stein Berhtold, Patriarch von Aquileia gewährt allen Christgläubigen, die den Bau des Klosters Michelstetten durch Geschenke fördern würden einen Ablass.

Berhtoldus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie patriharca (!) Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint sa-

lutem et orationes in domino. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout gessimus in corpore, sive bonum sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis certam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam. Igitur quia novella sacre religionis plantacio in valle sancte Marie apud Michelsteten feliciter inchoata ad desideratum statum non poterit in construendis ibidem edificiis necessariis de facultatibus propriis pervenire, nec ejusdem loci ad provisionem sororum deo ibi die noctuque famulantium suppetunt facultates. Universitatem vestram rogamus in domino, monemus et hortamus attentiur, quatinus de bonis a deo collatis nobis, pro peccatorum vestrorum remissione dicto loco pro suis necessitatibus fidelium elemosinas deposcenti, pias elemosinas et gratuita subsidia conferatis, ut per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, percipere mereamini eterne felicitatis premia sempiterna. Nosque de misericordia dei omnipotentis et beatissime dei genetricis semperque virginis Marie nec non et preciosissimorum Ermachore et Fortunati martyrum patrociniis confidentes, omnibus qui loco supradicto suas elargiti fuerint elemosinas, quadraginta dies criminalium et quartam partem venialium de iniuncta sibi penitentia si digne penituerint, misericorditer in domino relaxamus. Datum apud Steine, anno incarnationis dominice MCCXXXVIIII. XII. indictione.

Orig., Prgt., im k. k. H.-, H.- und Staatsarchive, mit angehängtem Siegel.

106. Michelstetten.

1240, 31. Jänner, Stein (in Krain). Bertold Patriarch von Aquileia ermächtigt alle Pfarrer in Krain die Schädiger des Klosters Michelstetten, welche auf dreimaliges Ermahnen nicht gehorchen würden, mit Kirchenstrafen zu belegen.

B(erchtoldus) dei gracia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha dilectis filiis universis plebanis in Carniola constitutis salutem et benedictionem in domino. Cum pia loca defendere ab invasoribus ex potestate nobis a deo tradita teneamur, querela dominarum deo famulancium in claustro Michelsteten recepta, quod quidam iniuriantur eisdem et eis malitiose subtrahunt bona sua, universitati vestre di-

stricte precipiendo mandamus, quatinus vos iniuriatores et ablatores rerum suarum, ut ab iniuriatione desistant et ablata restituant, trina monitione premissa censura ecclesiastica compescatis, quandocumque ab eis vel earum nuncio fueritis requisiti. Datum apud Steine ultimo ianuarii, XIII indictionis.

Orig., Prgmt., mit an weissen Leinenfäden angehängtem, theilweise verletztem Wachssiegel des Patriarchen im k. k. H.-, H.- und Staatsarchive in Wien.

107. Sittich.

1240, 9. April, Lateran. Papst Gregor IX. beauftragt den Patriarchen von Aquileia sowie dessen Suffragane mit dem Schutze des Klosters Sittich und ermächtigt sie zur Verhängung von Kirchenstrafen über all diejenigen, welche sich am Vermögen des Klosters vergreifen würden.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus, patriarchae Aquilejensi et suffraganeis ejus et dilectis filijs abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, et alijs ecclesiarum praelatis per Aquilejensem provinciam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur, et canonicae sententiae severitas enervatur, ut viri religiosi et hi maxime qui per sedis apostolicae privilegia majori donati sunt libertate passim a malefactoribus suis injurias sustineant et rapinas dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat, et pro fovenda pauperum inocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filij abbas et conventus monasterij de Sittik Cisterciensis ordinis Aquilejensis dioecesis tam de frequentibus injurijs quam de ipsorum quotidiano defectu justitia conquerentes, universitatem vestram litteris petierunt apostolicis excitare, ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustijs, quas sustinent et praessuris vestro praesidio valeant respirare. Ideoque universitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus: quatenus illos qui possessiones, vel res, seu domos praedictorum abbatis et conventus irreverenter invaserint, aut ea injuste detinuerint, quae praedictis abbati et conventui ex testamento decedentium relinquuntur, sev in ipsos vel ipsorum aliquem contra apostolicae sedis indulta sententiam excomunicationis aut interdicti praesumpserint promulgare, vel decimas laborum de posses-

sionibus habitis ante concilium generale ante quod susceperunt ejusdem ordinis instituta, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, sive de nutrimentis animalium ipsorum spretis apostolicae sedis privilegijs extorquere, monitione praemissa si laici fuerint publice candelis accensis singuli vestrum in dioecesibus et ecclesijs vestris excomunicationis sententiam percellatis. Si vero ecclesiastici vel canonici regulares sev monachi fuerint eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis neutiquam relaxaturi sententiam donec praedictis abbati et conventui plenarie satisfaciant, et tam laici, quam ecclesiastici saeculares qui pro violenta manuum injectione in ipsos vel ipsorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati cum dioecesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvire.

Datum Laterani quinto idibus aprilis, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Copie Papier des 17. — 18. Jhrh. im Archive des krain. hist. Vereins; Puzel S. 22 zum Jahre 1239.

108. Viktring.

1240, 27. Juli, im Schlosse Holenburg. Hartneid von Pettau und Erkenger de Landesere geben dem Kloster Viktring zwei Huben in „Liplach“ und eine in Weitendorf. Unter den Zeugen: Wolferus de Nassenfuess.

Ankershofen, Arch. f. Kde. oest. Gqu. 32. Bd. 197, Nr. 986.

109. Viktring.

1240, 26. August, Leoben. Herzog Fridrich (II.) von Oesterreich und (I.) von Steiermark nimmt die Güter des Klosters Viktring in seinen Landen in besondern Schutz, und gewährt demselben namentlich gewisse Gerichtsfreiheiten.

Fridericus dei gracia dux Austrie et Stirie et dominus Carnyole. Omnibus hanc litteram inspecturis salutem inperpetuum. Libertati omnium deo famulantium ex debito intendentes notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod pro remedio anime nostre cunctorumque parentum nostrorum monasterium Victoriense cum omnibus que ad illud pertinent, in nostram et nostrorum successorum sine omni iure patronatus tutelam recepimus et favorem, tuicionis nostre scutum ipsi usque adeo pretendentes ut quicunque hanc ecclesiam in aliquo contristaverit, et bona ipsius quocunque modo diri-

puerit, quasi bona nostra invasisset, iram nostram se noverit incurrisse. Cum equidem universaliter ordo Cisterciensis nullum advocatum sed tantum defensorem debeat habere, modis omnibus inhibemus ut nullus sibi in predicto loco nomen vel officium advocati assumptis temeritatis ausibus conetur vendicare, nec modium advocacie extorqueat, non servicia aliqua exigat, non in villis suis prandia seu cenas pernoctando expectat, non boves, non oves non truncos apum, non anseres, non pullos, non ova, non manipulos, non avenam, non fenum, non exacciones, non opera aliqua grandia seu modica a servis vel rusticis ipsius exquirat, sed ecclesie pertinencia abbati et fratribus liberaliter sicut dignum et iustum est, deserviant pleno iure. Et quia per iniquitates iudicum edicencium diversa placita, plurima et enormia gravamina dicte ecclesie inferuntur, mandamus precipientes sub optentu gracie nostre, ut homines prediorum illius loci ter tantum in anno ad placita veniant, placita vero non locentur in claustro nec in grangiis, nec in villis, nec in mansis nec in plateis ecclesie. Procuratores etiam et rustici ecclesie eisdem placitis non intersint sine nuncio nostro, et respondeant ibi tantum pro vulneribus, pro homicidiis, pro latrociniis, pro furtis, rapinis, incendiis, et nullus ex hominibus claustri ad movendam querimoniam compellatur, et de bobus invadiatis accipiant secundum modum culpe, ac de causis ceteris et querimoniis minoribus respondeant abbati aut priori seu cellerario vel procuratoribus claustri. Igitur ut inconvulsa et rata hec cuncta permaneant, sigillo nostro ac testibus subscriptis iussimus roborari. Testes sunt hii, Eberhardus archiepiscopus Salzburgensis, Rudegerus episcopus Pataviensis, Heinricus episcopus Sekoensis, Liuprandus archidyaconus Charinthie, Bernhardus dux Karinthye, Chunradus comes de Hardeke, Otto comes de Ortenburch, Willehalmus comes de Hunenburch, Ulricus comes de Phannenberch, et alii quam plures. Datum apud Leuben, anno ab incarnatione Domini M.CC XL., XIII. indictionis, VII. kalendas septembris.

Orig., Pgt., angehgt. Siegel abgerissen, Archiv d. historisch. Vereins f. Kärnten; ebd. im Viktringer Copialb. f. 70; — Marian: Austr. sacra VII. 351; von Zahn, Urkundenbuch f. Strmk. II (1879), 497—498, Nr. 384.

110. St. Paul.

1240, 10. Oktober, Völkermarkt. Abt Hartwig von s. Paul verkauft den Bürgern von Völkermarkt mehrere Hofstätten um 15 Mark Pfenninge. Unter den Zeugen: Albertus de Lubeche.

Gedruckt bei B. Schroll Urkb. d. Kl. s. Paul, 124, Nr. 59.

111. Sittich.

1241, . . . Februar, Rann. Erzbischof Eberhard II. von Salzburg genehmiget, dass Fridrich von Pettau insolange dem Kloster Sittich sein Lehengut Kopreinitz widme, bis er dasselbe durch Hintangabe eigener Güter bei Stattenberg wieder lösen könnte.[1])

Nos Eberhardus dei gratia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus presenti cartula scire volumus universos publice protestantes, quod dominus Fridericus de Betto ob uxoris sue domine Heradis bone memorie delicti veniam ac etiam pro remissione peccaminum propriorum duodecim mansos conventui tradidit apud Sittich. Quamvis igitur predia sive feuda Salzburgensis, ecclesie ex antiquo iure ad manus devolui possint nullatenus alineas, nisi sint videlicet de familia ecclesie Salzburgensis, aut (ad) monasterium eidem subiectum ecclesie, dominus tamen Fridericus de Betto de nostro consensu villam Copreunicz[2]) quam a Salzburgensi ecclesia iure feudali retinet, predicto conventui tamdiu assignavit, quousque sepedictus Fridericus de predio sive proprietate memorate domine site apud Staetenburch totidem redditus libere tradiderit monasterio supradicto. Et ne procedente tempore in presenti negotio aliquid possit dubium exoriri, et etiam per nos aut nostros successores idem negotium in irritum revocetur, pro evidenti testimonio hanc paginam sigillo nostro fecimus insigniri. Huius rei testes sunt dominus Eberhardus de Schonenstein, Gotfridus Cheltzo, magister Heinricus de Lŏgingen, magister Heinricus plebanus de Betto, magister Heinricus canonicus Frisacensis noster notarius, et alii quam plures. Acta sunt hec apud Rein, anno Domini M.CC.XLI., indictione XIV.

Abschr. d. 18. Jahrh. krainisch. Museum zu Laibach; wegen des Datums vgl. Meiller: Salzburg. Regg. 277, Nr. 500; v. Zahn, Urkundenbuch f. Strmk. II. (1879) 507—508. Nr. 395.

112. Brixen—Veldes.

1241, 30. April, Patriarchsdorf (bei Lienz). Meinhard, Graf von Görz stellt unter näher bezeichneten Bedingungen dem Bischof Egno von Brixen das Schloss Veldes mit Ausnahme der Vogtei darüber zurück.

[1]) Darüber finden wir ein Regest bei Puzel, welches allem Anscheine nach aus der Urkunde und aus dem Urbar zusammengestellt, auch die Zahl der Huben des Lehengutes Kopreinitz bei Hörberg im Cillierkreise angibt. Das Regest lautet: 1241. Dominus Fridericus de Betto seu Pettovia, donat denuo sua munifica manu monasterio duodecim mansos in Copreinicz sitos, tanquam feudum Salisburgense, cum consensu Eberhardi archiepiscopi Salisburgensis. Puzels Idiogr. mon. Sittic. pg. 22. — [2]) Copie: Copeuniz.

In nomine Domini amen. Haec est forma compositionis et compromissionis inter dominos Egnonem Brixinensem electum et Meinhardum comitem Goritiae[1]) super his, quae inter ipsos agitabantur. Primo quod ad laudem Dei — — bono pacis praesentibus et mediantibus dominis Berchtoldo Aquilegensis ecclesiae patriarcha, Volrico Tergestino episcopo et Alberto comite de Tirolis, dominus Meinhardus comes Goricie castrum Veldes cum ejusdem possessionibus et jurisdictionibus universis, excepto jure advocatie ibidem dicto domino Egnoni electo et Brixinensi aulae absolute et libere resignavit et fide data domino patriarchae Aquilegensi assignare promisit, disponens cum domino Marquardo de Rittersperch et Cunrado filio suo, ut ipsum castrum dicto domino electo absolute praebeant et assignent, qui hoc facere se obligaverunt sacramento praestito; dominus vero Egno Brixinensis electus econverso promisit, clusam erectam juxta Niwenburch removere. Tale pactum ad invicem statuentes: quod nullus[2]) ipsorum nec[3]) aliquis[4]) aliqua auctoritate ipsorum eandem clusam in alterius praejudicium seu gravamen abhinc in antea errigere attemptabit. Ad que habenda rata et firma per se ipsos et successorum suorum domini Arnoldus de Rodanch, Wernerus de Schenchenberg, Albertus de Voitsperg, et Wilhalmus de Aycha, ministeriales ecclesiae Brixinensis pro parte dicti electi, Volricus de Reifenberch, Hainricus vicedominus de Valchenstain, Hainricus burgravius de Luenze et Volkerus de Flachsperg ministeriales dicti comitis pro parte ipsius juraverunt. Ad majorem tum certitudinem et cautelam super hisdem adimplendis et observandis, saepe dictus dominus Brixinensis electus se et suos successores, si praedicta infringerent dicto domino comiti et suis haeredibus omnes possessiones Brixinensis ecclesiae et coeteras res mobiles et immobiles in Tyliach constitutas pro CC. marcis argenti obligavit. Insuper dominus comes praefatus super eisdem parte sua et haeredum suorum firmiter[5]) observandis omnes possessiones suas et alias res mobiles et immobiles, quas possidet in villa Nachel[6]) et circa villam eandem econverso pro CC. marcis obligavit dicto electo et ecclesiae Brixinensi. Praeterea dicti domini electus videlicet Brixinensis et comes Goritiae, qui forsitan singulis interesse possent presentes[7]) de comuni voluntate ad audiendas et decidendas lites et causas super possessionibus

[1]) Hormayr: Goeritiae. — [2]) Copie: nullo. — [3]) ne. — [4])aliquos. — [5]) Copie: firmiliter. — [6]) Hormayr: Nachen. Vrgl. die Urk. v. J. 1252, 22. Dec., die weiter unten folgt. — — [7]) Hormayr: intereen. poent. psntm.

novalibus de novo extirpatis vel antiquis temporibus recuperatis illicite, eligerunt et constituerunt dominos Reinbertum Gerronem et Hainricum de Aycha, ministeriales ecclesiae Brixinensis pro parte domini electi praefati, Hainricum vicedominum de Valchenstain, et Volkgerum de Flachsperch, ministeriales comitis pro parte ipsius elegerunt et restituerunt judices speciales, ita quod omnia supradicta auctoritate ipsorum dominorum, electi videlicet et comitis a proximo die Pentecostes ad 3 annos audire et terminare fideliter teneantur, quae facere pro posse suo sacramento se obligarunt, hoc addicto, quod si supradicta ipsi terminare non possent, id domino Hermanno comiti de Ortenburch, cui dicti domini electus et comes tanquam superiori judici super eisdem vices suas comiserunt, revelare debeant sine mora. Hujus justitiam se ratam et firmam sub poena CC. marcarum habere promiserunt. Ad ultimum vero dictus dominus comes de omni pecunia et quaestione seu actione, de quibus contra Brixinensem ecclesiam se jus habere aliquid videbatur, dicto domino electo et ecclesiae Brixinensi ipse et suos haeredes[1]) refutationem perpetuam fecit et irrevocabilem finem. Ut autem his fides adhibeatur, presentem paginam dicti domini electus videlicet atque comes in testimonium scribi jusserunt et sigillorum scilicet domini patriarchae, domini electi, domini Alberti comitis Tyrolensis et Meinhardi comitis Goriciae munimine roborari. Acta sunt haec apud Patriarchesdorf in ecclesia, anno dominice incarnationis MCCXLI, indictione XIV. exeunte aprilis ultima die.

Hormayrs kritisch-diplom. Beitr. zur Gesch. Tirols im Mittelalter II. Abtheilung, S. 333, Nr. 142. Horm. gibt an: ex archivio Brixin.; die Urkunde ist weder in Brixen noch in Wien.

113. Auersberg.

1241, 8. Mai, Perau bei Stein. Konrad von Saneck überträgt dem Herwart von Auersberg seinem Getreuen den Zehenten in Gutenfeld, in Reifnitz und in Pölland (bei Reifnitz), welchen er vom Patriarchen Bertold von Aquileia zu Lehen besass.

Nos Chůnradus de Sevnek notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod omnem decimam in Gůtenveld, in Reiuencz et in Polan, quam a venerabili domino patriarchca(!) Berchtoldo iure feudali habuimus et nunc habemus cum omni eo iure, quo predictus

[1]) So bei Hormayr.

dominus patriarcha nobis contulit de gratia liberali prefatam decimam tam in campis quam in terris laboratis in habitis et habendis, in villis, in nemoribus atque silvis et ibidem in locis in quibuscumque usus poterit provenire nos eodem iure ac modo predictam domino Herbordo de Awersperch fideli nostro duximus conferendam ita (ut) si ipsum vel heredes suos tam masculos quam feminas absque posteritate prolis decedere omnino contingeret, ipsius magis proximus ratione feudali decimam ipsam perpetuo possidere valeat et habere. Acta sunt hec in villa Perav prope Stain existente tunc in Stain domino Frederico illustri duce Austrie, anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, octavo intrante maio, undecima indictione. Adfuerunt illic testes presentes nobiles viri comites dominus Vlricus de Sternberch, dominus Vlricus de Phanberch, Hellenwicus de Griez, Hainricus de Plûmstain, Heidenricus de Sevnek, Popo de Lengenburch, Mainhalmus de Awersperch, Pucelinus et Mainhalmus de Zower, et alii quam plures fide digni.

Orig., Prgt., im Archive zu Auersberg, das einghgte. Siegel ist in Form eines länglichen dreieckigen Schildes, als Wappenbild zwei breite Querbalken; Umschrift: SIGILLVM CHVNRADI DE SEVNEKE, die Umschrift ist wenig deutlich. Elze Regest in Mitth. f. Krain 1861, S. 11, Nr. 1.

114. Kloster Seitz.

1241, Juni, ... Wilhelm von Hoheneck genehmigt die Schenkung von 5 Huben zu Lippa durch seinen Bruder Liupold an das Kloster Seitz, fügt selbst 5 andere ebendort der Widmung bei und gestattet überdies seiner Schwester Elisabeth de Myltenberch[1]) . . . ut in villa Strennewitz (Stranizen b. Cilli) quatuordecim mansus praenominate ecclesie partim pro salute anime partim pro precio decem et octo marcharum venderet et donaret, quod et ipsa . . . ilico effectui mancipavit.

v. Zahn, Urkundenbuch für Steiermark II. Bd., S. 510.

115. Michelstetten.

1241, 6. August, ... Abt Heinrich von Obernburg bestätiget die Schenkung von 100 Mark, mit welchen sein Vorfahr, Abt Albert die Gründung des Nonnenklosters Michelstetten unterstützt hatte.

In nomine sancte et individue trinitatis. Cum ex labilitate humane memorie sepe contingat, quod que fiunt in tempore, in pro-

[1]) Mladagora bei Neudeck in Unterkrain.

cessu temporis facilime dissolvantur, ideo negotia que stabilem expetunt firmitatem, litterarum convenit apicibus roborari, ne vel a memoria pereant, vel humane cavillationis versutia in posterum aliquatenus enerventur. Proinde nos Henricus miseratione divina Obberemburgensis electus ipsiusque loci conventus ad universorum Christi fidelium tam presentium quam futurorum volumus pervenire notitiam, quod de pari consensu et unanimi voluntate accedentes zelum, et pie devotionis affectum felicis memorie A. quondam Obberemburgensis abbatis qui nove plantacioni dominarum de Valle sancte Marie in Carniola sub regula beati Augustini Domino famulantium in earum subsidium centum marcas noscitur contulisse, donationem ipsam divine retributionis intuitu ratam et firmam habemus per nos et successores nostros nulla occasione vel ingenio in posterum revocandam, remedio talis conditionis adiecto de ipsarum dominarum beneplacito et assensu, quod si quod absit, conventus ipse aliquo casu de loco illo deficeret quod non esset, universe possessiones actenus empte de prefata pecunia seu de cetero acquirende in perpetuam possessionem ipsius nostri monasterii Obberemburgensis libere et sine contradictione aliqua revertantur, hoc in expresso si eedem sorores vel que pro tempore morabuntur ibidem, ad vitam seu habitum declinaverint laxiorem. Et quia dignum est, quod spiritualia redant quibus temporalia conferuntur, sepedictarum sororum conventus ex nunc ad honorem dei et beati Benedicti nostri ordinis institutionis ipsius sancti antiphonam cum collecta singulis diebus, exceptis summis et precipuis solempnitatibus post matutinas et vesperas decantare in ecclesia perpetuo teneatur. Ad cuius quidem rei memoriam et immutabilem firmitatem scripta est presens pagina et sigilli domini et patriarche huic negotio favorabilem prebentis assensum atque nostri pendentium munimine roborata. Actum anno gratie M.CC.XLI, indictione XIIII., VI. die augusti.

Org., Prgt., 2 angehängte Siegel, abgerissen, Nr. 1 im schadhaften Zustande beiliegend, strmk. Landesarchiv; Notizenbl. d. k. Akad. VII 315; v. Zahn Urkundenbuch f. Strmk. II. (1879) p. 511—512, Nr. 398.

116. Aquileia — Wippach.

1241, 16. Sept., Aquileia. Bertold Patriarch von Aquileia schenkt der Kirche zu Aquileia alle ihm zu Wippach kraft Erbrechts zugehörigen Ministerialen unter der Bedingung, dass diesen der Erwerb von Stiftslehen im Wege der Erbfolge zugestanden werde.

Bertholdus dei gracia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha universis tam presentibus quam futuris imperpetuum. Veritatis amica simplicitas persuadet, quod negocia, que in tempore fiunt, perpetuentur per seriem litterarum, ne vel processu temporis aliquatenus valeant interrumppi vel caliditatis humane versucia cavillari. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum volumus devenire noticiam, quod nos ministeriales nostros universos, quos hereditario iure possedimus in Vippacho ecclesie Aquilegensi ea condicione tradidimus, quod eorum prolis tam masculi quam femine in feudis ipsius ecclesie decetero sine alicuius contradicione succedant. Ad cuius rei certitudinem et perpetuam firmitatem presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri pendentis munimine roborari. Huius vero rei testes fuerunt: Johannes prepositus sancti Stephani Aquilegiensis, Otto marchio, magister Berrengherius vicedominus canonici Aquilegienses, Vlrichus de Treuen, Henricus de Mels et alii plures. Datum Aquilegia per manum Bonencontri curie nostre notarii M°C°C°X°L°I, XIIII indicione, XVI. die septembris.

Urk. eingeschaltet in einer Bestätigung dieser Urkunde durch den Patriarchen Ottobonus v. J. 1308, 14. März, aufbewahrt im k. k. H.-H.- u. Staatsarchive zu Wien.

117. Viktring-Neuthal.

1242, 14. Juli, Tobel. Friedrich Herzog von Oesterreich und Steiermark, Herr zu Krain eximirt das S. Antonsspital am Bocksruck von der Gerichtsbarkeit seiner Beamten, mit Ausnahme der kampfbedürftigen Fälle sowie der Processe gegen Diebe.

Fridericus Dei gratia dux Austriae et Stiriae, et dominus Carniole, Universis hanc paginam inspecturis in perpetuum. Cum secundum utriusque paginam testamenti pietatis offitium esse noscatur, piis locis salubriter providere, nec ad eorum gravamen aliquatenus aspirare, tenore praesentium notum esse volumus, tam praesentibus quam posteris nos hospitali sancti Anthonij in Pocksrucke hanc fecisse gratiam specialem, ut nullus iudicum vel officialium nostrorum dictam domum in possessionibus suis, seu hominibus ad eandem pertinentibus debeat aliquatenus molestare, nec exactiones in eosdem homines vel possessiones aliquas exercere, nec iuditium ibidem facere aliquod, nisi de furibus et de pugna. Et ut hac libertate domus ipsa gaudeat in futurum, praesentem chartam super hoc ei in evi-

dens testimonium conscribi fecimus, et sigilli nostri munimine roborari. Datum in Cobil[1]) anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, inditione quintadecima, pridie idus iulii.

Viktringer Copialbuch im Archive des hist. Vereins f. Kärnten, IV, Fol. LXX.

118. Aquileia.

1242, 17. Juli, Aquileia. Patriarch Bertold von Aquileia fordert von sämmtlichen geistlichen Beneficien seiner Diöcese je die Einkünfte eines Jahres zu Sanitätszwecken für Kirche und Stadt Aquileia.

Bertoldus dei gratia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha. Universis Christi fidelibus clericis et laicis tam presentibus quam futuris in nostra diocesi constitutis inperpetuum. Cum ad petitionem nostram et Aquilegiensis capituli pro reformatione Aquilegiensis ecclesie ex eo quod propter intemperiem aeris loci eiusdem a suis cultoribus, oratoribus et laudatoribus penitus deseratur, utilis et laudabilis constitutio a Gregorio de Monte longo apostolice sedis legato emanaverit, scilicet[2]) ut omnis proventus cuiuslibet prebende vel beneficii que in ecclesiis civitatis et diocesis Aquilegiensis ad nostram iurisdictionem spectantibus deinceps vacare contigerit, per annum in reformationem huiusmodi convertatur, ita tamen quod eedem ecclesie hac occasione debitis non fraudentur officiis, et clericis ibidem existentibus secundum decani Aquilegiensis et archidiaconi loci providentiam necessaria congrue ministrentur. Nos vero ratam et firmam eandem constitutionem cum dicto capitulo habentes, monemus, ortamur et precipimus mandantes, quatinus dictam constitutionem factam a dicto legato in favorem dicte Aquilegiensis ecclesie debeatis penitus observare. Si quis autem contra sepedictam constitucionem quam volumus cum iam dicto capitulo in perpetuum inviolabiliter observari, ausu temerario diabolo instigante ire presumpserit, a communione sacratissimi corporis et sanguinis domini nostri Jesu Christi fiat alienus, et dei omnipotentis, beate Marie virginis genitricis eius, apostolorum Petri et Pauli, nec non sanctorum Hermacore et Fortunati martyrum beatorum omniumque sanctorum atque sanctarum iram se noverit incursurum. Datum in capitulo Aquilegiensi coram fratribus, die quinto post festum sanctorum martyrum Hermachore et

[1]) sic. — [2]) silicet.

Fortunati, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, indictione quintadecima.

Orig. Prgt., 2 angehgte. Sieg. ausgerissen, Domkapitel. Archiv zu Udine; ebd. Abschr. d. 18. Jahrh. in der Sammlung Bini IV., Nr. 17; v. Zahn, Urkundenbuch f. Strmk. II. (1879), 519—520, Nr. 406.

119. Michelstetten.

1242, ..., ... Abt Heinrich von Obernburg anerkennt den Ausspruch eines Schiedsrichters in einer Streitsache zwischen ihm und dem Kloster Michelstetten, betreffend Schenkungen, die sein Vorfahr, Abt Albrecht an Letzteres gethan hatte.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Heinricus dei gratia electus et confirmatus Obernburgensis ecclesie. Priorisse Vallis sancte Marie et conventui aput Michelsteten substituendis inperpetuum. Ut ea que ad sopiendas lites pari voto partium iuris ordine mediante provide statuuntur, non possint sicut consuevit fieri, temporum curriculo fragilem memoriam hominum enervante in irritum revocari, scripture que arca est memorie, sunt dilucide mancipanda. Verum cum ad dirimendas lites nulla tutior via concedatur a iure quam compromissio partium in arbitros cui lex et iura cedunt, nos Heinricus electus et confirmatus Obernburgensis scire volumus omnes hanc paginam inspecturos et audituros, quod nos communicato consilio tocius conventus nostri, et requisito consensu omnium et habito super causa que vertebatur inter nos et priorissam ac conventum Vallis sancte Marie apud Michelsteten taliter in arbitros, videlicet archidiaconum Savnie Chon., fratrem Vincentium guardianum[1]) Leibacensem, fratrem Heinricum subpriorem Betoviensem compromisimus, ut sicut ipsi diffinirent, sic ratum in perpetuum haberemus sub fidei innodatione. Sane dicti arbitrii cognita plenissime causa et meritis causarum secundum hanc formam diffinierunt, quod post prolatam denunciationem arbitrii una cum conuentu nostro confirmavimus donationem centum marcarum quas predecessor noster felicis memorie Albertus dispensatione apostolica dederat dicto conventui secundum quod privilegia a domino nostro patriarca Berhtoldo indulta dilucide representant, ceterum ab actione quam post mortem predecessoris nostri contra prefatam priorissam et conventum habuimus, cessamus et ei precise renunciamus, cum consensu conventus nostri et aucto-

[1]) Original: chordianum.

ritate confirmantes ut bono titulo possideant omnia beneficia a predecessore nostro quocumque tempore percepta, cessante a nobis et successoribus nostris omni in posterum inquietatione, ita tamen quod predia que pro centum marcis empta sunt, si contingat domum Vallis sancte Marie destrui, et non esse alioquo casu superveniente quod absit, dicta predia redeant ad ecclesiam nostram unde venerunt et ut memoriam habeant in suffragiis sancti[1]) Benedicti. Arbitrati sunt autem nobis arbitri deum pre oculis habentes triginta marcas denariorum, preter equos et libros quos mortuo predecessore nostro ilico reddiderunt, et cesserunt actioni triginta duarum marcarum quas idem predecessor noster dixerat de illis centum marcis se nondum soluisse. Sed ne quis possit[2]) huic compositioni sinistra machinatione contraire, ad abundantiorem cautelam presens scriptum sigillo conventus nostri fecimus roborari. Acta sunt anno gratie M.CC.XLII., presentibus arbitris supradictis, et fratre Chunrado et fratre Vtone, Johanne et Alberto sacerdotibus et Gerloho de Stein et Friderico de Saevveneke, ex alia parte domino abbate Ruberto, Bernhardo, Heinrico et ceteris de conventu Obernburgensi.

Org., Pgt., 1 anhängendes gut erhaltenes Siegel, strmk. Landesarchiv; Notizenbl. d. k. Akad. VII. 315; v. Zahn, Urkundenbuch f. Strmk. II, (1879) p. 524—526. Nr. 411.

120. Sittich.

1242, ... , Miltenberg. Die adelige Frau Elisabeth von Miltenberg schenkt dem Kloster Sittich vier Huben zu Stan bei Mladagora in der Pfarre Neideck gelegen.

Domina Elisabeth de Miltenberch donat quatuor mansos sitos prope Miltenberg ejusdem in loco qui dicitur Stany monasterio Sitticensi. [Acta apud Miltenberch etc. Communivit sigillo nepotis sui domini Henrici de Scherphenberch; testes sunt: comes Wilelmus de Hunnenburch, comes Ulricus de Los[3]), fratres[4]) de Scherphenberch, Eberhardus de Griven 1242].

Puzels Manuscript S. 22; das Eingeklammerte aus Marian Austria sacra VII. Bd. S. 374. Mitth. der Studien aus dem Benediktinerorden, 1881, II., 3, Seite 72.

121. Viktring-Neuthal.

1243, 26. Jänner, Udine. Berthold, Patriarch von Aquileia bestätigt die von seinen Brüdern weiland Heinrich Markgrafen von Istrien und Otto

[1]) sancte. — [2]) possint. — [3]) Valv. XI. 325: In diesem Jahre lebte Herr Ulrich von Laas (MS. Sitt.) — [4]) Fridericus?

Herzog von Meranien gemachte Stiftung des s. Antons Spitals am Bocksrück.

Berchtoldus dei gratia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha universis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris imperpetuum salutem. Cum inter diversas huius mundi sollicitudines saluti anime nostre ac predecessorum nostrorum providere sicut expedit salubriter disponamus, presentium serie notum esse volumus, universis tam presentibus quam futuris, quod nos ob nostre et antecessorum nostrorum salutis incrementum terminos et dotem hospitalis sancti Anthonij, a dilectis fratribus nostris, Hainrico marchione Ystrie, et Ottone duce Meranensi felicis memorie fundati in Pokesrucke et omnem donationem eidem domui per ipsos factam, de certa scientia confirmamus et scripti presentis patrocinio communimus, donationis conterminia presentibus exprimentes: Primus terminus est juxta Kersteten in vertice montis qui tendit usque ad ripam que vocatur Vellach, in alia parte extenditur versus ripam que fluit in latere ville Troye, et ab inde tenditur usque ad alpes versus claustrum Oberburg, debet etiam idem hospitale possidere decimationes dotis eiusdem domus et quatuor mansus decimarum in Kerstetten et duas partes vinearum, sive sint nostre sive civium Stainensium, hec omnia volumus dictam domum pacifice possidere. Hec etiam adhibuimus, quod dictam domum eximimus ab omni vexatione preconum, officiariorum, hospitationum et iure quolibet venatorum. Et ne quis huic confirmationi sinistra machinatione possit in posterum contraire, presentem paginam scribi et sigilli nostri munimine iussimus roborari, amminiculo testium fulciendo. Testes autem sunt Meinhardus comes Goritie, Heinricus et Ludovicus fratres de Villalta, magister B(erengerius) vicedomus, Weregandus plebanus de Mengozpurg, Ulricus de Rifenberch[1]) Ulricus de Kukania, et Johannes filius ejusdem et alii quam plures, facta sunt hec aput Utinum, anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo, quadragesimo tertio, indictione prima, septimo kalendas februarij.

Viktringer Copialbuch I. Nr. 202, II. Nr. 29, f. 555; Ankershofen Regest Nr. MXIX im 32. Bde. des Archivs f. Kde. österr. Geschq. S. 207.

122. Geiraoh.

1243, 13. April, ... Auszug einer Urkunde, wornach Herzog Bern-

[1]) In der mir vorliegenden Copie steht „Veissenpurg", vrgl. darüber im Oest. Arch. 32, S. 207.

hard von Kärnten dem Kloster Geirach eine Baustelle zu Laibach behufs Erbauung eines Hauses verleiht.

„Berenhardus dei gratia dux Carinthie“ etc. (confert Gyriensibus Cartusianis aream in urbe Labacensi ad extruendam domum atque immunitatem ab omnibus teloneis etc.)

„Actum anno millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, idibus aprilis, indictione I.“

Fröchlich: Diplomatar. Stir. II, S. 141, Nr. 6; v. Zahn, Urkundenbuch f. Strmk. II, (1879), 531, Nr. 417; Oest. Arch. 32. Bd. 207, Nr. 1022.

123. Obernburg.

1243, 17. Mai, Obernburg. Patriarch Berthold von Aquileia überlässt dem Kloster Obernburg eine von seinem Amtmanne widerrechtlich am Drietbache beim Stifte erbaute Mühle und bestätigt die demselben schon früher gewährte Mühlenfreiheit.

U. d. Zeugen: Weriandus plebanus in Meingospurch, Albertus plebanus in Treuen, Vlricus de Treuen.

v. Zahn, Urkundenbuch f. Steiermark II, 533, Nr. 420.

124. Obernburg.

1243, 19. Juni, Sacile. Patriarch Berthold von Aquileia bestätigt die Stiftungsurkunde des Klosters Obernburg vom Jahre 1140, 7. April, Aquileia. U. d. Zeugen: Albertus plebanus de Treuen.

v. Zahn, Urkundenbuch f. Stmk. II, 535, Nr. 422.

125. Sittich.

1243, ... , ... Bernhard Herzog von Kärnten befreit das Kloster Sittich für immer von den Maut und Zollgebühren in Laibach.

„Begenhardus“ dux Carinthiae et dominus Carniolae remittit [in perpetuum] omne telonium dandum Labaci pro rebus monasterij Sitticensis.

Puzel, S. 22; das E ingeklammerte aus den Valv. Regesten in der erzbischöflichen Bibliothek zu Agram, gedr. in den Mitth. des Benedikt. Ordens 1881, 3. Heft, S. 84.

126. Sittich.

1243, ... , ... Conrad Abt von Sittich verkauft an Frau Adelheid, die Schwester Bernhards von Schwamberch eine Hube zu s. Michael, welche letzterer vordem dem Kloster geschenkt hatte.

Conradus abbas Sitticensis vendit unum mansum ad s. Michaelem situm dominae Adelheide sorori Bernardi de Schwamberch, qui hujusmodi fundum olim monasterio Sitticensi donaverat. [Testes: Ortulfus et Ortwinus fratres de Schubrasch, Herrandus[1]) de Drage, Marquardus filius dominae Helchae etc. 1243].

Puzels Ms. S. 22, das Eingeklammerte aus Marian Austria sacra VII. 374.

127. Freising.

1244, 20. Februar, Wien. Graf Hermann von Ortenburg stellt an Bischof Konrad I. von Freising Güter zu Drauhofen zurück, welche er als angebliches Erbe von seinem Oheim dem Grafen Heinrich von Wartenberch (bei Moräutsch) unrechtmässig eine Zeitlang besessen hatte.

v. Zahn. Cod. dipl. aust. fris. I, 139, Nr. 143.

128. Aquileia-Laas.

1244, 9. Mai, Tolmein. Bertold Patriarch von Aquileia bekundet, dass er sich dem Grafen Hermann von Ortenburg gegenüber zur Befreiung des gefangenen Grafen Ulrich von Sternberg für die Lösungssumme von 1000 Mark Friesacher Pfenninge verbürgt habe. Müsste er diese Summe bezahlen, so solle ihm und der Kirche von Aquileia die Burg Laas mit allem Zugehör ohne weitere Anfechtung zustehen.

Bertholdus dei gratia Aquilegiensis sedis patriarca universis presentem paginam inspecturis facimus manifestum, quod cum ad liberationem nobilis viri comitis Ulrici de Sternberch dilecti fidelis nostri, quem comes Hermannus de Ortenburch longo tempore detinerat captivatum efficaciter intendentes fideiusserimus pro eodem comite Ulrico circa ipsum comitem Hermannum in mille marcis Frisacensis monete, pro quibus obligavit se apud eundem comitem Hermannum si usque ad proximum festum beati Michahelis non dederit prefato comiti Hermanno fideiussores usque ad quantitatem mille marcarum pro perpetua pace per se et suos ipsi comiti Hermanno servanda occasione suae captivitatis, que vulgo appelatur vruehe, ita est inter nos ad in vicem concorditer stabilitum, quod si comes ipse Ulricus sepefato comiti Hermanno fideiussores non dederit memoratos pro summa prelibata mille marcarum usque ad terminum antedictum, nos eidem comiti Hermanno illas mille marcas con integritate dare et

[1]) Herrandis.

solvere teneamur, et castrum Los cum ministerialibus servis et liberis atque omni jure tam reali quam personali nobis et ecclesie Aquilegiensi libere in omni integritate ab illo termino in antea omni occasione sublata remaneat sine aliqua ipsius comitis et suorum heredum contradictione, cassatis et deductis in irritum instrumentis et privilegiis universis, que invenirentur inter nos et eundem comitem Vlricum de quodam debito sexcentarum marcarum, quas confessi sumus eidem superaddere debere aliis sexcentis marcis, quas pro liberatione sua comiti Hermanno duximus persolvendas. Cuius rei testes fuerunt: Otto marchio prepositus sancti Vlrici, magistri Berengerus vicedominus et Bertholdus de Faged canonici Aquilegienses, comes Wilhelmus de Hevnenburch, Hainricus de Scharphenberch, Chûno de Morutzio, Hermannus de Portis, Johannes de Cukania, Hainricus de Mels, Rubertus de Budrio, Wluingus de Sbrulavacca, Prehtelinus de Liehtenberch, Leonhardus Solaso, Carulus et Herbordus de Los, Hernestus de Sterenberch et alii quam plures.

Actum est hoc aput Tulminum, anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, secunde indictionis, VIIII° die maji.

Orig., Prgt., 2 Siegel, im k. k. H.-, H.- u. Staatsarchiv; Notizenblatt der k. k. Akad. zu Wien 1857, 316, Nr. XVII.

129. Aquileia — Patriarchat.

1244, 5. Juni, Neudeck. Berthold, Patriarch von Aquileia ermächtigt das Kapitel seiner Kirche zur Verhängung von Kirchenstrafen gegen jede innerhalb des Patriarchats sesshafte Person, welche sich an deren Besitzungen vergreifen würde.

Bertoldus Dei gratia s. Aquilegensis sedis patriarcha dilectis in Christo filiis decano et capitulo Aquilegensi in perpetuum. Cum super abundante malitia et excrescente iniquitate multorum adeo tyrannides invalescant quod plerique divino et humano timore contemptis in periculum animarum suarum et grave scandalum aliorum spolium et rapinam in bonis capituli vestri committere non verentur, iniurias vobis graves et intollerabiles irrogando, nec ad nos in remotis aliquando partibus constitutos valeatis semper pro hujusmodi habere recursum. Nos qui in vestra oppressione nosmet reputamus opprimi merito dignitati et necessitatibus vestris affectu paterno misericorditer providere volentes vobis et posteris vestris per vos et successores vestros annotatione presentium de certa scientia licentiam tradimus et liberam

concedimus potestatem universis civitatis et diocesis Aquilegie cujuscumque conditionis et dignitatis existant, qui bona capituli vestri mobilia vel immobilia malitiose invaserint, vel propria auctoritate rapuerint nisi post trinam monitionem vobis satisfecerint de damnis et injuriis sic illatis a divinis excludere, eademque ipsis omnino subtrahere infra unius mensis spatium libere de cetero valeatis. Qui si in sua duritia temere duxerint persistendum auctoritate propria vobis liceat infra spatium alterius mensis in eos excommunicationis sententiam publice promulgare, ipsorumque consortium omnibus faciatis evitari: contradictores et rebelles simili sententia compescendo. Quas quidem interdicti et excommunicationis sententias non duxerimus aliquatenus relaxandas, verum ipsas faciemus auctore Domino inviolabiliter observari. Ad cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem presentem paginam vobis tradimus sigilli nostri munitione roboratam.

Hujus rei testes fuere Otto marchio prepositus s. Odorici, Veriandus plebanus in Meingespurch, Albertus plebanus in Treven, Bertoldus canonicus s. Odorici, Arlongus, Lodoicus, magister Marsilius capellani nostri et alii quamplures.

Datum apud Nidoch anno verbi incarnati MCCXLIV, indictionis secunde, quinto die junii feliciter.

Urkunde abschriftlich im Capitelsarchive zu Udine.

130. Brixen—Veldes.

1244, 3. November, Brixen. Henricus prepositus de Werde (zu Veldes) erscheint unter den Zeugen in dem Notariatsact, durch welchen sich Egeno, erwählter Bischof von Brixen und die Gebrüder Friedrich und Berald von Wanga zum wechselseitigen Schutz gegen Jedermann mit Ausnahme des Kaisers Friedrichs II. und des Königs Conrad IV. sowie der Gebrüder von Taufers verbinden.

Hormayrs sämmtl. Werke II, S. LXXV, Nr. XXVII.

131. Brixen—Veldes.

1245, 11. April, ... Egno erwählter Bischof von Brixen bekundet, dass er zur Wiedererlangung des Schlosses Veldes an Ritter Gerloch von Hartenberg und Wilhelm von Veldes 250 Mark Silber zu bezahlen habe, dass sich Graf Hermann von Ortenburg für diese Summe verbürgte, und dass Letzterem für allen Schaden, den er daraus nehmen würde, die Güter des Bisthums haften sollen.

Egno dei gratia Brixinensis ecclesie electus universis Christi fidelibus notum esse volumus, quod cum in Carniolam pro castro

nostro Veldes requirendo venissemus, per operam fidelem dilecti consanguinei nostri comitis Hermanni de Ortenburch dictum castrum Veldes requisivimus, ita quidem quod Gerloho militi de Hertenberch et Wilhelmo de Veldes, qui subripiendo id castrum nobis alienaverant, CCL$_a$ marcas argenti persolvere debemus, ipsis pro iam dicto argento prefatum comitem Hermannum pro fideiussore statuentes; et quicquid dampni comes Hermannus occasione eiusdem fideiussionis receperit, super possessionibus ecclesie nostre usque ad condignam recompensationem pignus habebit. Huius rei testes sunt: Henricus prepositus de Werde, Chv̊nradus cappellanus noster, Michahel scriba noster, Hugo nobilis de Tŏfers, Wilhelmus de Aichach, Henricus de Slevlingen, Chv̊nradus dictus Gallo, Gerlohus de Staine, V̊lricus et Henricus de Waldenberch, milites Dietricus dictus Cheraere, Werscho, Fridericus de Veldes, Albertus frater suus et alii quam plures. Ne autem processu temporis hoc factum in dubium revocetur, presentem paginam conscribi iussimus et sigillo nostro communiri. Actum anno domini MCCXLV, secus pontem apud Riuenere, III. idus aprilis.

Org., Prgt, mit an Pergamentstreifen angehängtem, theilweise verletztem, spitzovalem Wachssiegel des Ausstellers, im k. k. H.-, H.- und Staatsarchiv in Wien.

132. Brixen—Bamberg.

1245, 25. April, Wien. Die erwählten Bischöfe von Bamberg und Brixen, Heinrich und Egno, vereinigen sich dahin, dass von den Kindern ihrer Ministerialen des Friedrich von Veldes und seiner Gemahlin Ricardis jeder Kirche die Hälfte gehören und gleiche Erbtheile erhalten sollen.

In nomine domini amen. Nos Henricus dei gratia Babenbergensis ecclesie electus, E(gno) per eandem ecclesie Bri[1])xinensis electus in perpetuum, amen. Quia cura pastoralis exigit et ratio equitatis expostulat, ut rectores ecclesiarum et pontifices commoditatibus ecclesie sue ac honori debeant providere. Eapropter universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, nos in tale conventum utrimque convenisse, quod pueri Friderici de Veldes et Ricardis uxoris sue omnes equaliter inter ecclesiam Babenbergensem et ecclesiam Brixinensem dividantur et equaliter portionem capiant hereditatis. Huius rei testes sunt domini Eberhardus de Shŏwenberch et magister Eber-

[1]) Lücke.

hardus canonici Babenbergenses, Hermannus comes de Ortenburch, Dietmarus de Griuene, Henricus Phangöwere, Henricus de Strazberch, Henricus Ungenade, Wilhelmus de Aichach, Henricus de Slevlingen, et alii quam plures. Ne autem processu temporis hoc factum in dubium revocetur, presentem paginam conscribi fecimus et sigillis nostris communiri. Actum anno domini M CC.XL.V. in civitate Wienna, in die sancti Marci evangeliste.

Orig., Prgt. der krain. Industriegesellschaft, aufbewahrt im krain. Landesmuseum. 2 angehängte Siegel 1. abgerissen, Nr. 2 S. Egenonis Brixinensis Eccle. Electi, stehende Figur in Priesterkleidung jedoch ohne bischöfliche Abzeichen, oval.

133. Landesfürst.

1245, Juni, Verona. Entwurf der Urkunde, womit Kaiser Friedrich II. die Lande Oesterreich und Steiermark zum Königreiche und Krain zu einem Herzogthume erhebt und Herzog Friedrich II. zum Könige derselben.

Urkunde gedruckt in Schumi's Archiv f. H. I, 202, Nr. 60.

134. Aquileia—Laas.

1245, 5. November, Landro. Bertold, Patriarch von Aquileia bekundet, dass er dem Grafen Hermann von Ortenburg 50 Mark Einkünfte zu Tiefen und Treffen (in Kärnten) als die im Vertrag wegen Freilassung des Grafen Ulrich von Sternberg vorgesehene Strafsumme verpfändet habe. Sollte jedoch Graf Ulrich die wegen Gelöbnisbruches eingezogene angewiesene Herrschaft Laas dem Patriarchen im Rechtswege wieder abstreiten können, so gelobt diesem Graf Herrmann den Ersatz alles Schadens.

Bertholdus Dei gratia sancte Aquilegiensis sedis pathriarca. Universis tam presentibus quam futuris annotatione presentium innotescat, quod cum olim ad liberationem dilecti fidelis nostri. Wlrici comitis de Sternenberch[1]) operam dederimus efficacem, sub certis conditionibus atque pactis, inter nos et eundem comitem, nec non comitem Hermannum de Hortemburch, qui detinebat ipsum comitem Wlricum sub custodia captivatum, prout in privilegiis inter nos et ipsos vicissim inde confectis, et eorum sigillis pendentibus roboratis plenius continetur, et idem comes Hermannus penam a nobis mille marcarum instanter exigeret pro eo quod idem comes Wlricus non satisfecerat sibi, de perpetua pace, que vulgo appellatur vruehy[2]) sicut continent

[1]) sic. — [2]) Lese urvehy = Urfehde.

privilegia superius nominata, et idem comes H. firmiter asserebat, usque ad terminum inter ipsos concorditer stabilitum, pro quo si predictus comes Wlricus eidem comiti Hermanno ad plenum non adimplevisset, ipse comes Wlricus nobis de Los cum omnibus ejus pertinentiis penitus cecidisset, et nos prefato comiti Hermanno in mille marcis satisfacere tenebamur, ac propter hoc de bonis nostris obligaveramus eidem usque ad certum terminum proventus quinquaginta marcarum, que ad legale feudum cedere sibi debent, si prefato termino sibi non fuerit satisfactum, tandem premissis multis tractatibus inter nos et eundem comitem Hermannum, talis conventio intercessit, videlicet quod satisfacto sibi in centum marcis pro Henrico milite quem captivatum tenebat, et quinquaginta marcis pro redditibus pignorationis anni presentis, et iterum de sexcentis et quinquaginta marcis, quas ei pro predicta pena solvere tenebamur, percipere debeat et habere proventus nostros in Tiuen et Treuen, a festo proximo beati Georgii usque ad tres annos inde futuros, in satisfactionem pecunie memorate pro rata, ut tantum quantum de ipsis proventibus acceperit de summa predicta diminuatur omnino, prout in partibus illis redditus extimantur, scilicet modius tritici ad mensuram Villacensem pro viginti quatuor denariis, modius vero siliginis et milii pro viginti denariis, et modius avene pro duodecim denariis, et denarius pro denario, ita quod duodecim Veronenses pro quolibet denario computentur. At si usque ad terminum pretaxatum, sive in pecunia sive in certis redditibus, eidem comiti Hermanno non extiterit satisfactum, proventus quinquaginta marcarum exinde ad legale feudum habere debeat sicut in privilegio superius nominato continetur expresse. Promisit insuper idem comes Hermannus per se et suos heredes, nobis et successoribus nostris, omni tempore sub quolibet judice, tam ecclesiastico quam seculari dicere ac warentare predictum comitem Wlricum sibi prout convenerat certo termino non complevisse, et si dictus comes Wlricus coram quocunque judice contra comitem Hermannum posset cum iure obtinere, quod eidem prout dictum est superius non complevisset, et nobis occasione illa Los[1]) cum pertinentiis suis convincere posset, ita quod convicti rationabiliter possessionem predictorum redderemus eidem sine omni dolo et fraude, sepedictus comes Hermannus, promisit nobis stipulantibus,

[1]) Copie Lors.

sub obligatione omnium bonorum suorum, tam presentium quam futurorum resarcire omnia dampna pariter et expensas, que vel quas occasione illa fecissemus, vel possemus, hostendere nos aliquatenus incurrisse. Ita tamen quod universa et singula, que superius continentur, bona fide intelligi debent, et qualibet fraude ac dolo remotis inviolabiliter observari. Ad quorum memoriam et stabilem firmitatem de nostro et ipsius comitis Hermanni consensu scripta est presens pagina, et tam sigilli nostri quam ipsius munimine roborata. Testes autem fuerunt: Otto marchio prepositus sancti Odolrici, magistri Berengherius vicedominus et Bertholdus de Faged canonici Aquilegienses, Henricus prepositus de Veldes, comes Otto de Hortemburch, Hermannus de Portis, Johannes de Cucania, Vlricus et Bernardus de Treuen, et alii quam plures.

Datum apud Antrum, anno domini M°.CC°.XLV°. indictione III^{a}, die quinto mensis novembris.

Orig. im k. k. H.-, H.- u. Staatsarchive; Notizenblatt 1857. Wien 1857, 330, Nr. XXII.

135. Cisterzienser-Orden.

1246, 2. April, Lyon. Innocenz IV. befreit die Mitglieder des Cisterzienserordens von der Pflicht den Vorladungen vor bischöfliche Gerichte oder Synoden Folge leisten zu müssen, die Fälle in Glaubenssachen allein ausgenommen.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filijs abbati Cistercij ejusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod licet ordini vestro per privilegia sedis apostolice sit indultum, ut nullus episcopus seu alia persona ad synodos vel forenses conventus, n(isi[1]) pro fide, vos ire compellat, aut in vos vel monasteria vestra seu etiam personas dicti ordinis excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententias promulgare praesumat, que si promulgate fuerint, tamquam contra apostolice sedis indulta prolate decernuntur, per eadem privilegia irrite et innanes. Nichilominus tamen plerique prelati et iudices ordinarij ac alij ecclesiarum rectores eadem privilegia, quibus muniti estis

[1]) Das Eingeklammerte abgerieben.

evacuare superstitiosis adinventionibus molientes asserunt, vos pro quavis offensa ratione delicti existere fori sui sicque vocantes vos ad placita capitula et poenitentiale forum sicut alios clericos saeculares. Vos super hoc multiplici vexatione fatigant, quamquam excessus vestri tam per generale quam etiam quotidiana capitula, que fiunt in singulis monasterijs vestri ordinis congrua poenitentia puniantur. Quare nobis humiliter supplicastis ut praesumptionem talium cohibere paterna solicitudine curaremus. Nos igitur attendentes, quod et si ex suscepti cura regiminis de universis sancte matris ecclesie filijs curam et solicitudinem gerere teneamur, de illis tamen specialius nos cogitare convenit, qui postpositis vanitatibus seculi iugum impendunt domino famulatum, ac volentes quieti vestre super premissis paterna inposterum solicitudine providere, ut nullus vos seu monasteriorum vestrorum personas ad synodos vel forenses conventus, nisi pro fide dumtaxat, vel huiusmodi placita seu capitula, vel forum poenitentiale absque mandato sedis apostolice speciali evocare, etiam delicti ratione presumat, maxime cum vos filij abbates punire excessus quoslibet secundum statuta vestri ordinis parati sitis auctoritate presentium districtius inhibemus, decernentes eadem auctoritate sententias si quas hac occasione per presumptionem cuius piam promulgari contigerit irritas et inanes, salvo in omnibus apostolice sedis mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lugduni IIII. nonas aprilis, pontificatus nostri anno tertio.

Urk. eingeschaltet in eine Bestätigung dieser Urkunde durch die in Basel tagende Synode vom J. 1437. Im Archive des hist. Verein für Krain.

136. Kloster Studenitz.

1246, 8. August, Stein in Krain. Patriarch Bertold von Aquileia gewährt allen Christgläubigen, die das Kloster Studeniz durch fromme Gaben fördern würden, einen Ablass.

Original im k. k. H.- H.- u. Staatsarchive.

137. Cisterzienser-Orden.

1246, 10. Sept., Lyon. Papst Innocenz IV. rügt und verbietet in einem allgemeinen an die Erzbischöfe und Bischöfe gerichteten Schreiben die

ungegründete Vorladung von Mitgliedern des Cisterzienser Ordens vor bischöfliche Synoden und Gerichte.

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filijs abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis, archipresbyteris, officialibus, et universis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filij abbas Cistercij ejusque coabbates et conventus universi Cisterciensis ordinis suam ad nos querimoniam destinarunt, quod licet eis a sede apostolica sit indultum, ut a forensibus conventibus sint inmunes, nullique liceat in eos vel eorum monasteria seu confratres inibi commorantes excomunicationis, suspensionis aut interdicti contra id quod ab origine ordinis observatum fuisse dignoscitur, sententias promulgare, que si promulgate fuerint, decernuntur per huiusmodi indulgentiam (irritae et innan[1])es. Vos tamen eorum quieti et libertatibus, de quo miramur non modicum invidentes, ac molientes infringere indulgentiam supradictam in eos contra indultum hujusmodi de facto praedictas sententias (promulgatis quos[1]) ut fatigetis laboribus et expensis, interdum ad forenses conventus accedere quandoque sententiarum vestrarum executiones quacunque sint auctoritate prolate suscipere invitos compellitis pro vestre arbitrio vol(untatis, quamquam[1]) ex generali quod suscepisse dicimini apostolice sedis mandato teneamini eosdem in suis libertatibus et privilegijs contra pravorum pressuras et molestias defensare sicque fit, ut indulgentia concessa eis causa (solatij et[1]) quietis sic ipsis, vobis contra ipsam quasi conspira ntibus, cusa dispendij et laboris. Cum igitur sicut in lege dicitur parum sit in civitate ius esse, nisi qui illud tueatur existat, dignumque ac conveniens videatur, ut indulgentie ac privilegia que devotis et benemeritis indulgentur contra presumptorum audatiam ipsos cum expedit tueantur, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes, quatinus privilegia indulgentias et libertates eisdem ab apostolica sede concessa, ac eorum consuetudines rationabiles et antiquas firmas et illibatas eis de cetero pro apostolice sedis et nostra reverentia observantes ab eorum super praemissis coactione ac molestia penitus quiescatis, ita quod ipsi concessa eis valeant tranquillitate gaudere, ac super

[1]) Durch Feuchtigkeit stark gelitten — kaum leserlich.

hoc per sedem eandem non oporteat aliter provideri. Datum Lugduni IIII. idus septembris, pontificatus nostri anno quarto.

Urk. eingeschaltet in eine Bestätigung dieser Urkunde durch die in Basel tagende Synode vom J. 1437. Im Archive des hist. Ver. f. Krain.

138. Salzburg—Gurkfeld.

1246, 22. September. Rann (in Untersteier). Erzbischof Eberhard II. von Salzburg gewährt den Gebrüdern Berthold und Geiselbrecht von Gurkfeld sowie den übrigen Ministerialen dieses Schlosses, zu dessen Besitz er nun gekommen sei, das volle Recht der Salzburger Ministerialen, bestätigt den genannten Brüdern ihre Häuser und die Landgerichtsbarkeit daselbst u. s. w.

Nos Eberhardus dei gracia Salzburgensis archiepiscopus apostolice sedis legatus presenti scripto scire volumus universos, quod cum possessio castri Gurkevelde eiusdemque predii cum omnibus suis attinenciis hominibus videlicet maioribus et minoribus in dominium Salzburgensis ecclesie sit nunc temporis devoluta, cuius proprietatem nobiles fratres comites de Bogen multis retroactis temporibus nostre ecclesie tradiderunt, nostra sollicitudine mediante, sicut hoc idem aliud instrumentum continet evidenter, dignum esse decrevimus et consonum racioni, ut viri nobiles fratres de Gurkevelde dominus Berhtoldus et dominus Gyselbrehtus cum ceterisque ministerialibus predii antedicti tam in matrimoniis quam in feudis et singulis aliis iuribus omni eo iure liberaliter pociantur, quo gaudent ministeriales ecclesie Salzburgensis, promittentes similiter eisdem fratribus, nec eos aut possessiones Gurkeuelde alienare ab ecclesia ullo modo nec in castro Gurkeuelde, quod ad nos pertinet, personam locare aliquam magis potentem vel fortiorem fratribus sepedictis. Protestamur insuper, quod omnia feuda eis contulimus nec non generis eorum filiis et eciam filiabus, que hactenus feudaliter possederunt, videlicet domos eorum in castro Gurkevelde cum iudicio ipsius provincie et albergariis hactenus recipi consuetis in villa qualibet atque feno. Ut igitur singula prenotata antedictis fratribus inviolabiliter observentur, eis quadraginta marcarum redditus de predio Reîn videlicet in villa Polchv̊nitze, Vedesendorf et in tribus villis, que dicuntur Welike, contulimus tali modo, nisi promissa huiusmodi eis fuerint ex integro reservata, quatenus dicti redditus in ipsorum et puerorum suorum dominium feudaliter sint translati. In omnium autem predictorum

testimonium evidens presentem paginam sigillo nostro fecimus consignari. Sunt eciam huius rei testes: Otto prepositus Salzburgensis, Fridericus de Libenz eiusdem ecclesie canonicus, Otto de Chunegesperch, Fridericus de Bettŏ, dominus Gotfridus de Richenburch, Cheltzo de Libenz, Levpoldus de Scharphenberch, Wlfingus de Nydeke, Fridericus Chlebsæ̂r, Prehtlinus de Twaroch et alii quam plures. Actum huius aput Reîn, X kalendas octobris, anno domini MCCXLVI, indictione IIII.

Orig., Prgmt., mit an Pergamentstreifen angehängtem, beschädigtem Wachssiegel des Erzbischofs im k. k. H.-, H.- und Staatsarchive in Wien. Abschrift in den Salzburger Kammerbüchern Bd. VI, f. 74', Nr. 115 ebend.

139. Aquileia.

1246. Schätzung der Einkünfte der Abteien, Präbenden und Pfarren, vorgenommen im Auftrage des Patriarchen Bertold von Aquileia.

A. D. MCCXLVI. Taxatio proventuum prelatorum, prebendarum et plebium facta de mandato domini Bertoldi patriarche Aquilegensis in Forojulii in occasione constitutionis Aquilegensis enthält u. A. auch 1. Prepositura de Juna (Eberndorf in Kärnten) CC marchas (denar. Aquil.) 2. Ecclesia Veldensis XXX marchas (denar. Aquil.) 3. Los (Laas) XX marchas. 4. Monasterium Obremburgense CCL marchas

Aus der Abschrift im Kapitelarchive zu Udine durch Vermittlung des Dr. Vincenz Joppi.

140. Triester Domkapitel—Koschana.

1247, 7. April, Triest. Das Domcapitel von Triest, welchem Bischof Ulrich von Triest die durch den Pfarrer Peregrin resignierte Pfarre Koschana incorporiert hatte, verleiht dieselbe abermals dem gedachten Peregrin mit Vorbehalt eines jährlichen Zinses von 2 Mark Triester Pfenningen.

In nomine Dei eterni. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, die septimo intrante mense aprilis, indicione quinta. Dns. Pelegrinus plebanus plebis de Cosana refutavit et resignavit sponte et sua propria voluntate et absque ulla contradicione domino Wodolrico Dei gratia episcopo Tergestino plebem de Cosana cum omni jure sibi pertinenti; et ibi statim prefatus dominus episcopus dedit et investivit dictam plebem de Cosana capitulo Tergestino in perpetuum, salvo jure cathedrali et jure archydiaconatus. Promittens

dominus episcopus per se suosque sucessores[1]) predicta attendere et observare, nec amplius contravenire per se nec per alium. Et ibidem dictum capitulum Tergestinum investivit et dedit dictam plebem prefato domino Pelegrino solvendo annuatim dicto capitulo duas marchas denariorum Tergestinorum nomine ficti, unam in nativitate Domini, aliam in festo sancti Mihaelis.

Actum Tergesti in ecclesia majori, presentibus presbitero Bartolomeo plebano de Mugla, Janino plebano de Umago, et domino Andrea plebano sancti Wodorlici, et aliis testibus ad hec rogatis.

Ego Natalis sacri palatii et Terg. notarius scripsi ut ipsum inveni in rogationibus quondam magistri Lazari notarii ita ex auctoritate domini Harlongi Dei gratia episcopi Tergestini nil addendo nec minuendo quod mutetur sententiam ita scripsi fideliter et roboravi.

Dr. Kandler bemerkte: Sull' originale capitolare veggonsi contrassegnati i vicedomini, ma sembrano di tempi posteriori: Ego Johannes de Brunno vicedominus subscripsi. Ego Franciscus de Bascilio vicedominus (subscripsi).

Copie im Capitelarchiv zu Triest; auch Dr. Kandler nach Dr. Cumano, in Cod. dipl. Istriano.

141. Brixen—Veldes.

1247, 23. April, Feistriz und 25. April, Stein. Egno Bischof von Brixen belehnt seinen Getreuen, Wersso von Veldes mit 10 Huben und 8 eigenen Leuten deren Obereigenthum ihm dieser mit Zustimmung seiner Mutter Munza zuvor aufgetragen hatte.

Actum apud Feistritz et Stein, mense aprili 1247. Egno dei gracia Brixinensis ecclesie episcopus. Quae geruntur in tempore, solent ex hominum labi memoria, nisi litterarum testimoniis, eternentur, eapropter noverint omnes Christi fideles, quod Wersso de Veldes fidelis noster X. huebas, apud Velewen V. et apud Vedozlavich V sitas, de proprietate sua et VIII. homines videlicet Permannum fratrem domini Garedini, Witegonem et filium suum Pirsonem, Hilteprandum filium Albwini, Reinmarum et Evschen fratres suos, Chuonradum filium Welicolien, et Liutoldum filium Lienhardi, cum omnibus pueris et bonis eorundem, cum manibus matris sue domine Munzen et voluntate patruorum suorum, domini Werianti (!) vicedomini, et domini Gerlohi de Staine, nobis et ecclesiae nostre ratione proprietatis contra-

[1]) sic.

didit tali ratione, quod ipse Wersso dictas huobas et homines a nobis titulo feudi receptas una et haeredis sui si quos utrius que sexus procreaverint, debeat ratione feudi possidere. Si vero dictus Wersso vel haeredem solum vel plures non habens debitum carnis persolverit, pueri sororis suae, sive mares fuerint, seu feminae, qui ecclesie nostre dicuntur esse ministeriales, et non alii, supradictas huobas titulo feudi haereditabunt, homines autem praescripti cum omnibus pueris et bonis eorum mobilium et immobilium nobis et ecclesie nostre profuturo libere cedunt et absolute. Huius rei sunt testes, in quorum praesentia Wersso nobis supra nominata delegavit videlicet domini: Weriandus vicedominus et Gerlochus miles fratres de Staine, Albertus de Aichach, Chuonradus de Ratscone canonici Brixinenses, Henricus praepositus de Werde, Chuonradus capellanus noster, Berhtoldus fidelis noster de Nüvwenburch, Gerlohus de Hertenberch, Albertus, Uolricus, et Henricus milites de Waldenberch, Ruodegerus de Zuoge, Gebehardus miles de Chrainburch[1]), Albertus Tisere, Frisonis de Grinslach, Engellinus camerarius noster et alii quam plures. Item alii testes in quorum praesentia domina Munza huobas et praedictos homines nobis ut supra delegavit, videlicet vicedominus et dominus Gerlohus fratres de Staine, Mihahel sacerdos Brixinensis, dominus Berhtoldus de Nüwenburch, Henricus miles de Perowe, Chuonradus de Wolfspach, Stephanus, Reinbertus sartor et Ruobertus venator de Staine et alii quam plures. Ut autem maior fides huic facto adhibeatur, nos et Wersso praesentem paginam conscribi fecimus et sigillis istis communiri.

Actum anno domini M.CC.XLVII. die iovis ante Georgium per Werssonem apud Fistricium et die sabbati sequenti per dominam Munzam apud Staine.

Orig., Prgmt., im fürstbischöflichen Archive zu Brixen. Das 1. Siegel ist abgerissen, das zweite ist dreieckig, hat einen Adler als Schildfigur und die Umschrift: SIGILLVM VE(RS)ONI DE STEIN.

142. Clizoius von Satemberch.

1247, 24. Mai, Gemona. Graf Otto von Eberstein, Statthalter Kaiser Friedrichs II. in Oesterreich, Steiermark und Krain und Witigerius dessen Landschreiber, geloben dem Clizojo von Satemberch das Abhalten eines Gerichtstags zu Stein in Krain, in der Zeit bis zum kommenden Martinsfeste, zur Verhandlung seiner Ansprüche

[1]) Copie: Chranburch.

gegen jene herzoglichen Unterthanen, welche einige Bewohner von Venzone beraubt hatten.

Urkunde gedruckt im Schumi's Archiv f. H. I, 204, Nr. 61.

143 Kloster Marienbrunn bei Landstrass.

1247, 21. August, Lyon. Papst Innocenz IV. nimmt das Kloster Marienbrunn zu Landstrass mit all seinen Besitzungen in seinen besonderen Schutz, und gewährt demselben noch mancherlei andere Freiheiten.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis abbati monasterii fontis sancte Marie de Lanndstrost eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a preposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancte dei genitricis et virginis Marie fontis sancte Marie de Landestrost Aquilegensis diocesis in quo divino estis obsequio mancipati sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum a vobis post concilium generale susceptam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, imquibus hec proprijs duximus vocabulis exprimenda: Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentijs suis cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagijs, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in vijs et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que proprijs manibus aut sumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit sive de ortis virgultis et piscationibus vestris vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam

in monasterio vestro professionem, fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere, discedentem, vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Quod siquis forte retinere presumpserit licitum vobis sit in ipsos monachos vel conversos regularem sententiam promulgare, illud districtius inhibentes ne quod ius seu quidlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alieni personaliter dari seu alio modo alienari absque consensu totius capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus ad hec etiam prohibemus ne aliquis monachus sive conversus sub professione vestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et maioris partis capituli vestri pro aliquo fide iubeat vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra summam capituli vestri providentia constitutam nisi propter manifestam domus vestre utilitatem. Quod si facere forte presumpserit non teneatur conventus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit vobis in causis propriis sive civilem sive criminalem contineant questionem fratrum vestrorum testimoniis uti ne pro defectu testium ius vestrum valeat in aliquo deperire. Insuper auctoritate apostolica nihilamus ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad sinodos vel conventus forenses vos ire vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiaceri compellat nec ad domos vestras causa ordines celebrandi causas tractandi vel aliquos conventus publicos convocandi venire presumat nec regularem electionem abbatis vestri impediat aut de instituendo vel removendo eo qui pro tempore fuerit contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Si vero episcopus in cuius parrochia domus vestra fundata est cum humilitate ac devotione qua convenit requisitus substitutum abbatem benedicere et alia que ad officium episcopale pertinent vobis conferre renuerit licitum sit eidem abbati si tamen sacerdos fuerit proprios novitios benedicere et alia que ad officium suum pertinent exercere et vobis omnia ab alio episcopo percipere que a vestro fuerint indebite denegata. Illud adicientes, ut in recipiendis professionibus que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur ea sint episcopi forma et expressione conte nti que ab origine ordinis noscitur instituta ut scilicet abbates ipsi episcopo salvo ordine suo profiteri debeant et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum sive

pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem qui nostra fretus auctoritate nobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacaverit interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis sic tamen ut ex hoc imposterum proprio episcopo nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum proprii episcopi copiam non habetis siquem episcopum Romane sedis ut diximus gratiam et communionem habentem et de quo plenam potentiam habetis ..... benedictiones vestrum et vestrum consecrationes altarium et ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere valeatis. Porro si episcopi vel alij ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis excomunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint sive etiam in mercenarios vestros pro eo quod decimas sicut dictum est non persolvitis sive aliqua occasione eorum, que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint vel ad laborandum adiuverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alij feriantur eandem sententiam protulerint ipsam tanquam contra apostolice sedis indulta prolatam decernimus irritandam. Nec littere ille firmitatem habeant quas tacito nomine Cisterciensis ordinis et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit liceat vobis nichilominus in vestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna imposterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communibus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare

aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi quatinus et hoc fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.



Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus subscripsi.



+ Ego Otto Portuensis et sancte Rufine episcopus subscripsi.

+ Ego Petrus tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis ss.

+ Ego Wilelmus basilice duodecim apostolorum presbiter cardinalis subscripsi.

+ Ego frater Johannes tituli sancti Laurentii in Laterano presbyter cardinalis subscripsi.

+ Ego frater Hugo tituli sancte Sabine presbyter cardinalis ss.

+ Ego Johannes sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis subscripsi.

+ Ego Wilelmus sancti Eustachij diaconus cardinalis ss.

Datum Lugduno per manum magistri Marini sancte Romane ecclesie vicecancellarii, XII kal. septembris, indictione V. incarnationis dominice anno M°C°XLVII, pontificatus vero domini Innocentij pape IIII. anno quinto.

Orig., Prgt., mit Bulle an roth. gelb. Seidenschnur, im k. k. H.-, H.- und Staatsarchive in Wien.

144. Freising.

1247, 24. Sept., Laibach. Herzog Ulrich von Kärnten sagt Schloss „Praunsdorf" dem Bischofe Konrad I. von Freising heim, dass der-

selbe es den Gebrüdern Rudolf und Friedrich von Blindenbach (Slepšek bei Nassenfuss) verleihe.

Nos Vlricus dei gratia dux Karinthie, dominus Carniole constare volumus universis intuentibus presens scriptum, quod ius feodale videlicet quod in castro Praunsdorf habuimus ab ecclesia Frisingensi hactenus pacifice et quiete, ob formam conventionis inter venerabilem episcopum Ch. ecclesie memorate videlicet et Rudolfum, Fridericum quoque de Plintenpach fratrem suum pro ipso castro habite plenius conformandam ad manus dicti episcopi libere resignamus ut ipsum castrum dicti fratres a domino episcopo sepedicto teneant deinceps iure feudi, salva nichilominus forma conventionis eorundem quemadmodum in instrumentis domini episcopi plenius continetur. Preterea si dicti fratres de Plintenpach in forma ipsius convencionis peccaverint et excesserint contra ecclesiam Frisingensem, nisi ipsos excessus emendaverint pena debita et statuta, prefatus episcopus memoratum castrum destruat per omnia et dissolvat, nec ipsum castrum ex tunc indissolutum sibi liceat observare. In cuius rei testimonium conscribi iussimus presens scriptum nostri pendentis sigilli munimine roboratum. Datum in Laybaco anno domini M.CC.XLVII., in die Rûdeberti.

Orig., Prg., anhgdes. Siegel, im k. Reichsarchiv zu München; ebend. auch Cod. 191, f. 6; Meichelbeck II./2, 5, Nr. 10 und Oberbair. Archiv III. 277; Zahn, Cod. dipl. austr. Fris. in Fontes rer. Aust. XXXI, 146, Nr. 150.

145. Michelstetten.

1247, 3. November, Sofumbergo (bei Udine). Gerloch von Stein, Ministerial der Herzogin Agnes, Wittwe nach weiland Herzog Friedrich (II.) von Oesterreich überträgt dem Nonnenkloster Michelstetten zur Tilgung einer Geldschuld das Eigenthum von 16½ Huben im Dorfe Winkeler und einer Hube im Dorfe St. Marienkirchen (oder Zirklach). Das Kloster hingegen belässt mit Vorbehalt eines Metzens Getreide von jeder Hube als Zeichen der Unterwürfigkeit den übrigen Theil des Nutzens dem Gerloch auf Lebenszeit. Die Herzogin bestätigte diese Uebereinkunft in Gegenwart ihres Oheims des Patriarchen Berthold von Aquileia, welcher das Eigenthumsrecht an den gedachten Huben des Klosters entgegennahm.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Quoniam humana memoria fragilis est et caduca fidelium gesta ne per subortam oblivionis possint in posterum sicut solent tineam demoliri, scripti

consueverunt custodie commendari. Noverint igitur universi presentes et futuri, quod Gerlocus miles de Steine ministerialis preclare domine Agnetis derelicte ducis Austrie, Meranie quondam ducis filie recognoscens se teneri in quadam summa pecunie monasterio monialium in Michelsteten Aquilegiensis dyocesis de patrimonio suo proprietatem xvij mansorum in villa Winkeler, et unius mansi in villa ecclesie sancte Marie, prout inter priorissam eiusdem monasterii et ipsum concorditer prius tractatum extiterat, venditionis titulo dandam decrevit sub huiusmodi conditionis pacto, quod in adepte proprietatis argumentum quilibet mansorum eorumdem dicto monasterio unum modium grani annuatim persolvere pro censu deberet, reliquo de mansis ipsis censu de spontanee priorisse et sororum permissionis gratia dicto Gerlaco pro tempore sue solius persone tantummodum remanente. Sic tamen quod post eius obitum monasterium memoratum mansis prefatis cum omni integritate proprietatis et census tocius libere gaudere deberet. Ideoque in sue domine predicte presentia constitutus humiliter supplicavit, quatinus vendicionem huiusmodi ratam habere, et mansorum ipsorum proprietatem in ipsius manibus assignatam donare ac confirmare dicto monasterio dignaretur. Quibus precibus ipsa domina favorabilem pietatis intuitu prebens assensum, vendicionem atque donationem factam iuxta formam predictam de certa scientia ratam habens, proprietatem mansorum predictorum dicto monasterio liberaliter confirmavit; assignans ipsam nomine monasterii in manibus venerabilis patris Bertholdi patriarche Aquilegiensis patrui sui presentis prefato monasterio secundum priorum continentiam conservandam indulto super hoc ipsi monasterio presenti scripto, prefati domini patriarche et ipsius sigillorum munimine roborato. Testes vero sunt magister Berengerus vicedominus, Crafto Aquilegiensis canonicus, Wilhelmus plebanus de Tricesimo, Henricus et Glysoy fratres de Mels, Conradus Gallo,[1]) Bertholdus de Gurcvelde, et alii quam plures. Actum in palacio castri de Shorphenberch, anno domini M°.CC°. xlvij. iii. nonas novembris, V. indictionis.

Orig., Prgt.. im k. k. H.- H.- und Staatsarchive; fontes rer. Austr. I. Bd., II. Abth. 7, Nr. VII, beide früher an den Schnüren hängende Siegeln abgefallen.

146. Freising - Aquileia.

1247,[1]) *18. December, Kirchheim. Patriarch B(ertold) von Aquileia be-*

[1]) Copie: Callo.

[1]) Die 5. Indiction ist im Jahre 1232 und 1247; Patriarch Bertold regierte bis 1251, und Conrad von Lack kommt urkundlich vor 1247 nicht vor.

stätigt die Heirath zwischen seiner Ministerialin Engilrat von Rottenstein und dem freisingischen Ministerialen Kunzo von Lack unter Festsetzung der Art der Kindertheilung.

Nos B. dei gracia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha annotatione presencium confirmamus matrimonium iam contractum inter Engilradim mulierem ecclesie Aquilegiensis de Rattenstein et Cunçonem de Loch ministerialem ecclesie Frisingensis, ita tamen, quod proles generate vel generande ex eis inter Aquilegiensem et Frisingensem ecclesias equaliter dividantur. In cuius rei memoriam et stabilem firmitatem presentem litteram scribi iussimus et eam nostri sigilli munimine roborari. Datum in Chirheim, XVIII. decembris, V. indictionis.

Orig., Prgmt., k. Reichsarchiv zu München, Siegel abgerissen, vrgl. Oberbair. Arch. III, 412, wo Hoheneicher im Abdrucke nach einer Abschrift den Patriarchen Gregor annimt während im Orig. deutlich B. zu lesen; Zahn, Cod. fris. I. (fontes rer. Austr. 31. Bd.) 131, Nr. 132.

147. Deutschorden in Laibach.

(Nicht vor 1247.[1]) Ulrich III. Herzog von Kärnten, Herr von Krain, befreit die deutschen Ritter und ihre Leute in Kärnten und auf der (Windischen) Mark von Maut- und Zollgebühren, von weltlichem Gerichte und von jeder Behelligung seiner Richter, Urtheiler, Schergen und Beamten, „von der gnad sind ausgenommen, die mit gericht zu dem tod sind ze verdampnen.“

Urk. gedr. im Schumi's Archiv f. H. I, 11. Nr. 6.

148. Obernburg.

1247, ... , Obernburg. Chunradus de Mȏtnik wird als letzter der Zeugen genannt, in deren Gegenwart Hermannus miles de Plumeynstæin den Zehent bei St. Lorenzen in Šešice (eine Filiale von St. Paul unter Pragwald), welchen er vom Stifte Obernburg zu Lehen hatte, dem Marien-Altar in Obernburg für sein und seiner Eltern Seelenheil widmete.

Orig. im steierischen Landesarchive Nr. 619.

149. Freising.

1248, 3. Jänner, Lack. Vicedom Weriand, Gerloch von Stein und

[1]) Diese ist bisher die älteste krainische Urkunde in deutscher Sprache, und wurde zwischen 1247 — 1268 ausgefertigt. Die Begründung des obigen Datums vrgl. im Archiv f. H. I. S. 11.

Konrad genannt Gallo beurkunden die Bedingungen der Wiederaufnahme Wersos in die Gnade Bischof Konrads I. von Freising und verbürgen dem Letzteren die Erhaltung derselben.

Noverint universi tam presentes quam futuri presentem paginam inspecturi, quod cum nos Wergandus vicedominus, Gerlohus de Stein et Chv̊nradus dictus Gallo cum Wersone dominum nostrum Chv̊nradum venerabilem Frisingensem episcopum accederemus, cupientes dictum Wersonem eiusdem domini episcopi gratie quam idem W. per illata sibi dampna gravius offenderat, reformare, ipsum dominum episcopum paratum invenimus ad exaudiendum, ea tamen interposita conditione ut dictus Wer. eidem episcopo XXX marcas Laibacensis monete persolveret intra proximo venturam domini Nativitatem nobis prestantibus cautionem fideiussoriam, ut si predictum infra terminum domino episcopo prenotato expressa pecunia non solvatur, nos Lokam forum intrabimus inde nullatenus exituri, donec viginti marce, quia X marcas dominus episcopus relaxavit, in integrum persolvantur eidem. Ad hec prefatus (Werso) XVI mansus in Posenike sitos quos idem W. ipsius post patris obitum ab eius W. matre comparatos, ipsius W. sorore Bertoldo de Graednik copulata et ab hereditate Wersonis separata, iure proprietario possidebat, nobis per interpositum iuramentum approbantibus, quod ipse W. easdem possessiones tradere posset libere et absolute utpote proprias, in proprietatem Frisingensis ecclesie per manus nostras puta Wergandi vicedomini et Gerlohi de Stein tradidit pleno iure, addito pacto tali ut dictus Werso et ipsius uxor domina Willebirgis filia Ch. Gallonis ab eodem domino episcopo iure pfeudali (!) debeant hůbas recipere memoratas. Obligavimus autem nos ad id per iuramentum sub testimonio huius scripti ut sine fraude bono studio procuremus, quod si soror prefati W. uxor prenotati B. de Graednik predictam traditionem impulsaverit, nos eam ab eadem impeticione penitus quiescere faciamus. Preterea promisimus fide data per iusiurandum a nobis interpositum, quod omni remoto dubio obtineumus (!), quod eadem traditio per reverendi patris nostri et domini B. sancte sedis Aquilegensis patriarche, ipsius quoque neptis nostre domine gloriose ducisse Austrie manus confirmetur. Igitur quodcumque predictorum perductum non fuerit ad effectum, ad ius quod ante oblatam satisfactionem ad Wersonem habuit episcopus, revertetur secundum quod idem episcopus coram memorato domino patriarcha per sententiam obtinuit super Sawam,

Wersone iudicium declinante. Insuper vero XX marce supra notate domino episcopo per nos certificate nichilominus debent termino statuto persolui. Adicimus etiam et profitemur, quod quicumque supra nominatam traditionem impetierit, nos easdem possessiones domino episcopo prefatot enemur defendere utpote fideiussores. Testes: dominus Eberhardus venerabilis decanus Frisingensis, Wernhardus, Chv̊nradus, magister Heinricvs, Chv̊nradus notarius sanctorum Andree et Viti Frisinge canonici tunc tempore domini Frisingensis episcopi capellani, Heinricus de Vagen, Engelwanus de Ahdorf, Gotpoldus, Leonhardus, Jacobus gener eiusdem L., Ortolfus Ivdevs milites, Heinricus nobilis de Hohenburc, Vlricus marsalcus de Otenburc, item Gerlohus de Loka, Wernherus et Chv̊nradus filii prefati L., Wernherus et Pertoldus quondam officiales, Raebelinus et Pernhardus sagittarii, Wernherus de Richolsteten et Pv̊rarius et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo XLVIII., III. nonis ianuarii, in ecclesia Loka.

Orig., Prgt., von 4. anghgt. Siegeln nur Nr. 1 und 4 in Fragmenten vorhanden; k. Reichsarchiv zu München, ebend. Cod. 191, fol. 12; Meichelbeck II/2, 5, Nr. 11; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. in fontes r. Austr. 31. Bd. 148 — 150, Nr. 153.

150. Viktring.

1248, 4. Jänner, ... Wichard von Karlsberg verzichtet auf das beanspruchte Vogteirecht in predio, quod dicitur Radewich et duobus mansis in Delach, welches seine Eltern dem St. Thomasaltare im Kloster Viktring gewidmet hatten, und verpflichtet sich die genannten Güter im Nothfall und über Aufforderung des Landesfürsten zu schützen. U. den Zeugen: dominus Heinricus abbas eiusdem loci, dominus Gotfridus abbas de Landestrost.

Acta s. h. M.CC.XLVIII., indictione sexta, pridie nonas ianuarii.

Original im Archive des kärntnerischen Geschichtsvereines; Archiv f. Kunde österr. Gesch. Quellen 32. Bd. (1865), 234, Nr. 1098.

151. Freising.

1248, 10. Jänner, Gallenberg. Wilbirg, Konrad Gallos (von Gallenberg) Tochter und Gattin Wersos (von Stein zu Veldes), verzichtet auf Liegenschaften zu Poschenik, welche ihr Gatte an das Bisthum Freising gegeben hatte.

Ego Wilbirgis filia Chvnradi Gallonis uxor Wersonis sub huius scripti testimonio renuncio iuri proprietario quod habui in possessio-

nibus Posenik sitis, ratam habens tradicionem per meum maritum Wer. factam ad ecclesiam Frisingensem sub hac condicione, ut si dictus maritus meus W. me superstite de medio fuerit sublatus, ego pro tempore vite mee predictas possessiones quiete debeo possidere. In cuius rei testimonium hanc paginam cum patris et dicti mei mariti sigillis, quia proprium non habui, testibus adnotatis volui roborari. Aderant autem huic renunciacioni Chvnradus Gallo pater eiusdem Wilbirgis, Stephanus capellanus, Wilhalmus notarius de Lok, item Hilprandus de Neynnenhoven, Ditricus de Rovsch, Marchwardus de Seynia, Vlricus de Chazzenberch, Vlricus de Sawa et alii quam plures. Datum aput Gallenberch, anno gracie M.CCXLVIII., IIII. idus ianuarii.

Cod. 191, f. 14', k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II/2, 6, Nr. 12; Zahn. Cod. dipl. Austr. Fris. I., 148, Nr. 152.

152. Admont.

1248, 20. Jänner, ... Otto, Graf von Eberstein „sacri imperii per Austriam et Stiriam capitaneus et procurator" und Witigo Landschreiber „ejusdem imperii gloriosi", bestätigen die von der Markgräfin Sophie von Istrien geschenkten Güter im Wölsthale dem Kloster Admont.

Orig. im Stiftsarchive zu Admont, gedruckt bei Wichner, Gesch. d. Kl. Admont II, (1178—1297), 329, Nr. 174.

153. Aquileia—Obernburg.

1248, 16. Februar, Cividale. Bertold, Patriarch von Aquileia bekundet, dass sein Ministeriale Wulfing von Leutsch 3 Huben zu Oedenfeld, die er als Burglehen besass, heimgesagt und zur Entschädigung vom Kloster Obernburg 8 Huben zu Prihova Leutsch und h. Kreuz zu Lehen erhalten habe. U. d. Zeugen: Fridricus, Rudolfus de Treven, Ludwicus capellanus noster (patriarche) plebanus Laibacensis, Philippus plebanus sancti Martini.

Orig., Prgt., im fürstbischöfl. Archive zu Laibach, das eingehängte Siegel abgefallen.

154. Aquileia.

1248, 19. Februar, Cividale. Bertold Patriarch von Aquileia bekundet, unter welchen Bedingungen ihm sein Dienstmann Wolfing von Leutsch 3 Huben zu Levtenuelt, die er als Burglehen von Altenburg besass, wieder heimgesagt habe. Unter den Zeugen: presentibus

. . Fridrico Rudolfo de Treven, Ludwico capellano nostro, plebano Laibacensi, Philippo plebano s. Martini . . . .

Orig., Prgt., im fürstbischöfl. Archive zu Laibach Fasc. 37.

155. Michelstetten.

1248, 16. April, Sofumbergo (bei Udine). Agnes weiland Herzogin von Oesterreich und Steiermark und Herrin in Krain genehmigt die Schenkung dreier Huben und zweier Baumgärten zu Tyrneulach[1]) *durch Ritter Conrad von Zirklach an die Thomascapelle zu Michelstetten und überträgt dem Kloster auch das Eigenthum an denselben.*

Agnes dei gratia ducissa quondam Austrie et Stirie, Carniole domina. Per presens scriptum ad noticiam omnium presentium et futurorum fidelium volumus pervenire, quod veniens ad presentiam nostram Cunradus miles dictus de ecclesia sancte Marie propensius supplicavit, ut donationi quam fecerat monasterio vallis sancte Marie in Michelsteten de tribus mansis sitis in Tyrneulach apud ecclesiam sancte Marie, quorum unum a domina Gertrude dicta Mumelin et Rudegero atque Vlrico eius filiis, secundum vero a Sifrido de Ramesowe comparaverat, tercium quoque ab illustri duce Austrie Friderico felicis recordationis olim consorte nostro in feudo acceperat, propicium propter deum adhibentes assensum proprietatem eorumdem mansorum cum duobus pomeriis contiguis et aliis eorum pertinentiis donare dignaremur monasterio memorato. Nos igitur ad augmentum dicti monasterii favorabiliter intendentes, supplicationibus dicti Cunradi liberaliter annuimus in premissis, ac ratam habentes dotationem factam de dictis mansis capelle sancti Thome apostoli site apud monasterium antedictum per Cunradum militem memoratum, proprietatem ipsorum mansorum cum pomeriis et aliis eorum pertinenciis libere dedimus monasterio supradicto, a sororibus ibidem domino famulantibus imposterum possidendam. Ad cuius rei robur et memoriam monasterio ipsi presens scriptum dedimus, venerabilis patris B. patriarche Aquilegensis patrui nostri et nostre ipsius sigillorum munimine roboratum. Testes vero sunt: Vlricus episcopus Tergestinus, Otto marchio de Hohenburc Vtinensis prepositus, magister Berengerus vicedominus, Crafto Aquilegiensis canonicus, Ludewicus in Laibach plebanus, Cvono de Tricano, Johannes de Cucania,[2]) Heinricus de Mels ministerialis ecclesie Aquilegensis et alii quam plures. Actum in ca-

[1]) Ternovlje, der älteste Name des Dorfes Zirklach. — [2]) Copie: Gugania.

stro Shorphenberc, anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, in cena Domini, sexta indictione.

Orig., Prg., 3 Siegel (das dritte der Agnes), im k. k. geh. H.-Archiv; Fontes rer. Austr. I, II. Abth. (1849) 9, Nr. IX.

156. Aquileia—Ortenburg.

1248, 9. Mai, Sofumbergo (bei Udine). Berthold, Patriarch von Aquileia belehnt den Grafen Hermann von Ortenburg mit dem Patronatsrecht der Pfarrkirche in Pölan[1]) und zwei Theilen des Zehends von allen Neubrüchen auf dem zum Schlosse Zobelsberg gehörigen Gebiete nach dem Tode seines Schwiegersohns des Edlen Conrad von Auersberg.

Berhtoldus dei gratia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha. Per presens scriptum notum facimus universis presentibus et futuris fidelibus, quod constitutus in presentia nostra Hermannus comes de Hortenburc fidelis noster propensius supplicavit, ut jure patronatus ecclesie parrochialis in Pôlan, et duabus partibus decimarum in omnibus novalibus in predio proprietate seu territorio ad castrum Zobelsperc pertinente post obitum felicis recordationis nobilis viri Cunradi de Aursperc olim generi sui ad culturam redactis seu etiam in posterum redigendis investire eum nomine feudi de nostre liberalitate beneficentie dignaremur. Nos igitur ipsius supplicationibus favorabiliter annuentes iure patronatus dicte ecclesie ipsum infeudavimus cum decimis postulatis. Ad cuius rei robur et memoriam presens scriptum sibi dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum in castro Shorphenberc, anno domini millesimo, ducentesimo, quadragesimo octavo, nono die mensis madii, vj. indictione.

Orig., Prg., 1 Siegel, geh. H.-Archiv, Fontes rer. Austr. I, II. Abth. (1849) 8, Nr, VIII; Arch., f. K. ö. Gq. 32. Bd. (1865) 235, Nr. 1103.

157. Viktring.

1248, 28. Juli, Hollenburg. Hartneid von Pettau und Erchenger der Landeser überlassen dem Kloster Viktring fürs Seelenheit des Swiker von Hollenburg zwei Huben zu Liplach und eine zu Weitensdorf, welche vor Zeiten der Frau Wilbirgis und dem Heinrich von Tovhan angehört hatten.

In nomine domini amen.. Suboriri solet calumpnia in plerisque causis licet sollempniter actis que non fuerint aut vive vocis testi-

[1]) Altenmarkt bei Pölland.

monio aut litterarum apicibus posterorum memorie commendate. Unde nos Hærtnidus de Bettowe Erchengerus de Landeseren fieri palam cupimus universis quod intuitu pietatis et pro obtentu salvationis domini Svikeri quondam de Holenburch ecclesie Victoriensi libere et absolute contulimus duas eubas sitas in Liplach, que quondam fuerunt domine Wilbirgis, que nobis attinebat pleno iure et nomine proprietatis, et terciam eubam, que fuerat Heynrici de Tŏchan, positam in Weytenstdorf perpetuo liberas a nostra et nostrorum heredum retractione et impetitone omni moda possidendas. Ut autem hec nostra collatio sollempniter facta per processum temporum nec per nos nec per nostros heredes valeat cassari hoc instrumentum ecclesie prenotate dedimus in evidens testimonium nostrorum appensione sigillorum e[uide]ntius[1]) roboratum et advocatione testium communitum. Hi sunt testes: Milites Lutoldus de Trẹuna, Albertus de Werdenburch, Wolfherus de Nazzenvůz, Sifridus de Aychŏv, Heynricus de Gẹnshe, Guntherus de Chôtmarsdorf, Otakarus de Holenburch, Albertus de sancto Gangolfo, frater eiusdem Heyntzo, Chvntzo de Holenburch, Chvntzo de Wurdehe, Liupoldus notarius qui interfuit et scripsit et alii quam plures. Actum in castro Holenburch in die beati Pantaleonis anno partus virginis millesimo C̊C X̊L.VIII̊. indictione.[2])

Orig. im Archive des Kärntnischen Geschichtsvereins, verletztes Hängesiegel an Hanffäden. Legende: + SIGILLVM.HER(T)ENIDI.D.

158. Obernburg.

1248, 30. August, Tolmein. Bertold, Patriarch von Aquileia bestätigt dem Kloster Obernburg die Schenkung Chunzo's genannt Rufus, von zwei Mansus zu Edelingen (Kaseze) einen halben zu Vriezihac (Brezje) mit zwei Hörigen sammt allem anderen Zugehör. U. d. Zeugen: Gotfridus abbas fontis sancte Marie de Landestrost, magister L̊v̊d(w)icus plebanus de Laybach. Philippus capellanus patriarche.

Orig. (von Mäusen angenagt) im steierm. Landesarchive Nr. 625a.

[1]) Im Orig. Loch und die Schrift ringsherum abgerieben. Schon die Copialbücher des 16. Jahrh. lassen hier im Texte eine Lücke. Jedoch vermuthe ich, dass das Eingeklammerte so und nicht anders zu ergänzen ist. (August v. Jaksch.)

[2]) Im Original fehlt die Zahl der Indiction. — Weil diese Urkunde erst dann abgeschrieben und mir eingesendet wurde, als das Ankershofen'sche Regest oben S. 83, Nr. 108 schon gedruckt war, so kann selbstverständlich der Fehler erst jetzt verbessert werden, und so ist das Datum 1248 und nicht 1240 (wie oben S. 83) das richtige. —

159. Landesfürst.

1248, 16. November, Lyon. Papst Innocenz IV. beauftragt den Cardinallegaten O., dass er die zur Eingehung der Ehe zwischen Agnes, der Wittwe weiland des Herzogs von Oesterreich und Ulrich Herzog von Kärnten erforderliche Dispens vom Ehehindernis der Verwandtschaft, an seiner statt ertheile.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri O. sancte Marie in via lata diacono cardinali apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut carissimus in Christo filius noster . . illustris rex Boemie ac [dilectus filius nobilis vir.. dux Carinthie][1]) nobis significare curaverunt de contrahendo matrimonio inter dilectum filium nobilem virum Vlricum natum ipsius ducis et nobilem mulierem A.[2]) relictam quondam ducis Austrie sit tractatum, quia dictus V. tertio affinitatis gradu A. contingit eandem non prius duxerunt ad confirmationem ipsius matrimonii procedendum, quam super hoc recursus ad sedem apostolicam haberetur quare fuit ex parte ipsorum regis et ducis nobis humiliter supplicatum, ut cum huiusmodi matrimonium ad sedandas inimicitias inter parentes et vassallos utriusque peccatis exigentibus iam exortas et reformanda inter eos pacis foedera plurimum operetur, salubre consilium apponere curaremus. Attendentes igitur, quod urgens necessitas et evidens utilitas dispensationem exposcunt, de fratrum nostrorum consensu devotioni tue mandamus, quatenus recepta prius a eisdem duce et nato ejus et A. nec non ab aliis quos videris expedire, de assistendo ecclesie Romane ac devotis eius contra Fredericum quondam imperatorem et fautores eius, persecutores ipsius ecclesie, viriliter et patenter ac de perseverando immobiliter in ejusdem ecclesie devotione ac fide tam juratoria quam alia sufficienti et idonea cautione, cum prefatis V. et A. per te vel per alium auctoritate nostra, si videris expedire, dispenses, quod ad invicem contrahere possint, si velint impedimento huiusmodi non obstante. Data Lugduni XVI. kalendas decembris, pontificatus nostri anno sexto.

Codex Moraviae III, S. 100/1 Nr. 132 aus den Registerbüchern Innocenz IV. vom 6. Regierungsjahr (Reg. Nr. 310 und 504) im vaticanischen Archive.

---

[1]) Statt der eingeklammerten Worte in einer zweiten Ausfertigung: venerabilis frater noster . . patriarcha Aquilegensis. — [2]) Ebendort eingeschaltet: neptem ipsius patriarche.

160. Michelstetten.

1248, ... , ... Heinrich von Scharfenberg schenkt dem Kloster Michelstetten das ererbte Vogteirecht über eine Hube seines Freigelassenen Martin von Olsvich als Ersatz für Schäden, welche von seinen Leuten dem Kloster zugefügt worden seien.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ego Henricus de Scherphenberch scire volo omnes hanc paginam inspecturos, quod cum priorissa et conventus Vallis sancte Marie nobis dampna sua, a nostris domui sue illata exposuissent in recompensationem dicti dampni et ob reverenciam beate virginis cui famulantur ius advocacie quod ad nos spectabat, iure hereditario super manso Martini libertini de Olsvich pleno iure domui eidem dedimus possidendum, presentem kartam sigilli nostri munimine roborantes. Acta sunt hec anno domini MCCXLVIII. presentibus Weriando vicedomino, Gerlocho de Stain, Chvnrado Gallone, Leonardo sacerdote, Rudolfo sacerdote, Perone officiale, Widena et alii quam plures.

Orig., Prgt., im k. k. H.-, H- und Staatsarchive zu Wien.

161. Aquileia—Görz.

1249, 1. April, im Felde zu Manzano. Berthold Patriarch von Aquileia und Mainhard Graf von Görz überlassen dem Ulrich von Reifenberg, Johann von Cucania sowie dem Dompropst von Udine, Markgraf Otto (von Hohenburg), die Feststellung ihrer wechselseitigen Entschädigungsansprüche, namentlich auch bezüglich dreier Huben auf dem Karst und der Zehende des Friedrich von Valchenberch zu Wippach.

In nomine domini dei nostri Jesu Christi, anno eiusdem nativitatis millesimo ducentesimo quadragesimo nono, indictione septima, die iovis primo aprilis, in campanea Mençani ultra aquam, presentibus domino Olrico episcopo Trigestino, domino Henrico archidiacono Paduensi, magistro Bertholdo canonico Aquilegensi, domino Buçacarino de Padua, domino Johanne de Diana iuris doctoribus, Antonio scriba domini comitis de Goricia et aliis c. Dominus Bertholdus dei gracia sancte sedis Aquilegeie (!) patriarcha pro se et suis successoribus et ecclesia Aquilegensi ex parte una et dominus Mainardus comes Goricie pro se et suis heredibus ex altera compromiserunt in dominos Olricum de Rifenberch, ellectum per dictum dominum comitem et Johannem de Cucania ellectum per dictum dominum patriarcham et dominum Ottonem marchionem prepositum Utinensem ellectum communiter per dictum dominum patri-

archam et dictum dominum comitem sicut in arbitros et arbitratores et amicabiles compositores de omnibus dampnis datis post diem treugue indite inter ipsum dominum patriarcham et suos ex una parte et dictum dominum comitem et suos ex altera post prelium Goricie per Iuonum nuncium domini Guecili de Prata sacri imperii vicarij generalis in Marchia et a flumine Ole usque per totum episcopatum Tridentinum et domini Ecelini de Romano et de omnibus aliis causis et questionibus habitis inter dictum dominum patriarcham et dictum dominum comitem et specialiter de causa sive questione trium mansorum dominorum Olrici de Rifenberch et Vgonis eius nepotis, qui iacent in Carsto et de decima Frici de Valchenberch, qui est in Guipach et de mutis et pedagiis, ita quod predicti arbitri, arbitratores et amicabiles compositores possint diffinire, arbitrari, pronunciare, sentenciare, interpretari, declarare, dillucidare, una vice et pluribus et inter eos amicabiliter componere et transigere et per racionem et per concordiam cum solennitate iuris et sine et suo bono et libero arbitrio sicut voluerint predicti domini Olricus et Johannes in concordia et si dicti duo non possent esse concordes predictus dominus Otto marchio communiter ellectus solus habeat liberam potestatem arbitrandi et cetera facienda ut supra seriatim et per ordinem plenius continetur et quicquid predicti domini Olricus et Johannes communiter et concorditer vel predictus dominus Otto super predictis vel aliquo predictorum dixerint laudaverint arbitrati fuerint sententiaverint, declaraverint interpretati fuerint et dillucidaverint tam die feriato quam non feriato, tam sedendo quam in pedibus stando predicti domini patriarcha et comes promiserunt unus alteri et dictis arbitris per stipulationem bonorum dicti domini patriarche et ecclesie Aquilegensis et dicti domini comitis. Et si qua parcium contra fecerit vel venerit nomine pene promisit una pars alteri et dictis arbitris per stipulationem dare et solvere mille marchas Aquilegenses qua pena comissa et soluta nichilhominus duret arbitrium sive diffinicio dictorum dominorum vel dicti domini marchionis solius ut supra dictum est et partes attendere teneantur et stare arbitrio et diffinicioni eorum vel dicti marchionis solius renunciantes dicti dominus patriarcha et comes omni legali auxilio et privilegio ecclesiastico et tam speciali quam communi eo tamen acto inter predictas partes et arbitros quod dicta pena pro dimidia dictis arbitris committatur et pro dimidia parti servanti arbitrium.

+ Ego Boniohannes de omnibus Sanctis de Padua domini Friderici imperatoris notarius interfui et rogatus scripsi.

Orig., Prgt., im k. k. H.-, H.- und Staatsarchive in Wien.

162. Kloster Marienbrunn bei Landstrass.

1249, 8. Mai,..... Bernhard Herzog von Kärnten erneuert die Stiftung des Cisterzienserklosters Marienbrunn im Töplizthale nächst dem Markte Landstrass, weil die erste Gründungsurkunde vom J. 1234 theilweise unbedacht ausgestellt gewesen sei, er auch seither sein Siegel geändert habe. Der Herzog verspricht ferner noch 200 Mark Einkünfte dem Kloster anweisen zu wollen, zu deren Deckung vorläufig sein Gut zu Laibach haften solle und führt gleichzeitig jene Besitzungen in Krain und Kärnten mit Namen an, welche er bisher der Abtei geschenkt habe.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Cum litera quasi legitera nuncupetur, eo quod legentibus certissimum iter monstret, ad hoc ipsam ingeniosa veterum subtilitas adinvenitur, quatenus cum breves dies hominis sunt, eiusque memoria repente transeat velut umbra, presentium hystorie sive acta digna memoria ipsius karactere notius elucescant notitie futurorum. Hinc est igitur, quod nos Berenhardus dei gratia dux Karinthie tenore presentium, modernorum memorie inculcamus, et exponimus notitie futurorum, quod nos consideratis transitoriis stipendiis et fallaci gloria huius mundi, cuius omnia sunt caduca, nec aliqua quo ad eterne salutis premium nobis videmus proficere, ex omnibus, que obtulit nobis mundus, nisi ea tantumodo quibus pro amore dei cedimus, vel que iuste in usus et elemosinas pauperum et egentium erogamus, pro remedio anime nostre, nec non Ivte uxoris nostre, ac Vlrici, Berenhardi, Philippi filiorum nostrorum et Margarete filie nostre, omniumque heredum ac progenitorum nostrorum in honore omnipotentis dei et gloriose virginis matris sancte Marie ac omnium electorum dei, aput Landestrost forum nostrum in valle que Topliz vulgariter dicitur, iuxta capellam sancti Laurentii, monasterium Cysterciensis ordinis, nominatum fons sancte Marie, ex novo duximus construendum. Ipsum autem monasterium redditibus ducentarum marcarum dotamus, quos ducentarum marcarum redditus ipsi infra quinquenium conquirere pollicemur, pro quibus redditus nostros et predium in Leybaco, voluntate et assensu, prefate uxoris nostre, ac prefatorum heredum nostrorum, ipsi monasterio libere obligamus, tali apposito laudamento, quod si de medio cedere nos contingat, antequam

ipsi monasterio memoratos ducentarum marcarum redditus conquiramus, iam dictum predium sive redditus in Leybaco, ipsum monasterium tamdiu teneat, quo adusque exinde ducentarum marcarum redditus sibi emat, vel ab eo, quicunque nobis in hereditate nostra succeserit, eidem ipsarum ducentarum marcarum redditus libere assignentur. Preterea ipsi monasterio legaliter et libere dedimus in villa Prukelin viginti mansos, apud sanctum Laurentium tredecim mansos cum decimis, apud Topliz decem mansos cum decimis, septem mansos quos habuit Otto inclusus cum decimis, quatuor mansos quos habuit Chunradus vigellator cum decimis, quatuor penes nemus cum decimis, quatuor quos habuit Ambrosius cum decimis unacum molendinis, et paludem adiacentem, que Crawiak vlgo dicitur, apud Gaz quatuordecim mansos, tres mansos ad locandum piscatores, in Bérloch septem mansos, in Zernik octo mansos, in Creylow quinquaginta mansos cum decimis, in Zerwiz septem mansos, in Svssiz quatuor mansos in Grv̊blach tres mansos, apud Reizekke decem et novem mansos, apud Treuen duos mansos, apud Weysen septem mansos, apud Gaberwich tres mansos, apud sanctum Vdalricum quatuor mansos, in Yge duodecim mansos. Item in Karinthia in Wnwitz quatuor mansos, apud Steinpv̊hel duodecim mansos. Predicta vero bona absolute et libere monasterio ipsi damus, ut videlicet in ipsis bonis plene ac libere fruatur omnibus iuribus et utilitatibus, quibus et nos usi fuimus in eisdem. In agris videlicet pratis, pascuis, vineis, nemoribus, piscationibus, exitibus et reditibus, omnibus communitatibus ac aliis quibusque iuribus sev utilitatibus, quibus nos in eisdem, cum ea possedimus sumus freti. Ipsam insuper ecclesiam cum iam dictis bonis suis et aliis quibuslibet, que dante domino habebit per nos, vel heredes nostros, sev ministeriales nostros vel alios quoslibet homines nostros, vel etiam alienos, ab omni iure advocatitio et exactionis et aliorum servitiorum qualiumcunque per nos vel heredes, aut successores nostros, seu etiam iudices aut officiarios aut precones nostros, et alios quoslibet requirendorum vel in genere vel in specie penitus duximus exhimendam, secundum exemptionem et libertatem ac privilegia, quibus ordo Cysterciensis tam a sede apostolica, quam ab imperiali excellentia esse dinoscitur roboratus. Homines quoque ipsius ecclesie, ubique in nostro dominio constitutos eximimus usque quaque a iure nemoris et iure venatitio, que Vorstreht et Jaegaereht vulgaritur appelantur. Deinde conventui ipsius ecclesie gratiam talem damus, quod liceat eis piscari et piscatores

habere in Gurka fluvio ubicunque per dominium nostrum fluit. Insuper eam gratiam damus eis, quod de omnibus victualibus, que ad domum ipsorum deportantur et aliis rebus quibuslibet in omnibus civitatibus nostris et aliis locis quibuslibet tributariis iam habitis et imposterum habituris, nulla solvantur thelonia sive mute.

Adicimus etiam quod si forte causa vecture, vel aliarum necessitatum eiusdem ecclesie, nuntios eius res aliquas vel vendere vel emere contigerit, de hoc nullus eos impediat vel coartet, et de tali venditione vel emptione, ut dictum est nulla solvant thelonia neque mutas. Item nemus iuxta monasterium ipsum situm, quod fuit nobilis viri nomine Pris, similiter monasterio ipsi damus libere possidendum usque ad ripam, que Mychawa vulgariter dici solet ut eo imperpetuum utatur libere, tam in colendis, seu fatiendis novalibus, quam in habendis quibuslibet aliis usibus seu utilitatibus que tamen ipsi ecclesie, quam suis hominibus fuerint profutura. Insuper ipsi monasterio tot redditus conquiremus, ex quibus tria millia caseorum, sex somas olei et duodecim somas salis, habere valeant annuatim. Ipsam autem plantationem nostram novellam sepe superius repetitam, videlicet fontem sancte Marie, cum omnibus suis possessionibus, tam habitis, quam habendis, super altare beate virginis in Victoria Cisterciensis ordinis offerendam duximus et legandam in matricem ipsius, eandem ecclesiam eligentes secundum ipsius ordinis instituta, ut exinde sibi provideatur in perpetuum in regularibus disciplinis, iuxta ordinis eius normam. Preterea sciri debet, quod cum a principio ipsum monasterium fundassemus anno domini M.CC.XXXIIII super libertate a iuribus, seu possessionibus ipsius ecclesie antedictis sibi privilegium con[fici fecimus et conscribi,[1]] quod aliquantulum inprovide fuit scriptum. Cuius causa negligentie et etiam quia post datam eiusdem privilegii ipsi [monasterio] maiorem fecimus gratiam, tam in ampliatione suorum iurium q[uam bonorum, et quia sigill]um nostrum nos postea contigit renovare, ipsum privilegium tunc conscriptum, presenti pagina duximus renovandum. Quam in eiusdem facti testimonium et cautelam, et etiam ne super ipsam fundatio em nostram seu donationibus memoratis, per heredes vel successores nostros, vel alios quoslibet, aliqua contradictio vel calumpnia imposterum oriatur, vel

[1]) Das in eckige Klammer Gegebene ist in Folge der Beschädigung des Pergaments an diesen Stellen heutzutage unleserlich geworden, und musste nach der Copie des P. v. Radics in Mitth. d. hist. Ver. f. Krain 1860, S. 19—20 ergänzt werden.

aliquis ipsi monasterio possit infringere iura sua: sigilli nostri munimine duximus roborandam. Promittimus insuper quod decimas predictarum villarum, quibus decime superius sunt astricte, ab Aquilegensi ecclesia, a qua ipsas habemus in pheodo, ipsi monasterio aquiramus. In fine apponimus quod scire volumus universos, capellam in predicto foro nostro Landestrost, in qua ius patronatus habere dinoscimur, cum eodem iure ipsi monasterio similiter nos dedisse, ita quot ipse conventus populo ibidem provideat indivinis per clericum secularem, sicut expedierit et sit iustum. Cuius rei testes sunt: Philippus filius noster, qui post datum primi privilegij in Salzburgensem, archiepiscopum est electus, et Vlricus filius noster senior, Vlricus prepositus de Volchenmarch, Livtoldus plebanus de Crich, nobilis puer de Owersperch, Wichardus et Heinricus fratres de Charlesperch, Hertwicus dapifer de Chrich, Wilhalmus de Chrich, Gvndacharus et Swikerus fratres de Vrowenstein, Chv̊no et Jacobus de Vriberch, Reinherus pincerna de Osterwiz, Berhtoldus de Grednich, Vlricus et Reinherus fratres de Aichelberch, Arnoldus et Vlricus de Havenaerburch, Chvnradus et Otto fratres de Himelberch, Chvnradus de Paradyso, Fridericus de Valchenberch, Gerlochus de Hertenberch, Vlricus, Heinricus et Chvnradus fratres de Landestrost, Vlricus, Gotfridus de Prisekke, Meinhardus de Preitenowe, Berhtoldus de Gvrkevelde, Weriandus de Archa, Wolzlinus de Nazzenfv̊z, Fridericus de Weinekke, Herbordus et Meinhalmus de Owersperch, Thomas plebanus de s. Cruce, Otto plebanus de Nazzenfv̊z, Bertholdus plebanus de sancto Bartholomeo, Engelberus de Landestrost, Otto, Offo, fratres de Landestrost, Otto Vranco, Heinricus, Fridericus notarii nostri.

Cui facto ego Berhtoldus Frisacensis canonicus scriptor presentis interfui et testimonium perhibeo veritati.

Acta sunt hec anno gratie M.CC.XLVIIII, indictione VII., VIII ydus may feliciter nunc et semper. Amen.

Orig., Prgt., im Archive des hist. Vereins f. Krain. Das Reitersiegel des Herzogs Bernhart, welches die Mutter Gottes mit dem Kinde im Gegensiegel zeigte, ging zwischen 1847—1860 verloren. Auswendige Archivsnotiz: Literae fundatoris et privilegia huic monasterio ab eo data. Darunter ein grosses A. links „lege“, rechts „diligenter“.

163. Kloster Studenitz.

1249, 27. Oktober, Scharfenberg (bei Udine). Patriarch Bertold von Aquileia bestätigt die Stiftung des Frauenklosters Studenitz

durch Sophia von Rohats (Roitsch) und ihre Schwester Rychza, Gemalin Otto's von Königsberg und vermehrt die Dotation desselben. U. d. Zeugen: Chûnradus plebanus st. Viti in Marchia; Peregrinus sacerdos.

Fontes rer. Austr. I. Bd., II. Abth. S. 16—20.

164. Landesfürst.

1249, Oktober, Foggia. K. Friedrich II. ermächtigt den zum Reichsstatthalter in Steiermark bestellten Grafen Meinhart von Görz die Besitzungen des Patriarchen von Aquileia, des Erzbischofs von Salzburg und anderer Kirchenfürsten, welche von ihm abgefallen waren, in Steiermark und Krain einzuziehen und an des Reiches Getreue zu verpfänden.

Fridericus dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Jerosolimarum et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam præsentibus quam futuris, quod cum nos M. comitem Goricie dilectum fidelem nostrum capitaneum Stirie duximus statuendum, omnes possessiones et omnia bona, que patriarcha Aquileiensis, electus Salzburgensis ac alii prelati, qui fidem et devotionem nostri nominis abjurarunt in Stiria et Carniola tenent et possident, ad manus nostras recipiendi et ea omnibus illis, qui ad cor reversi ad fidelitatem et servitia nostra redire puro corde voluerint, obligandi, eidem comiti plenam contulimus potestatem. Quicquid idem comes de predictis possessionibus et bonis capiendis et supradicto modo obligandis fecit, vel in antea fecerit, ratum et firmum et inviolabiliter habebitur. Ad cujus rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri, et majestatis nostre sigillo jussimus communiri.

Actum Fogie dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mense octobris, octava indictione.

Chmel österr. Geschichtsf. I, 570.

165. Ortenburg.

1249, Oktober, Foggia. K. Friedrich II. erklärt, dass er die vom Grafen Meinhart von Görz, seinem hiezu ermächtigten Statthalter in Steiermark, an Graf Hermann von Ortenburg erfolgte Verpfändung von Gülten zu Grosuple (bei St. Marein unter Laibach) um den Betrag von 600 Mark genehmige.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus

universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod cum nos M. comiti Goritie, capitaneo Stirie dilecto fideli nostro obligandi de possessionibus nostris in Stiria et Carniola pro servitiis nostris plenam contulerimus potestatem, obligationem factam per eundem comitem H. comiti de Ortemburch dilecto fideli nostro aput Grazlup pro sexcentis marcis argenti ratam gerimus et acceptam. Ad cuius rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et majestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Fogie anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mense octobris, octave indictionis.

Orig., Prgt., 1 Siegel, im k. k. H.-, H.- u. Staatsarchive; Fontes rer. Austr. I., II. Abth. (1849), 20, Nr. XVI.

166. Viktring.

1249, 6. November, Eberndorf (in ecclesia Oberndorf in Juna). Herzog Bernhard von Kärnten beurkundet, dass Friedrich „scriba noster de Landestrost filius Gerlochi civis de sancto Vito“ (in Kärnten) dem Kloster Viktring 3 Mansen in Leodnich und Gimelsdorf geschenkt habe.

Viktr. Copialb. I, Nr. 176; IV. Fol. 64.

167. Sittich.

1249, ... , ... Friedrich von Pettau wiederholt seine Widmung an das Kloster Sittich betreffend 12 Huben zu Kopreinitz und Ulrichsdorf nächst Hörberg, die er als (Salzburgisches) Lehen besass.

(Idem totius praenominatus) dominus Fridericus de Bettovia confert iterato sua profusa et innata desuper liberalitate erga monasterium Sitticense eidem duodecim mansos de suo feudo sitos prope Herberg in villis Copreinicz et Vlrichensdorff.

Puzel, idiographia S. 23. Vgl. die erste mit Zustimmung des Erzbischofs Eberhard II. von Salzburg vorgenommene Widmung s. d. 1241, . . . Februar, Rann, oben Nr. 111.

168. Kloster Marienbrunn.

1250, 26. Mai, (Montpreis). Heinrich von Scharfenberg bekundet, dass er zur Sühnung begangener Frevel dem Kloster Landstrass 5 Huben zu „Reizeke“ bei Stattenberg aus dem Vermögen seiner Frau Gerbirg geschenkt und Letztere durch Abtretung seines Dorfes Gese entschädigt habe.

In nomine sancte et individue trinitatis, tam presentibus quam

futuris Christi fidelibus, Heinricus de Scherpfenberch in circumscripte lucis claritate perfrui sempiterna. Mortalis humana conditio hoc requirit, ut ea que pro devotione geruntur in tempore, pro habenda futurorum noticia studiose literis conserventur ne decurrente tempore oblivioni posterorum potius, quam memorie relinquantur, et ne succedentium heredum quorumlibet possit ignorantia seu malignitas revocare. Ea propter ego Heinricus multiplicem peccatorum meorum reatum considerans exhonerari aliqua ex parte cupiens, dominum meum sancte Aquilegiensis ecclesie venerabilem patriarcham Berhtoldum in Schorphenberch accessi, peccati ex incendio comissi omni humilitate qua poteram petii absolutionem, satisfactionem debitam promittendo. Dominus vero patriarcha ut pius pater Gotfrido abbati Fontis sancte Marie apud Landestrost me commisit ut ipsius auctoritate functus, me meosque absolveret, et condignam penitentiam iniungeret secundum quod animabus nostris decerneret expedire. Abbas vero omnimodis intendens ut lesis satisfieret, et nec ipse nec ego viam invenire potuimus competentem eo, quod in diversis locis et me et inimicis meis ulciscendo tunc temporis incendia perpetrarim, tamen ut deum placarem ut propitium sperarem quatuor mansos cultos et locatos beate virgini et suo monasterio quod est apud Landestrost omni iure libertatis adhibito promisi pro tempore assignare. Quod quia diversis negotiis sepius mihi incumbentibus fuerat aliquamdiu impeditum, nec plene deliberaveram, quo in loco eorumdem mansorum assignatio fieri posset, tandem in Reizeke de predio pertinente in Steitenburch quod ex dilecta coniuge mea Gerbirga possedi, abbati supradicto et suis fratribus quinque mansos assignavi iure pleno perpetuo possidendos, quintum adiungens hac de causa, quia illi quatuor culti nec locati fuerant ut promisi. Verum cum hec donatio preter manum coniugis mee cuius fuit hereditas et patrimonium nullum robur firmitatis habere potuit, fratrem Cv̄nonem eiusdem cenobii subpriorem in Mvnparis advocavi et donationem quam feceram manu ipsius uxoris mee in capella eiusdem castri super altari stabilivi prompta et libera voluntate, sibique villam patrimonii mei Gêse nuncupatatam (!) pro commutatione contuli versa vice. Ut autem hec donatio nulli in dubium proveniat presentem litteram conscribi petii, huius sigilli mei munimine confirmatam. Testes autem huius facti sunt hii: comes Willehelmus de Mallentin, Otto miles de Bleswich, Vlricus de Riwental, Dietricus de Mvnparis, Wolfelinus de Windeschgraeze, Ortolfus

de Mukenvelde, Dietricus et Hertwicus filii Dietrici militis de Mvnparis, et alii quam plures. Acta sunt hec ab incarnatione domini anno. M.CC.L°, septimo kalendis junii, indictione quinta.[1])

Orig., Prgt., schön erhalten (Landstr. Urk. Nr. 5) im Laib. Museum, 1 anh. Siegel des Ausstellers, auf der Rückseite die Archivsnotizen, 1. Quinque mansi de Reizek de predio pertinente in Stattenberg per D. Henricum de Scherphenberg collati, 2. Ignoramus mansos (beide 15. Jahrh.) 3. Stifftbrief pro 5 Hueben in Reitsch 1257 (17/18. Jhd.)

169. Kloster Marienbrunn.

1250, 12. August, Sittich. Bertold, Patriarch von Aquileia genehmigt als Lehensherr dem Kloster Marienbrunn bei Landstrass die Schenkung von Zehenten, welche Herzog Bernhard von Kärnten vom Patriarchate zu Lehen getragen hatte.

Nos Bertholdus dei gratia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem et memoriam geste rei. Si iusta supplicantium vota et desideria, que multe religionis et iusticie informat karitas, et via non deserit honestatis, debita promptitudine liberaliter admittimus et ipsorum preces favorabiliter exaudimus. Patriarchalis dignitatis morem et consuetudinem imitamus, utpote ne de sua iusticia videantur incommodum, sed pocius commodum reportare, dilecti siquidem nobis in Christo viri religiosi, Rodulfus abbas et conventus monasterii Fontis sancte Marie iuxta Landestrost, ordinis Cisterciensis, nobis devote ac humiliter supplicarunt, quod cum Bernardus illustris dux Karinthie ob salutem et remedium sue et antecessorum suorum animarum, quasdam decimas quas a nobis et Aquilegiensi ecclesia ad legale et rectum feudum libere obtinebat, eidem monasterio duxerit liberaliter conferendas, ac possidendas sine contradictione cuiusquam in perpetuum et tenendas, ipsam donationem ratam habere et confirmare misericorditer dignaremus. Nos igitur inspecta eorumdem abbatis et conventus reverentia, quam cura nos et Aquilegiensem ecclesiam hactenus habuerunt et habituri sunt concedente domino in futurum, nec non prefati ducis devotione, quam dignis in domino,

[1]) Die Indictionszahl 5 passt weder auf das Jahr 1250 (= Ind. 8) noch auf 1257 (= Ind. 15), wenn man etwa das Septimo auf die Jahreszahl und und nicht auf die Kalenden beziehen wollte. Für das Datum 1250 spricht u. A. der Umstand, dass vom Patriarchen Berthold von Aquileia († 1251) als von einer noch lebenden Person die Rede ist.

laudibus commendamus, omnes donationes sive collationes decimarum quas a nobis ut Aquilegiensi ecclesia obtinuit ut obtinet, nominatis monasterio, abbati et conventui fecit ut decetero duxerit faciendas, ratas habemus et de libera voluntate ac certa conscientia auctoritate presencium confirmamus. Nolentes eis in illis decimis sive donationibus, a successoribus nostris vel ab aliis gravamen, vel iniuriam aliquam in posterum irrogari. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem eis presentem litteram dedimus, nostri sigilli pendentis munimine roboratam. Testes autem fuerunt, Chonradus abbas monasterii Siticensis, Cisterciensis ordinis; Wargiendus vicedominus in Werdenech, magister Bertholdus Aquilegiensis canonicus, magister Ludvicus plebanus Laybacensis, Paulus canonicus Civitatensis, Hermannus de Portis, Ludvicus de Vtino, Prechtelinus de Lyctemberch, Henricus de Pvech, Fridericus de Winech, Henricus et Duringus fratres de Nidech, et alii quamplures. Datum in monasterio Syticensi, anno domini, millesimo ducentesimo quinquagesimo, die XII. intrante augusto, VIII. indictione.

Orig., Prgt., Landstrasser Urkunde Nr. 2 im Laibacher Museum. Das Thronsiegel des Patriarchen mit der Umschrift † BERHTOL(DV)S DEI GRA. SANCTE AQILEGIEN. SEDIS PATRIARCHA hängt an grünen Seidenfäden.

170. Sittich.

1250, 13. August, Sittich. Bertold Patriarch von Aquileia bestätigt dem Abte Konrad und seinem Konvent von Sittich verschiedene namentlich angeführte Besitzungen, welche dasselbe durch Stiftungen, Tauschverträge, Käufe u. s. w. bisher erworben hatte.

„1250. Emanat a Bertholdo patriarcha instrumentum confirmationis die 13. augusti variorum fundationum, permutationum, emptionum etc., ad abbatem Conradum directum". Donarunt autem monasterio, vigore ejusdem:

Bertoldus [1]) et frater ejus de Gurkfeldt 6 mansos in Heyligenperg. Henricus de Maichou mansos 7 [2]). Henricus et Conradus de Scherffenberg mansos 6 [3]). Wulfingus [4]) de Chyebach mansum unum. Ortolphus de Blindenbach [5]) mansum unum. Mainhardus de Naidegkh mansos 2 [6]). Hermanus dux Carinthiae mansos 5 [7]). Dobrossus qui dicitur Edellinge mansos 2 [8]). Amalricus de Osterwicz mansum unum.

[1]) Puzel: Gertoldus; Valv. setzt zu s e n i o r. — [2]) Valvasor: Apud Hagenpuech 7 mansi ab Udalrico de Michou. — [3]) Valvasor apud Warte. — [4]) Puzel Sulfingus. — [5]) Valvasor: Apud Gross Lup „una mansa" a Rudolpho de Plintenberch. — [6]) Valvasor: Apud Temenicz 2 mansi a Mainhardo de Nidek. — [7]) Valvasor: Apud Arch. — [8]) Valvasor: Apud Langenaker. —

Vlricus Nothnagel mansos 2.[1]) Stephanus de Duin mansum unum[2]). Artwicus de Razwor praedium quod dicitur Ahorn. Gualterus de Mallentin praedium quod dicitur Oblach. Albertus comes[3]) pro dote sancti Georgy mansum unum. Werjandus Liechtenberg praedium quod dicitur in Valle in concambium villae in Cozdruniz[4]). Poppo de Albeck, praedium Hertwigisdorff, quod pro 60 marcis dedit[5]). Henricus marchio legavit duas villas in Stocheindorff et Lock[6]), quarum prima obligata fuit pro 42 marcis argenti Vlrico de Montpreis, postea redempta a monasterio Sitticensi. Wegelinus mansos duos pro 8 marcis partem villae Lock, quam Henricus de Landestrost habebat in feudo subfeudatam Roberto de Physchs redemit monasterium pro 50 marcis aquilejensibus ab Ottone filio Roberti[7]); ab eodem emit mansum cum molendino, additis duobus pratis in eadem villa. Meinhardus castellanus in Maichou, dedit mansos 7 cum vineis et omni reditu in Mullendorff[8]). Dietricus Gall mansos 4[9]). Rudgerus Ellert[10]). mansos 3 et molendinum unum. Henricus senior de Scherffenberg[11]), mansos 6[12]). Ejusdem filii mansos 3, pro gravi damno ecclesiae illato Sittichsdorff quod transcendisse fertur 40 marcas. Mechtildis eorundem mater in eodem loco mansos 3. Gerburgis de Stettenberg mansos quatuor[13]) Arnoldus et Joannes fratres, qui dicitur Edelinge, dederunt pro 6 marcis mansos 2. Hermanus de Naidegkh mansum unum. Vlricus de Reiffenstein mansos 2[14]). Mainhardus et Henricus de Naidegkh mansum unum et dimidium. Hermanus de Naidegkh mansos 5.[15]). Poppo de Liechtenberg mansos 5, quos ecclesia, dum obligati erant, soluit marcis X. Herandus miles dedit villam Drag prope abbatiam. A Nicolao de Reüttenberg emit ecclesia mansos 6 pro Is[16]) marcis Aquilejensibus; alios ab eodem donatos accepit, pro anima fratris sui Rudgeri mansos 4. Griffo de Stude[17]) dedit mansos XI. Bertholdus et frater suus

[1]) Valvasor: Apud Veldes. — [2]) Valvasor: Apud Senosesach, vrgl. das Regest oben vom J. 1217, Nr. 33 — [3]) de Wichselberch. — [4]) Kostreinitz. — [5]) Im Jahre 1190. vrgl. Schumi's Urk.- u. Regestb. f. Krain I, S. 137, Nr. 156. — [6]) Im Jahre 1228, vrgl. oben die Urkunde Nr. 56. — [7]) Des vorhergehenden von Fütsch (Physchs). — [8]) Muljava, Pfarre st. Veit bei Sittich. — [9]) Valvasor: Apud Eigenhaimb, in einer andern Sitticher Urkunde v. J. 1261, 12. März Sittich steht: Gigenheim (Godičevo, Pfarre Oblak.) (?) — [10]) Valvasor: Apud Ellentingen 3 mansi et unum molendinum a Rutgero Ellent. — [11]) Valvasor: Scharpfenberch. — [12]) Valvasor: Apud Durre [13]) Valvasor: Apud Widem. — [14]) Valvasor: Apud Subrats. — [15]) Valvasor: Apud Dulach, Valvasors Schreibart Nidekh ist richtiger als Puzels Naidegkh, man hat Nideck, Nidekke geschrieben. [16]) Puzel: is. (= 50). [17]) Puzel: Styde.

Luipoldus dederunt mansos 4. Otto Crenczel mansos 2 [1]). Adeloldus de Schonenberg mansum unum pro damno ecclesiae illato. Conventumque est coram Alberone de Hopfenbach et Henrico de Mitterburg, quod si ammodo ecclesiam offerit teneatur in totum, in quo ante offenderat. Henricus de Mitterburg dedit mansum unum pro remedio uxoris suae Elisabeth. Conradus de Reiffenstain dedit mansum unum et medium apud Glogowicz; ibidem vendidit Libehardus de Arisperg[2]) mansum unum et medium pro 6 marcis Aquilejensibus. Mainardus et Offnia de Schonnenberg dederunt mansos. 2 [3]). Engelberus et Conradus de Vrsberg mansos dederunt 13. Rudgerus de Laybach [4]) dedit mansum unum in Groslupp. Ibidem dederunt Wintherus et Godefridus de Prisseckh mansos 5 cum duobus molendinis. Marchionissa Sophia dedit mansos duos.[5]) Apud Forst accepit ecclesia 5 mansos in concambium a Wilhelmo de Scherffenberg. Ludgardis de Gradenicz dedit mansos 6. [6]) Fridericus de Duellach dedit mansum in Langenacker pro 36 ovibus, et uno bove. Conradus Gall et uxor ejus Kunegundis profusa non tam liberalitate, quam munificentia innata pietate, ingenito favore monasterium inclytum Sitticense donatione XI mansorum beârunt, dotarunt, ornarunt, ampliarunt, illustrarunt, condecorarunt [7]). Acta sunt haec Sitticÿ.

Puzels idiographia mon. Sittic S. 23—26; Valvasors Notaten in den wissenschaftl. Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner Orden 1881, Seite 69—70.

171. Sittich.

1250, 13. August, (Sittich). Berthold Patriarch von Aquileia trägt der unterstehenden Geistlichkeit auf, sie möge ihre Pfarrkinder von Angriffen auf das Gut des Klosters Sittich durch ernstliche Ermahnungen abhalten.

Bertoldus, Dei gratia sancte sedis Aquilejensis patriarcha. Dilectis in Christo filiis, universis rectoribus, plebanis et vicariis in diocesi sua constitutis salutem in Domino. Cum universis viris religiosis et Deo famulantibus in suis necessitatibus generaliter subvenire teneamur, specialius tamen et efficacius ad illorum provisionem, qui in diocesi nostra constituti noscuntur, nos novimus obligatos.

---

[1]) Valvasor: Apud Hophenbach. — [2]) Puzel: Harnsperg. — [3]) Valvasor: apud Seplach.— [4]) Puzel: Kaybach. — [5]) Valvasor: apud Puech mansi 8 a Sophia marchionissa Histriae vrgl. die Urk. oben Nr. 99. — [6]) Valvasor: apud Gradenitz. — [7]) Darunter nennt Valvasor 3 Huben apud Guttenwerde.

Hinc est, quod universitati vestre precipiendo mandamus, quatenus universos parochianos vestros, qui ecclesiam sancte Marie in Sittich, in rebus aut personis ausu temerario ledere aut infestare praesumpserint, moneatis diligenter et efficaciter inducatis, ut de damnis et injuriis predicte ecclesie irrogatis satisfaciant competenter, et a consimilibus desistant in futurum. Quod si quis, mente obstinata facere contempserint, vos post trinam admonitionem canonice premissam in contemptores mandati nostri sententiam excomunicationis, omni odio, timore vel amore postpositis, nostra freti authoritate, in ecclesiis vestris publice promulgetis, precipientes eosdem usque ad condignam satisfactionem ab universis Christi fidelibus arctius evitari.

(Datum Sittich anno ab incarnatione Domini MCCL, idibus augusti.)

Einfache Abschrift v. Peter Hitzinger im Archive des hist. Ver. f. Krain vermuthlich aus Puzel, Idiogr. mon. Sittic. S. 26—27. Die weiter folgende Angabe des Datums setzte Hitzinger bei, mit „Datum Aquilejae“ was aber unrichtig ist, denn der Patriarch war am 13. August in Sittich und ist an diesem Tage die Urkunde ausgefertigt worden, was aus dem zu ersehen ist, dass Puzel sie gleich nach der grossen Bestätigungsurkunde vollinhaltlich folgen lässt, nur das Datum liess er als etwas selbstverständliches aus.

172. Sittich.

1250. 14. August, Sittich. Berthold Patriarch von Aquileia incorporiert dem Kloster Sittich die st. Niclaskirche, deren Einkünfte zwischen dem Abt Conrad und Conrad dem Pfarrer von st. Veit streitig gewesen waren, und weist letzterem 6 Huben zu Kall als Entschädigung zu.

Item eodem anno Bertholdus patriarcha Aquilejensis lite inter Conradum abbatem et Conradum plebanum sancti Viti de proventibus ecclesie sancti Nicolai orta, per arbitros vero, ut fieret aequalis divisio decisa, tandem ecclesiam eandem plene monasterio subjecit 14. augusti, assignatâ in compensationem plebano villâ Kall, continente 6 mansos.

Puzel S. 26.

173. Obernburg.

1250, 12. September, Mannsburg. Berthold, Patriarch von Aquileia bestätigt dem Kloster Obernburg die von seinen Stiftern gewährten Rechte und Privilegien, doch solle die Jagd und Fischerei auf dem Gebiete des Klosters ihm und seinen Beamten, gemeinsam mit dem Kloster zu stehen. Im übrigen missbilligte der Patriarch alle beklagten Rechtsver-

letzungen seiner Officialen und verbat diesen in Zukunft alle Eingriffe in die Rechte des Stiftes. Das Stift hingegen erliess dem Patriarchen und der Kirche zu Aquileia für diese Bestätigung jene 200 Marken Agleier Pfennige und 1100 Metzen (modios) verschiedenen Getreides, welche diese ihm schuldeten. Zeugen dieser Bestätigung waren:

Frater Henricus de ordine predicatorum prior Petovie, Wargiendus vicedominus in Werdenech, magister Bertholdus de Fagede, canonicus Aquilegiensis, Cunradus et Crafto, archidiaconi Savnie et Villacensis, magister Lvdwicus plebanus Laibacensis, Hermannus de Portis, Lvdwicus de Vtino, Gerlochus de Stayn, Bertholdus de Gvrchvelde, Bertholdus de Gradenich, Conradus Gallo, Gebardus de Voitsberch, Herbordus de Owersberch, Marquardus de Lose, Amalbertus dapifer et Beringerus fratres, Heberardus marschalchus, Fridericus, Cv̊nzo et Rodulfus camerarii et alii quam plures.

Actum in Mengosburch, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, die XII. intrante septembre, viii. indictionis.

Urkunde im steierm. Landesarchive in Graz.

174. Aquileia.

1250, (1. Hälfte) September, Stein in Krain. — Patriarch Berthold von Aquileia und Ulrich Herzog von Kärnten schliessen einen Kriegsvertrag gegen den Grafen von Görz und vergleichen sich betreffs verschiedener Ansprüche auf genannte Schlösser in Krain.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quoniam que in tempore aguntur, simul cum tempore dilabuntur, fidelium gesta solent per scripture memoriam perhempnari. Noverint igitur presentes et futuri presens scriptum inspecturi, quod constitutis apud Mengosburch domino Bertholdo venerabili patriarcha Aquilegensi et nobili viro Vlrico filio domini Bernardi illustris ducis Karinthie dominus patriarcha petivit ab eodem, ut contra Meynardum comitem Goritie et ejus complices werram domino patriarche moventes astaret sibi, idem vero Vlricus petiit e converso, quod dominus patriarcha nepti sue domine Agneti uxori ipsius daret castra Wiselberch et Mengosburch in quibus asseruit se jus habere. Super quibus tandem taliter concordarunt, quod dominus patriarcha prefate nepti sue et domino Vlrico marito ipsius nomine, ejusdem domine dedit et assignavit in castro Wiselberch jus quod in ipso habet vel habere visus fuit, tali pacto quod tam ipsa quam consors ipsius dominus Vlricus prefatus renunciavit omni iuri forestarie quod se

habere dicebat de bonis et hominibus ecclesie Aquilegensis pertinentibus ad castra Werdenech, Liechtemberch et Nidech, nec debeat super bonis et hominibus ad dicta castra pertinentibus judicium sibi aliquod de cetero vendicare. Renunciaverunt etiam cum predictis pro se et heredibus suis omni juri super libertinis apud Tenchebro, Wenfrowe, W. . . . . quod iidem libertini ad ecclesiam Aquilegensem omni jure et servitio de cetero debeant pertinere, item promisit dominus patriarcha dicte nepti sue et domino Vlrico prefato marito ipsius nomine ejusdem domine jus quod habet in castro Mengosburch, dare, si promissionem inferius annotatam de prestando domino patriarche auxilio ipse dominus Vlricus attenderet et compleret ante proxime venturum festum sancti Mihaelis, et si contingeret dominum patriarcham vel ejus capitaneos interim facere pacem vel treugam cum comite Goritie, nihilominus de ipso castro faciet quod promisit, et si ipsum medio tempore quod absit, contingeret decedere, dominus Bertholdus (de) Gurkevelde castellanus ipsius castri de voluntate et mandata domini patriarche ipsum assignare debet nihilominus domine memorate et domino Vlrico marito ipsius nomine ejusdem domine, et ipse maritus et heredes ipsius non debent ipsum Bertholdum ab eodem castro removere, sed in eo conservare sibi et heredibus suis qui ipsis cedent in parte jus habitationis quod burchwa(r)t vulgariter appellatur. Dominus vero Vlricus antedictus data fide ad manus domini patriarche promisit sub sacramenti virtute quod ei quam diu vixerit, astabit contra omnes inimicos et offensores suos totis viribus sine fraude, patre suo Bernardo illustri duce Karinthie et fratre suo Philippo venerabili electo Salzeburgensi dumtaxat exceptis et ante proximum festum sancti Michaelis in partibus Forijulii cum centum armatis ad minus comparere promisit et movere werram inimicis domini patriarche juxta ordinationem ipsius, nec recedere debet de terra et servitio ipsius sine licentia et voluntate sua. Si vero aliqua quevis causa ipsum impediret venire in Forumjulii ante proximum festum sancti Michaelis, illam mandare debet domino patriarche, quo facto juxta beneplácitum ipsius domini patriarche vel remanere poterit, vel si mandaverit, tenebitur statim . . . et si pax vel treuga imponeretur . . . . . moveretur ad presens vel movebitur in futurum vel etiam ipse aliis movet vel movebit in posterum in partibus Forijulii, Istrie, Carniole et Marchie et Karinthie, supradictus dominus Vlricus, postquam per nuntium domini patriarche

fuerit requisitus, infra quindecim dies tenetur ad auxilium ipsius venire, non obstante occasione aliqua nisi forte in terram suam irruissent, vel in proximum intrare deberent et id constaret, inimici quibus per ministeriales et homines suos postea relinquendos resisti non posset. Si vero cessante impedimento hujusmodi venerit, a servitio domini patriarche recedere non debet sine ipsius ut predictum est, licentia speciali. Promisit insuper, postquam in proximum Forijulii intraverit, juxta promissionem predictam contrahere et facere mutuam confederationem perpetuo duraturam contra omnes predictos, patre et fratre ipsius tantum exceptis, cum ecclesia Aquilegensi et ministerialibus ipsius juxta domini patriarche consilium et voluntatem. Promisit e converso dominus patriarcha prefato domino Vlrico ferre auxilium contra comitem Goritie et quoslibet alios quibus ipse dominus Vlricus de voluntate domini patriarche werram movebit, et qui se posuerit in auxilium comitis memorati, preter quam contra Styrenses et ministeriales ecclesie Bambergensis et Nicolaum de Lewenberch, verum tamen si aliqui predictorum dominum patriarcham invaserint aut offenderint, predictus dominus Vlricus tenebitur ipsum juvare contra eosdem, et ex tunc etiam dominus patriarcha contra ipsos tenebitur astare sibi (et ut) predicta per utramque partem observentur inviolabiliter, bona fide, sine fraude, juraverunt in manus dicti domini Vlrici Gerloch . . . . . [1]) Pertholdus de Grodenech, Gerlocus de Hertemberch, Gebardus de Lilimberch, Marquardus de Yge et Herbordus de . . . . . [2]) in animam vero domini patriarche juraverunt Wargendus . . . . . Henricus de Portis . . . . . Ludovicus . . . . Bertholdus de . . . . . per sacramentum . . . . . ad faciendum omnia supradicta inducere consiliis et precibus bona facere. In cujus rei memoriam et stabilem firmitatem presentem paginam scribi jusserunt prefati domini patriarcha et Vlricus cum verbo et voluntate domine Agnetis supradicte, et sigillorum suorum . . . . . munimine roborari. Testes vero sunt dominus Philippus venerabilis Salisburgensis electus, magister Henricus de Vri(s)aco notarius et Conradus Galle, Rainerus de Haichilberch . . . . . Virgilius notarius et alii quam plures. Actum in capella superiori castri inferioris de Stain anno domini M.CC.L., die . . . . intrante septembris, VIII. indictione.

Ego Weccello quondam domini Henrici de Buja imperiali auc-

[1]) de Stein? — [2]) Owersperch?

toritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et corroboravi.

Aus der Sammlung des Grafen Frangipane zu Castel Porpetto in Bianchi's Sammlung Bd. 3 Museo civico zu Udine; Zahn, Austro-Friulana in Fontes rerum Austriacarum XL. Bd., S. 1—3, Nr. 1.

175. Kloster Reun.

(c. 1250). Die Aebte Johann und Rudolf von Sittich und Marienbrunn bei Landstrass vidimieren die Urkunde des Königs Konrad II. für das Kloster Reun ddo. 1146, 10. Juli, Regensburg. Zuerst der Wortlaut der genannten Königsurkunde bis „Boppo comes de Lofa" hierauf: „Nos fratres Johannes Rudolfus dicti abbates de Sytich et de Fonte sancte Marie apud Landestrost hec ita se in privilegio habere sigillis nostris confirmavimus." Diesem folgen dann die Unterschriften des Königs und seines Kanzlers endlich das Actum und Datum dieser Königsurkunde.

Aus dem Orig. auf Prgt. im Archive des Stiftes Reun. Die an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegel sind nicht mehr vorhanden; Steierm. Landesarchiv in Graz.

176. Arnoldstein.

1251, 30. Jänner, Tolmein. Berthold Patriarch von Aquileia verleiht dem Abte Konrad und dem Kloster Arnoldstein die Kirche st. Johann an der Gail (iuxta Gylam) zum Ersatze des Schadens, welchen er oder seine Leute dem Kloster und dessen Leuten zugefügt hatten. U. d. Zeugen: Ludovicus plebanus Labacensis, Philippus capellanus, Conradus plebanus st. Viti und Wolricus plebanus de Crainburg.[1]) Datum apud Tulminum anno domini M.CC.LI, die II. exeunte januarii, VIIII. indictione.

Eichhorn's Beitr. II. 246 — 247; Ankershofen im Arch. f. K. oest. Geschquell. 32. Bd., 255, Nr. 1146.

177. Aquileia.

1251, 13. März, Windischgraz. Berthold Patriarch von Aquileia verpfändet dem Grafen Ulrich von Sternberg für 300 Mark, die er ihm seit dem Ankauf des Schlosses Laas schuldete und für Soldansprüche im Betrag von 150 Mark Schillingen, Einkünfte zu Treffen in der Höhe von 80 Mark Schillingen.

Nos B(erhtoldus) dei gratia sancte Aquilegiensis sedis patriarcha annotatione presentium de certa consciencia et voluntate libera pro-

[1]) Cranburg.

fitemur, dilecto fideli nostro Wolrico comiti de Steremberch pro trecentis marchis, quas eidem pro emptione castri et provincie de Los et pro centum et quinquaginta marchis solidorum, quas etiam sibi pro servicio, quod nobis tempore werre impendit occasione sallarii, tenebamur obtuaginta [1]) marcharum redditus ad sollidos [1]) inpredio nostro Treuen cum omni iuris plenitudine obligasse, discretioni et fidei sue nichilominus comittendo, quod cum predictis bonis possit ordinare et disponere pro voluntatis sue arbitrio, ac si propria forent sua, quousque per nos vel successores nostros solvantur. Inhibemus etiam universis officialibus nostris, ne cum memoratis bonis, quamdiu soluta non fuerint in steura vel aliqua alia exactione quodquam habeant ordinare. In cuius rei memoriam et stabilem firmitatem presentem litteram eidem dedimus nostri sigilli pendentis [2]) munimine roboratam. Datum apud Graz anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, indictione VIIII., die XIII. intrante marcio.

Orig. Prgmt. mit an Pergamentstreifen angehängtem, beschädigten Wachssiegel des Patriarchen im k. k. H.-, H.- und Staatsarchiv in Wien.

178. Aquileia.

(Vor 1251, 23. Mai.) Privilegia et jura super locis de Los [3]) et Arisperch; et de castro Waldech jure feudi concesso per dominum Bertholdum [4]) patriarcham.

Bianchi, Thesaurus ecclesiae Aquilejensis pg. 6, „de contentio in tertio scrineo.“

179. Viktring — st. Antonsspital am Bocksruck.

(Nach 1251, 23. Mai.) Berenger, Probst von san Odorico am Tagliamento und Kanonikus von Aquileia bekundet, dass das st. Antonsspital zu Neuthal, und die Zehenten der Neubrüche auf dem Berg Loibel rechtsgiltiger Weise zum Kloster Viktring gehören.

Urk. gedruckt in Schumi's Archiv f. Heimatskunde I, 24, Nr. 9.

180. Freising.

1251, 15. Juni, Lack. Ulrich, Herr in Krain stattet dem Bisthume Freising den Markt Gutenwörth nebst andern genannten Gütern in der Windischen Mark zurück, welche sein Vater Herzog Bernhard von Kärnten demselben widerrechtlich vorenthalten hatte.

Que aguntur in tempore (ne) labantur cum tempore, litterarum debent testimonio perhennari. (Tenore igitur presencium omnibus has

[1]) sic. — [2]) Folgt sigilli durchgestrichen. — [3]) Vrgl. die Urkunde v. J. 1244 4, 9. Mai, oben Nr. 128. — [4]) Patriarch von Aquileia v. J. 1218—1251, 23. Mai.

litteras inspecturis tam) presentibus (quam futuris nos Vlricus filius Bernhardi serenissimi) ducis Karinthie et dominus Carniole recognoscamus (!) et manifeste ac publice protestamur, quod memoratus pater noster Bernhardus inclitus dux Ka(rinthie) contra debitum iuris et iusticie ordinem possidendo detinet forum (Gvten)werde et montem qui Weinperch dicitur, et universas villas in Marchia sitas quarum nomina sunt hec, videlicet Zagrat, Clenonich, Chraztn . . ., in Loknitz molendinum et mansum, Polanum maius et minus, Wre . . z . . . duos mansos et molendinum, Drage, Altenburch, ambo Paiersdorf, navigium Nabrego, Ztrug, Vreznich et Gavri et alias possessiones dicto foro et monti Weinperch attinentes et cetera (?) videlicet loca aquosa et silvosa, culta et inculta, fructifera et infructifera que quondam n(obilis) et illustris Heinricus marchio de Andess et Leupoldus inclitus (dux Aus)trie nec non et Fridericus eiusdem filius pie memorie iure (feudali) ab ecclesia Frisingensi a multis retroactis temporibus quiete et pacifi(ce posseder)unt, et que omnia post obitum predictorum noscuntur ad Ch(vnradum vener)abilem ecclesie Frisingensis episcopum et ad eandem ecclesiam cum o(mni [iuris?] ple(nitudine devoluta, que nunc omnia supradicta dictus pater noster p(ost obitum) memorati ducis Austrie Friderici pie memorie contra suam conscien(ciam vi)olenter usque nunc manutenuit et adhuc detinet occupata. Recognoscentes igitur quantus favor civibus ecclesie debeat adhiberi, lucide protestamur, cum prelibatus pater noster fuerit sublatus de medio et si nos supervixerimus, quod generaliter in omnibus prefatis prediis et possessionibus quocunque iure ad sepedictam ecclesiam Frisingensem spectantibus nullam prorsus iurisdictionem, potestatem et auctoritatem possidendi et detinendi ex nunc usque in antea volumus nobis aliquatenus vendicare, immo volumus quod idem episcopus et omnes sui successores per patrem nostrum sibi et ecclesie Frisingensi ablata rehabeat et nomine eiusdem ecclesie rehabita cum omni iure, absolute, libere, pacifice in perpetuum possideat et quiete. Ne autem nostra protestacio valeat in posterum infirmari, eandem supratactum modicum editam (!) duximus nostri sigilli munimine roborandam. Huius rei testes sunt, videlicet dominus Eberhardus Werdensis prepositus, Hainricus de Vagin, Wernherus de Lok et Wilhalmus, Chvnradus Gallo, Chvnradus purchgravius de Leuntz, Jacobus de Gvtenberch et Rvdlinus de Pirbaumein. Datum in Lok anno domini M.CC.LI., indictione X., XVI. die exeunte junio.

Königl. Reichsarchiv zu München, Cod. 191, f. 7, durch Nässe sehr beschädigt und in den mangelhaften Stellen aus Meichelbeck II./2, 8, Nr. 15 oder aus dem Contexte ergänzt; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 154 — 155, Nr. 157.

181. Gurk.

1251, 6. August (viij. nonas augusti), Wisell. Bischof Ulrich von Gurk beendet seinen Streit mit Friedrich von Bett(owe) und Heinrich von Scherphenberch um die Burgen Muntpareis und Herberch.

Orig., Prgt., im k. k. Staatsarchive zu Wien.

182. Gurk.

1251, ..., ... Friedrich von Bettowe und Heinrich von Scharfenberch vergleichen sich mit dem Bischof von Gurk wegen Montparis und Herberg.

Auszug, Papier, im Joanneumsarchive Nr. 668a. Vrgl. Beitr. z. Kde. steier. Geschquell. III, 43.

183. Aquileia — Mark Istrien.

1251, 14. December, am Ufer von Pirano. Konrad IV. verbietet durch den Mund des Markgrafen Bertold von Hohenburg dem Podesta und den Rittern von Capodistria, dem Patriarchen Gregor von Aquileia rücksichtlich der Mark Istrien zu schwören, welche dem Reiche heimgefallen ist.

Urkunde gedruckt im Schumi's Archiv f. H. I, 191—192, Nr. 57.

184. Sittich.

1251. Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain bestätigt die Schenkung des Obereigenthums an 6 Huben zu Lack, welche Heinrich weiland Markgraf von Istrien seinerzeit dem Kloster Sittich gemacht hatte, nachdem dieses jene Lehen dem Heinrich, Burggrafen zu Landstrass und dem Otto von Vutsch abgekauft hatte.[1])

Confirmat et testatur Ulricus dux Carinthiae et dominus Carniolae quodam certo suo chyrographo, quod Henricus marchio Istriæ monasterio Sitticensi donaverit proprietatem sex mansorum seu hubbarum sitarum in Lok, quas alii domini in feudum pro priori habebant [quas dominus Heinricus castellanus de Landstrost nomine pheudi tenuit, quas etiam Otto de Vutsch etc.] a quibus postmodum monasterium jus feudale pecunia comparavit. [Testes sunt dominus Ulricus castellanus de Landstrost, dominus Herbardus de Auersperch, d. Mar(quardus) de Yge, domiñus Lupoldus de Anderburch, Wilhelmus de Scherphenberch].

Puzel S. 27 das Eingeklammerte aber aus Marian VII, 374 Posthuma Sitticensia.

[1]) Nach dem Regest v. J. Parapat im Letopis Matice Slovenske 1874, 181, Nr. 7, der jedoch eine unrichtige Quelle angibt.

185. Kloster Marienbrunn.

1252, 1. Mai, Laibach. Bernhart, Herzog von Kärnten schenkt seine zu Višnje am Neiringflusse gelegenen Besitzungen, die er vom Ortolf von Blindenbach erkauft hatte, dem Kloster Marienbrunn bei Landstrass.

Nos Bernhardus dei gratia dux Karinthye tenore presentium protestamur, quod nos pro remedio anime nostre nec non progenitorum ac heredum nostrorum conventui fundationis nostre Fontis sancte Marie in Landestrost proprietates nostras in Vichnach quas ab Ortolfo de Plintenpach ministeriali nostro emimus sitas penes fluvium Neiringen, quesitas et inquirendas, cultas et incultas, cum pratis pascuis et nemoribus, omnibusque aliis iuribus et emunitatibus, quibus ea possedimus, donavimus pleno iure, eo aposito laudamento, quod fratres eiusdem conventus, in quadragesima, et in Adventu in piscibus ficubus et aliis beneficiis consolationes habeant ex eisdem, nec aliquis generalis procurator ecclesie, cum eisdem quiquam habeat ordinare, sed abbas ex consilio conventui aliquem procuratorem instituat specialem, qui de eisdem proventibus ipsi conventui consolationes prehabitas administret. Ut autem talis nostra donacio rata maneat in eternum, presentem cartam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Cuius rei testes sunt: Ditricus, Dürenhardus,[1]) Hainricus cappellani curie, Hainricus de Silberberch, Arnoldus de Hauenerburch, Fridericus de Valchenberch, Albertus de Wonwiz, et alii quam plures et curia nostra tota.

Datum in Laybaco anno domini M.cc.lij. indictione X. kalendas maij[2])

Orig., Prgt. gut erhalten (Landstr. U. nr. 4) im laib. Museum, Reitersiegel des Herzogs (mit dem Pantherschild) in rothem Wachs, an einem Pergamentstreifen hängend.

186. Aquileia.

1252, 12. Mai, ... Gregorius, erwählter Patriarch von Aquileia verspricht dem Grafen Meinhard von Görz, Vogt von Aquileia, den schiedsrichterlichen Ausspruch, durch welchen die zwischen diesem und seinem Vorgänger Patriarchen Berthold bestandenen Streitigkeiten aus-

[1]) Duringhardus sacerdos et capellanus curiæ nostræ Ankershofen Regesten in Archiv XXXII, 294, S. 1222 u. 1255.

[2]) Vor kal. maij stand eine Zahl, wahrscheinlich viiij, welche jedoch schon bei der Ausfertigung der Urkunde verlöscht worden sein dürfte, da jede Spur eines aufgesetzten „o“ mangelt.

geglichen wurden, beobachten und die Bestätigung desselben durch den römischen Stuhl soweit möglich betreiben zu wollen.

In nomine Christi amen, Anno a nativitate euisdem millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, decime indictionis, die dominico duodecimo intrante madii apud Ciuitatem Austrie in domibus patriarchatus, presentibus domini Delatorra archipresbitero Paduano, Bartholomeo Sarraceno vicario venerabilis patris domini G(regorii) dei et apostolica gratia sancte sedis Aquilegensis electi, et Berengerio vicedomino, nobilibus dominis Biaquino de Camino, Henrico et Bentulfo de Villalta fratribus. Ottone dicto Borgonna de Spinenberch, Johanne et Alpreto de Cocania fratribus, Ropreto de Budrio, Vlrico et Vgone de Rifemberch, Stephano de Duino testibus ad hoc specialiter vocatis et quibusdam aliis, predictus dominus electus Aquilegensis promisit nobili et potenti viro domino Maynardo comiti Goritie advocato ecclesie Aquilegiensis, nomine suo et eiusdem ecclesie, ratam et firmam habere sententiam arbitrii et concordie olim latam per nobilem virum dominum Bernardum de Straso et dominum Clizoum de Melz arbitros et amicabiles compositores inter venerabilem patrem dominum Bertoldum bone memorie patriarcham Aquilegiensem et comitem memoratum, secundum quod per instrumenta confecta per manus Antonii de Maleruis et Juliani de Ciuitate notariorum publicorum plenius apparebat et eandem sententiam eorum quilibet confirmavit promittentes per se successores et heredes eorum eam inviolabiliter observare. Hoc tamen excepto, quod idem dominus electus non absolute promisit, dictam sententiam per Romanam curiam facere confirmari sed ad eam confirmandam obtulit se fideliter laborare. Hec autem promiserunt ad invicem observare sub pena que in lata sententia predicti arbitrii continetur. —

In cuius rei evidentiam et stabilem firmitatem predictus dominus Aquilegiensis electus instrumento presenti proprium iussit sigillum apponi.

(S. N.) Ego Johannes de Lupico sacri imperii publicus notarius hiis interfui et de mandato predicti domini electi scripsi.

Orig., Pergm. 1 Siegel. Geh. H.-Archiv; Fontes rer. Austr. I, II. Abth (1849), 30, Nr. XXVI.

187. Freising.

(1252), 21. Jänner,[1]) *Lyon. Papst Innocenz IV. beauftragt den Bischof von Seckau mit der Entscheidung des Streites zwischen Bischof (Konrad)*

[1]) Aus Versehen bei Nr. 185 ausgeblieben und daher hier nachgetragen.

von Freising und Herzog (Bernhard) von Kärnten betreffs der von diesem in Besitz genommenen erledigten Freisinger Lehen des Herzogs von Oesterreich.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . episcopo Secowensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum, sicut ex parte venerabilis fratris nostri . . . episcopi Frisingensis fuit propositum coram nobis, quedam ville, homines et possessiones et iura et res alie, quas quondam dux Austrie ab ecclesia Frisingensi tenebat in feudum, ad ipsam sint dicto duce mortuo devoluta, nobilis vir dux Karinthie senior predicta omnia per violentiam occupavit et detinet occupata in eius et ecclesie predicte non modicum preiudicium et gravamen, ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si res ita se habet, dictum ducem Karinthie ut eisdem episcopo et ecclesie villas, homines ac alia predicta restituat ut tenetur, monitione premissa per excommunicationis in personam et in terram eius interdicti sententias appellatione remota previa ratione compellas. Datum Lugduni, XII. kal. februarii, pontificatus nostri anno sexto.

Aus Urkunde des subdelegirten Richters ddo. 1252, 16. Aug. Judenburg (Nr. 193) vergl. diese; Meichelbeck II./2,'12 in Nr. 22; Zahn, Cod. dipl. Fris. I, 157 Nr. 159.

188. Aquileia—Freising.

1252, 29. Mai . . . . . Patriarch Gregor von Aquileia und Bischof Konrad I. von Freising vereinigen sich hinsichtlich der Zulassung und Behandlung der Käufe und Tausche zwischen ihren beiderseitigen Unterthanen.

Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod nos Gregorius dei gracia sancte Aquilegiensis sedis electus et Chvnradus per eandem Frisingensis episcopus super omni genere empcionis et vendicionis et aliorum contractuum, que suborari (!) poterunt per homines nobis attinentes in utriusque (!) nostris districtibus constitutos, tale statutum edidimus tam inter nos, quam nostros homines ex nunc usque in antea stabiliter observandum, cuius series talis est et ordo. Statuimus primo quod nullus ex nostris hominibus vendat vel mutuet alteri, nisi ementis, aut mutuum recipientis facultate primitus diligencius considerata, ita videlicet quod res vendita vel mutuata in valore non videatur recipientis excedere quantitatem, vel certe vendens aut mutuum dans ab emente fideiussoriam caucionem recipiat pleniorem,

ne alienus imposterum propter ipsorum contractum aliqualiter debeat per ablacionem pignorum pregravari. Verum si forte emens vel mutuum accipiens in solvendo debito erga suum creditorem inventus fuerit negligens et remissus, volumus, quod creditor suum debitorem per penam pignoris nisi prius requisito iudicio, non offendat. Quod si aliquis preter prenotatam formam pignus abstulerit, preda pocius quam pignoracio reputetur et iudex debitoris et pignus auferentis, si facere querenti iusticiam neglexerit, ipse iudex bonus subire tenebitur debitorum. In huius rei stabilitatem presentem paginam scribi fecimus nostrorum sigillorum pendencium munimine roborari. Acta sunt hec anno domini MCCLII., indictione decima, IIII. kal. junii.

Cod. 191, f. 9, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 9, Nr. 16; Zahn, Cod. dipl. Fris. I, 157, Nr. 160.

189. Freising.

1252, 12. Juli, Gutenwörth. Liupold von Scharfenberg verzichtet auf seine Rechte auf Besitzungen zu Otavnik (in der Pfarre st. Kantian) mit Ausnahme des Pfandrechtes, welches ihm bis zur richtigen Auslösung bleiben soll.

Ego Livpoldus de Scharphenberch per presens scriptum declarare cupio u(niversis tam presentibus) quam futuris, quod omni iure cessi penitus renunciando quod in possessionibus Motevnich videbar (habere preter id quod sic)ut protestor, eedem possessiones cum omnibus suis pertinenciis a karissimo domino Chvnrado venerabili Frisi(ngensi episcopo) sunt obligate, pro xl marcis Lantstrostensis [1]) monete in festo Georii iuxta Marchie consuetudinem redimende, hac adiecta forma, ut earundem possessionum proventus, quamdiu a me redempte non fuerint, percipiam absque peccato, quandocumque vero prenotata peccunia mihi vel meis heredibus sicut premissum est, in festo beati Georii oblata fuerit pro solucione, prefate possessiones qualibet occasione postposita ad dominium ecclesie Frisingensis libere revertentur. In cuius rei testimonium presentem paginam meo sigillo volui roborari. Aderant autem huic obligacioni Eberhardus Werdensis et Berenhardus Moseburgensis prepositi canonici Frisingenses, Heinricus, Wilhelmus et Vlricus fratres mei de Scharfemberch, Heinricus Vagenarius, Berhtoldus de Gurkevelde, Heinricus de Werde et alii

[1]) Orig. hat Lanscronensis.

quam plures. Acta sunt hec in Gvtenwerde anno gracie millesimo CC.LII., IIII. idus julii.

Orig., Pgt., oben eine Lücke ausgemorscht (hier nach Cod. 191, f. 31' ausgefüllt), aufgedrucktes sehr verletztes Siegel, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 10, Nr. 19; Zahn, Cod. dipl. Fris. I, 159, Nr. 162.

190. Freising.

1252, 13. Juli, Gutenwörth. Wilhelm von Scharfenberg verzichtet auf seine Rechte auf Güter zu Teltschach, ausgenommen die Pfandrechte, welche ihm bis zur Ablösung bleiben sollen.

Ego Wilhelmus de Scharffenberch per presens scriptum declarare (cupio) universis tam presentibus quam futuris, quod omni iure cessi penitus renunciando quod in possessionibus Teltsaco videbar habere, preter id (quod) sicut protestor, eedem possessiones cum omnibus suis pertinenciis a karissimo domino Chvnrado venerabili Frisingensi episcopo sunt obligate, pro lx marcis Landestrostensis monete in festo beati Georgii iuxta Marchie consuetudinem redimende, hac adiecta forma ut earundem possessionum proventus, quamdiu a me redempte non fuerint, percipiam absque peccato, quandocunque vero prenotata pecunia mihi vel meis heredibus sicut premissum est, in festo beati Georii oblata fuerit pro solucione, prefate possessiones qualibet occasione postposita ad dominium ecclesie Frisingensis libere revertentur. In cuius rei testimonium presentem paginam meo sigillo volui roborari. Aderant autem huic tractatui Eberhardus Werdensis et Bernhardus Mosburgensis prepositi canonici Frisingenses, Heinricus, Livpoldus et Vlricus fratres mei de Scherffenberch, Heinricus Vagenarius, Perchtoldus de Gurkenvelde, Heinricus de Werde et alii quam plures. Acta sunt hec in Gutenwerde anno gracie M.CC.LII., III. idus julii.

Cod. 191, f. 13, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 10, Nr. 20; v. Zahn, Cod. dipl. Fris. I, 159, Nr. 163.

191. Freising.

1252, 30. Juli, Biber. Bischof Ulrich von Seckau überträgt das Richteramt in dem Streite zwischen Bischof Konrad von Freising und Herzog Bernhard von Kärnten an Dechant P. und Chorherrn R. von Seckau.

Vlricus dei gratia Secowensis episcopus. Dilectis in Christo fratribus P. decano et R. canonico eiusdem ecclesie salutem et fra-

ternam in domino karitatem. Mandatum domini pape recepimus in hec verba:

Folgt nun der Auftrag Papst Innocenz IV. ddo. (1252), 21. Jännər Lyon (Nr. 187).

Quia vero citatis peremptorie partibus in Judenburc proxima die Veneris post ad Vincula Petri non possumus eidem cause interesse personaliter, aliis negotiis legitime prepediti, vobis in ipsa causa committimus vices nostras, discretioni vestre mandantes auctoritate qua fungimur, quatinus in eadem ratione previa procedatis super illa quod canonicum fuerit statuatis, diffinitiva tamen nobis sententia reservata. Datum in Pyber, III. kal. augusti.

Aus Urkunden der Beauftragten ddo. 1252, 16. Aug., Judenburg (Nr. 193), vrgl. diese; Meichelbeck II.2 12, in Nr. 22. — Zahn, Cod. Fris. I. 160, Nr. 164.

192. Freising.

1252, 4. August, Lack. Bischof Konrad von Freising vergleicht sich mit Gerloch von Hartenberg wegen erlittener Schäden und wegen der Gefangennahme einiger Leute desselben.

Nos Chvnradus dei gracia Frisingensis episcopus presencium tenore tam presentibus quam futuris notum facimus universis, quod post multam inter nos et Gerlhohvm (de Hertenberch) ministerialem ducis Karinthie agitatam discordiam cum eodem G. (in formam p)acis et concordie redivimus in hunc modum, videlicet quod Albertum mi-li(tem . . . .)te et Ottonem filium Meinhalmi de Zevra quos homines nostri occasione pre(fate?) dissensionis [et] discordie captivarant, a vinculis fecimus enodari, (su)b tali siquidem certitudine adiuncta primitus et premissa quod idem G. sine (omn)i scrupulo coactionis, nude pariter et aperte omnem materiam rancoris, adii . . . . . ac universam inimiciciarum radicem contra nos et nostros homines ab ipso (G.) vel a suis conceptam per pacis osculum postposuit et remisit, sub pena du(cen)tarum marcarum Laibacensis monete promittens quod deinceps ab omni genere (dam)pnorum, gravaminum et iniuriarum que nobis et ecclesie nostre ipse G. et sui hactenus irrogare consweverant, ex nunc usque in antea debeant inviolabiliter abstinere, pro quibus utique dampnis, gravaminibus et iniuriis evitandis et pro inimiciciis non reminiscendis quod wlgariter vrech dicitur, nobis idem G. de dictis cc marcis fideiussoriam prestitit caucionem, eo pretextu racionis quod si ipse G. vel sui in aliquo genere gravaminum nobis vel

nostris irrogatorum culpabiles per rei evidenciam reperiantur, vel si quispiam nostrorum ministerialium nostro nomine per iusiurandum interpositum ipsum G. negantem convicerit, idem G. requisitus et monitus post admonicionem infra unius mensis spacium secundum estimacionem et quantitatem irrogati nobis dampni satisfactionem et emendacionem debitam nobis et nostris sub premissa pena cc marcarum tenebitur exhibere. Verum si forte talis culpa vel tam ardua causa emerserit, pro cuius qualitate seu quantitate noster officialis qui pro tempore fuerit, emendacionem congruam vel satisfactionem sufficientem ab eodem G. et suis habere nequiverit, huiusmodi culpa vel causa donec ad nostrum adventum (insta)ntem quieta permaneat et intacta. Qui scilicet G. post nostrum (de Carniola?) reditum infra dies xiiij se nostro presentabit conspectui, nobis .....
..... quemadmodum qualitas culpe .....
..... sorum aut nominum expressio .....
..... talis est, Heinricus de Scharffenberch pro c marcis, Gerlhohus de Stein pro quinquaginta marcis Marchwardus de Chulm pro viginti quinque et Gerlohus Vngarus pro viginti quinque marcis nobis caucionem fideiussoriam prestiterunt. Insuper prelibatus G. de Hertenberch iureiurando laudavit firmiter et promisit, quod bona fide ac summo studio una nobiscum aput nobilem virum dominum Vlricum filium Bernhardi illustris ducis Karinthie laboret optinere, quod eiusdem domini Vl. accedente consensu et voluntate castrum Hertenberch cum hominibus et (cunc)tis attinenciis et universas possessiones quas iure proprietatis vel quas (ab) ecclesia nostra iure feudali possidet, per manus uxoris sue ac liberorum suorum (et) confirmacionem dicti domini Vl. ducis Karinthie [filii?] in manus nostras obligavit, (ita) videlicet si ipse G. de Hertenberch vel sui secundum prelibatam formam sepedictus G. nos et (nostros) in parte aliqua decetero gravaverint, dictum castrum cum hominibus et cum (omnibus at(tinenciis et cuncte possessiones sicut premissum est, ad n(os et nostram) ecclesiam sub memorati ducis presidio pleno iure devolvantur. Ceterum si idem dominus dux huiusmodi obligacionem admittere recusaverit, aliam caucionem posse ipsius G. non excedentem quam invenerimus, nobis (certi)fiet et prestabit sub pena pecunie supra notate. Preterea secundum arbitrium videlicet Heinrici de Scharffenberch et Heinrici Vagenarii pro parte nostra et Gerlohi de Stein et Marchwardi de Chvlm pro parte altera promulgatum, idem

G. de Hertenberch pro refusione dampnorum xiiij mansos (ut)puta in Drag unum, item in Schebelach iiii, in Harde quinque nobis publice tradidit et donavit, protestans sub vinculo iuramenti quod uxore sua et heredibus consencientibus libere posset eandem facere donacionem, quos nos sibi et uxori sue ac liberis iure feodali contulimus in instanti. In huius itaque rei testimonium presens paginam nostri et Heinrici de Scharffenberch et ipsius Gerlohi de Hertenberch et Gerlohi de Stein et Heinrici de Vagen sigillorum est munimine roborata. Acta sunt hec anno domini M.CC.LII., II. nonas avgusti, indictione X., apud Lok.

Cod. 191, f. 8, durch Nässe stellenweise sehr beschädigt, k. Reichsarchiv zu München, Meichelbeck II./2, 10, Nr. 21; Zahn, Cod. dipl. Fris. I, 161, Nr. 165

193. Freising.

1252, 16. Aug., Judenburg. Dechant P. und R., ehemals Propst zu Seckau beauftragen den Propst von Oeberndorf mit der Publication des Bannes gegen Herzog Bernhard von Kärnten und des Interdictes über gewisse Orte.

Magne discretionis ac prudentie viro venerabili . . . preposito in Oberndorf P. decanus et R. quondam prepositus Secŏwensis ecclesie salutem in omnium salvatore. Noveritis nos litteras venerabilis patris et domini nostri Vlrici Secŏwensis episcopi in hunc modum recepisse:

Folgt nun die Zuschrift Bischof Ulrich von Seckau ddo. (1252), 30. Juli, Biber (Nr. 191) mit dem Inserte des Auftrages Papsts Innocenz IV. ddo. (1252), 21. Jän., Lyon (Nr. 187).

Sane cum mandatum nobis traditum teneamur pro viribus adimplere, partibus supradictis legitime citatis et termino peremptorio aput Judenburc prefixo nobis pro tribunali sedentibus venerabilis episcopus Frisingensis per legitimum procuratorem comparuit, qui inquam procurator coram nobis legitimis monstravit documentis dictum ducem peremptorie fuisse citatum et citationis litteras recepisse, prefatus vero dux nec per se nec per procuratorem comparuit aliqualem. Quapropter quamquam contra dictum ducem tamquam contra contumacem et rebellem procedere potuissemus de rigore iuris, sue tamen nobilitati et magnitudini deferentes excommunicationis et interdicti sententias in personam ipsius ducis et in terras suas ad quindecim dies post peremptorium terminum elapsum ferre distulimus ad ipsius ducis contumatiam emendandam. Cum igitur ipse dux iam dictis xv diebus expectatus nec per se nec per defensorem compareret, et dicti episcopi procurator instanter peteret ut contra sepe dictum

ducem secundum iuris ordinem procederemus, nos habito consilio domini nostri episcopi Secŏwensis et aliorum virorum discretorum nobilem virum Bernhardum illustrem ducem Karinthie seniorem excommunicamus et civitates ipsius videlicet ad Sanctum Vitum, Volkenmarcte, Klagenfort, Landestrost cum castris earundem civitatum ecclesiastico subponimus interdicto, subtrahentesin ipsis civitatibus et castris omni(moda) ecclesiastica sacramenta preter penitentias morientium et baptismata parvulorum. Insuper omnia loca et parrochias in quibus ipse dux presentialiter fuerit, simili modo sub interdicto ponimus quamdiu dictus dux moram fecerit in eisdem. Unde auctoritate qua fungimur, vobis mandamus sub pena officii et beneficii vestri firmiter precipientes, quatenus dictas excommunicationis et interdicti sententias per nos latas in personam memorati ducis et civitates suas antedictas cum castris per totam Karinthiam sollempniter publicetis, publicando etiam quod in quacunque parrochia idem dux personaliter fuerit, ut in eadem tota parrochia medio tempore non fiant divina et alia sacramenta ecclesiastica preter penitentias sicut premissum est, morientium et baptismata parvulorum. Que inquam sacramenta ecclesiastica dictis civitatibus cum castris per nos esse subtracta legitime nuntietis, et hoc vobis sub dicta pena officii et beneficii vestri districte precipimus et mandamus. Datum apud Jvdenburc anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo. XVII. kal. septembris, decime indictionis.

Orig., Pgt, angehängtes Siegel ausgerissen, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 12, Nr. 22; Zahn, Cod. dipl. Fris. I, 163, Nr. 166.

194. Studenitz.

1252, 26. August, ... Conrad Erzdiakon des Santhals ermittelt im Auftrag des erwälten Patriarchen von Aquileia unter Beirath fratris Hermanni Prioris fratrum ordinis predicatorum in Bethovia ac fratrum suorum Heinrici de Carniola Witigonis et Wernhari sowie anderer die Abtheilung der Einkünfte der Pfarre Schleiniz, zwischen dem Pfarrer Leopold sowie dessen Nachfolgern und dem Kloster Gnadenbrunn.

Fontes Rer. Austr. I, 2. Abtheilung, S. 32, Nr. XXVII.

195. Viktring.

1252, 7. Nov., ... Ulrich Erbprinz von Kärnten und Herr in Krain befreit die Höfe des Klosters Viktring zu Höflein und Bocksruck in Krain von der Gerichtsbarkeit seiner Beamten.

In nomine domini Jesu Christi amen. Nos Ulricus dei gratia, haeres ducatus Carinthiae et dominus Carniolae, tam praesentium notitiae, quam futurorum memoriae inculcamus, quod nos tum pro nostrae, ac progenitorum nostrorum animarum re medio, tum pro reverentia gloriosissimae virginis matris Christi Victoriensi ecclesiae Cisterciensium ordinis hanc fecimus gratiam, quod grangias ejus in Neunhouen videlicet, et in Poksruck in Carniola constitutas, ac etiam omnes possessiones ejusdem qualitercunque nomine censeantur, in dominio nostro sitas, et eas, quas nunc habet, et eas, quas erit in posterum habitura, ab omnibus juribus, que vel ex jurisdictione vel consuetudine, vel alio quoquo modo habuisse dignoscuntur in eisdem vel etiam in futurum nos habere contigerit in ipsis exemimus usque quaque, ita videlicet, ne aliquis judex noster, vel officiarius, vel exactor vel etiam praeco, vel quocunque fungatur officio, etiam praedictae ecclesiae possessionibus quicque habeat ordinare, excepto quod fures, et alii morte damnati, qui inter homines ipsius ecclesiae fuerint deprehensi, nudi et sine damno et jactura ipsius ecclesiae ad nostrum juditium assignentur, et nos pro tempore vitae nostrae, ipsam ecclesiam possessionesque ipsius sine questu temporali pure et principaliter propter deum manu tenebimus- tuebimur- defendemus pro viribus et pro posse. Ut autem talis nostra gratia, quam eidem fecimus, ipsi in perpetuum maneat illibata, praesentem chartam sigilli nostri munimine duximus roborandam, in evidens testimonium et cautelam. Cuius rei testes sunt comes Ulricus de Sternberch, [1]) Hertericus dapifer de Kreich, Sifridus de Marenberch, Otto de Vinckenstain, Arnoldus de Hauenburg etc. Cui contractui ego Bertoldus Frisacensis canonicus interfui, quem et scripsi foeliciter nunc et semper Amen. Acta sunt haec anno gratiae millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, indictione decima, septimo idus novembris.

Vict. Copialb. Tom. III, Nr. 408.

196. Salzburg.

1252, 22. December, Milstat. Meinhard Graf von Görz bekundet, dass zur Lösung seines gefangenen Schwiegervaters des Grafen (Albert III.)

[1]) Viktr. Copialb. II, Nr. 498. hat folgende Zeugen: Comes Ulricus de Steuerberch (Sternberg), Heinricus et Ulricus fratres comites de Heuneberch, Heinricus de Silberberch, Hartwicus dapifer de Kreich, Sifridus de Marenberch, Otto de Vinkensteine. Arnoldus de Havenerburch, Vlricus de Havenerburch, Wilhelmus de Minchendorf, Nicolaus de Reutenberch, Jacobus et Gebhardus de Gutenberch (Copialbuch hat Tutenberch) et alii quam plures.

von Tirol, Graf Hermann von Ortenburg dem erwälten Erzbischof von Salzburg 50 Mark Einkünfte zu Kals um den Betrag von 400 Mark Silber verpfändet habe. Zur Deckung verpfändet nun Graf Meinhard dem Ortenburger all seine Güter zu Nakel vom Kankerbach bis zum Sutzperch und Krainberg mit Ausnahme der Vogtei über Veldes, des Konrad von Rittersberg und des Meinhard von Göriach.

Nos Mainhardus comes Goricie advocatus Aquilegiensis ecclesie notum fieri volumus universis presentem paginam inspecturis, quod in redemptione patris nostri comitis Tyrolensis dilectus amicus noster illustris comes Hermannus de Ortenburch pro nobis domino electo Salzburgensi patrimonium suum in Chalz scilicet quinquaginta marcarum redditus cum ibidem attinenciis pro quadringentis marcis argenti obligavit tali conditione, si eadem bona in proximo festo Martini non exolverentur, propria forent ecclesie Salzburgensi. Pro quibus bonis iam dicto comiti Hermanno de Ortenburch et suis heredibus bona nostra in Nakel a flumine, quod Coker dicitur, usque ad montes Sutsperch et Chreinberch omnia in illis terminis iacentibus proprietates decimas advocacias, preter advocatiam in Veldes, obligaciones, feuda, vasallos, sive teneant nostras proprietates in feudum, sive feuda, que ab aliis tenuimus, homines exceptis Chunrado de Rittersperch et Mainhardo de Goriach cum universis bonis eisdem attinenciis quesitis et non quesitis pratis pascuis atque silvis omni iure, quo et nos tenuimus, pro suis proprietatibus filiis nostris consentientibus et advocatiam in viginti mansis circa castrum Summerekke iacentibus ad cenobium Milstatense pertinentibus pro ccc marcis argenti donavimus interposita tali forma, si bona sua in Chalz ad statutum terminum per nos non redimerentur, ipse comes de Ortenburch et sui heredes iam dicta bona in Nakel et omnia, ut prescripta sunt, propria imperpetuum teneant et conservent. Promisimus ad hec comiti Hermanno memorato advocatiam in Veldes a domino episcopo Brixinensi modis omnibus obtinere, non possumus, nos et filii nostri dedimus advocatiam in Chirchaim cum omnibus ibidem attinenciis ecclesie Milstatensi, ut eam perpetuo teneat omni iure, quo et nos tenuimus et in Vraters, preter quod fures captivati debent nostris iudicibus assignari, ita quidem si bona sua non fuerint exsoluta, pro residuis vero centum marcis argenti dedimus sibi curiam nostram in Raiach cum hominibus et omnibus ad eandem attinenciis et advocatiam in septem mansis aput Celsach eo promisso, quemadmodum est prescriptum, pro residuis

etiam redditibus in Chalz, qui supersunt ultra quadraginta marcarum redditus, qui domino electo sunt assignati, volumus amicabiliter componere ad ipsius comitis Hermanni de Ortenburch arbitrium voluntatis. Et ne sibi suisque heredibus a nobis nostrisque heredibus in posterum aliqua possit inferri calumpnia, presens scriptum ad maiorem cautelam sibi tradimus sigilli nostri munimine roboratum. Huius rei testes sunt: Otto abbas Milstatensis. Vlricus nobilis vir de Tûfers, Willehelmus de Aicha, Hugo de Reifenberch, Hainricus castellanus de Lunze, Livpoldus de Eberstain, Werenhardus Rupech ex una parte, ex altera comitis: Otto capellanus domini pape, Fridericus de Gesiez cum suis filiis, Regenwardus, Livtoldus castellani de Ortenburch, Chunradus de Techendorf, Chunradus Gordes, Rudolfus de Rase, Cholo de Lewenburch et ego Jacobus notarius quibus omnibus interfui et rogatus scripsi et alii quam plures.

Datum in Milstat anno domini millesimo CC°. LII. XI° kalendas ianuarii X^n^ indictionis.

Orig. Prgt. mit an Pergamentstreifen angehängtem, beschädigten Wachssiegel des Grafen Mainhard von Görz im k. k. H.- H.- und Staatsarchiv in Wien.

197. Salzburg.

1252, 26. December, Gmünd.[1]) *Ulrich und Hugo von Rifenberg, Rudolf von Duino und Schwarzmann von Cremona (Cormons?) geloben dem erwälten Erzbischof von Salzburg die Güter seiner Kirche, welche an Heinrich von Scharfenberg verpfändet sind, bis zur kommenden Fastenzeit um 400 Mark der Ranner oder Landstrasser Pfenninge einzulösen.*

Ego Vlricus de Rifenberch, ego Hugo de Rifenberch, ego Rvdolfus de Dewino et ego Swarzmannus de Cremona domino nostro venerabili Salzburgensi electo promittimus et promissum firmamus iuramento prestito corporali bona Salzburgensis ecclesie, que dinoscuntur esse domino Heinrico de Sherphenberch obligata, usque ad carnisprivium proximo venturum ab eodem Heinrico pro quadringentis marcis denariorum monete de Rein vel de Landestrost, quam ex hiis duxerit acceptandam, absolvere dilatione qualibet pretermissa. Quod si prescripto termino absolutionem bonorum non fecerimus

[1]) Die Datirung 1252 erfolgte mit Rücksicht auf den Umstand, dass im Mittelalter hiezulande der Sprung in der Jahreszahl schon am 25. Dezember und nicht am 1. Jänner erfolgte.

antedictam extunc sub prescripti debito iuramenti nos recipere promittimus in Villaco abinde nullatenus egressuros, donec absolutionem bonorum predictorum integraliter facimus. Si autem in loco nos recipere detractaverimus antedicto, quicquit dampni ex dilatione absolutionis bonorum illorum prefato domino electo accreverit, nobis curret, que dampna in nostri trium filiis mei scilicet Vlrici, Rudolfi Swarzmanni predictus dominus electus habebit. In cuius rei memoriam, quia nos tres Hugo scilicet Rudolfus et Swarzmannus sigilla propria non habuimus ad manus, presentem cartam sigillo domini nostri Goricie comitis et mei Vlrici fecimus roborari. datum in Gemynde, vii kalendas ianuarii, anno domini millesimo CC LIII.

Orig. Prg. mit zwei angehängten, stark beschädigten Wachssiegeln im k. k. H.-, H. und Staatsarchiv in Wien. Fehlerhaftes Regest im Archiv f. öst. Gesch. II, 185.

198. Kloster Marienbrunn.

1252, . . . , Landstrass. Herzog Bernhard von Kärnten bezeugt, dass Weriand von Chaltenprune und seine Brüder dem Kloster Landstrass im Austausch gegen 3 Huben ihren ganzen Besitz zu Wodeniz (bei Landstrass) abgetreten hätten.

Nos Bernhardus dei gratia dux Karinthie, notum facimus tam presentibus quam futuris quod Weriandus de Chaltenprune, et Wolfgerus et Mainhardus fratres ejus ministeriales nostri permutacionem fecerunt bonorum suorum in Wodniz, que proprietatis titulo possidebant, cum abbate et conventu fundacionis nostre ecclesie scilicet Fontis sancte Marie in Landestrost pro duobus mansis qui eidem ecclesie in remedium anime Vlrici filii Ottonis de Landestrost dati fuerant, et pro uno manso qui similiter ipsi ecclesie in remedium Hainrici de Rotenpach sunt (!) donati, quos tres mansos predictus abbas et conventus prefatis fratribus nostris ministerialibus libere donaverunt, omni eo iure quo in eisdem perfrui videbantur, se ad hoc obligantes quod siquis eosdem fratres super ipsis mansis impecierit, de hac, in peticione ipse abbas et conventus ipsorum mediante iusticia eximere tenebuntur. Ipsi similiter fratres Weriandus videlicet, Wolfkerus et Mainhardus prenotatas proprietates suas in Wodniz cum omnibus suis attinentiis seu quibus libet iuribus ad ipsas proprietates pertinentibus, quesitis et inquirendis cultis et incultis quocunque nomine censeantur, memorate ecclesie Fontis sancte Marie libere donaverunt, consensu heredum suorum pariter et assensu, obligantes se similiter ipsi fratres,

quatenus siquis ipsam ecclesiam super predictis possessionibus impecierit ab ea impeticione, vel ipsi vel heredes eorum post ipsos ipsam ecclesiam eximant et exsolvant. Ipse autem abbas et conventus sepedictos fratres et eorumdem heredes in suam fraternitatem seu sepulcrale consorcium receperunt, nec ipsi alias debent eligere sepulturam, sed ubicumque aliquis eorum moritur, ibi abbas et conventus ipsum recipient, eum ad sepulturam sui monasterii allaturi. Ut autem talis permutacio seu donationes imperpetuum maneant illibate, presentem cartam nostri, et predicti abbatis ac etiam supradictorum fratrum sigillis iussimus roborari, in evidens testimonium et cautelam. Cuius rei testes sunt: Ditricus et Hainricus cappellani curie, Chunradus. Berhtoldus et Otto scribe nostri, Arnoldus dapifer curie, Thomas plebanus de sancta Cruce, Gerhalmus plebanus de Landestrost, Hainricus prior, Gotfridus quondam abbas, Chvnradus de Landestrost, castellanus. Engelber(t)us et Offo et Otto fratres de Landestrost, Prolabo et Bernhardus fratres de Rotenpach, Hermanus officialis, Albero iudex, Ottachrus et Weikerus fratres et alii quam plures.

Acta sunt hec in Landestrost, anno domini M. CC. LII. indictione X

Orig. Prgt. gut erhalten im laib. Museum, von 3 angeh. Siegeln sind die beiden ersten abgebröckelt, Nr. 3 + SIGILLVM WERIANDI DE VREVDENOV. von dreieckiger Gestalt enthält einen gespaltenen Schild (rechts gegittert, links ein Sparren) und hängt an einem Pergamentstreifen. Eine alte Archivsnotiz (15 Jahrh.) bezeichnet die Urkunde als litera filiorum fundatoris super mansos in Wodenicz.

199. Sittich.

1252, . . . , ... Weriand der Vicedom des Patriarchen stiftet zum Heile seiner Seele der Frau Fromude und seiner Vorfahren einen Jahrtag im Kloster Sittich mit 20 Mark, welche auf die zwei Huben und einem Weingarten zu Sydingendorf angewiesen werden.

In nomine domini amen. Quia littera dicitur quasi legittera eo, quod legentibus iter prebeat, veterum ideoque decrevit auctoritas gesta hominum, ne a memoria discedant, eius karactere perhennari. Sciant ergo presentes et posteris innotescat, quod nos Weriandus vicedominus domini patriarche pro remedio anime nostre ac domine Fromûde nec non et pro animabus omnium parentum nostrorum et omnium fidelium defunctorum contulimus XX. marcas ecclesie Syticensi in hunc modum, quod singulis annis in octava sancti Michahelis de duobus mansis et una vinea in Sydingendorf iacentibus pro

animabus iam dictis servicium conventui cum vino et piscibus honorifice ministretur, secundum servicium die altera, vel sicut conventui visum fuerit, nichilominus tribuatur. Ipsi econtra nobis hanc gratiam, que et perpetuo servabitur, concesserunt, quod eodem tempore omnes sacerdotes eiusdem domus pro animabus sepedictis privatim missas pro defunctis et in conventu solempniter celebrabunt, ceteri vero clerici psalterium et fratres conversi singuli centum pater noster cum totidem veniis perorabunt. Huius rei testes sunt: Venerabilis abbas Johannes eiusdem loci et prior Erkenbertus et Heinricus subprior Conradus cellerarius, Otto, Herdegnus et alii quam plures sacerdotes et fratres illius domus. Anno gratie M° CC° L^mo^ secundo. Et ut hoc factum firmius perduraret, abbatis ac nostri sigillorum fecimus munimine roborari. Qui vero suprascripta servicia ausus fuerit infringere, confundat illum dominus in eternum. Amen.

Orig. Prgt. mit an Pergamentstreifen angehängtem Wachssiegel des Abtes von Sittich[1]) im k. k. H.-, H.- und Staatsarchiv in Wien.

200. Freising.

1253, 7. März, Krainburg. Ulrich Erbprinz von Kärnten und Herr von Krain vergleicht Bischof Konrad von Freising mit Heidenreich von Hallek, dessen ehemaligem Amtmanne zu Lack.

Quum humanum genus potius ad discentiendum(!) quam ad concordandum pronius esse dinoscitur, summa requirit necessitas, ut sopita qualibet discordia pene alicuius in scriptis redacte pretendatur gladius cuius metu discentire volentium sinister animus debitis ictibus retundatur. Nos igitur Vlricus dei gracia filius serenissimi ducis Karinthie ac dominus Carniole sub serie protestationis patefacimus tam presentibus quam futuris, quod cum dominus C. venerabilis in Christo pater et amicus noster Frisingensis episcopus Heidenricum de Helke post resignacionem officii de Lok cui eundem prefecerat, peracta racione cum eodem pro quibusdam debitis in quibus eidem episcopo idem Haid. debitor remanserat, et etiam pro domino Hainrico de Scherffenberch, precepit per Wernherum de Lok tunc officialem sub pretentu sue gracie captivari et retineri tam diu captivatum, donec idem Haidenricus per solucionem debitam satisfaceret de debitis universis, et etiam donec dictus H. de Scherffenberch prefatum dominum episcopum ab inpeticione Sivridi de Merinberch pro

[1]) Das angekündigte Siegel Weriands war nie angehängt worden.

quibusdam debitis redderet absolutum. Pro quibus idem dominus episcopus ad eundem S. se bona fide obligaverat pro H. de Scherffenberch memorato, nec etiam post universum persolutum debitum et post procuratam et optentam absolucionem apud iam dictum S. de Merenberch, nisi sufficienti securitate coram nobis primitus prestita et firmata inimicitiis que v r v e h dicuntur, pro eadem captivitate in posterum reviviscendis eundem Haid. a vinculis aliquatenus enodari, tam prelibatus H. de Scherffenberch quam idem Haidenricus de Heleke in nostra presencia constituti fidei et iuramenti interposicione ac sub pena ccc. marcarum in manus nostras firmiter promiserunt, quod non occasione pretacte captivitatis tam eorum quam aliorum ipsis consanguinitate attinentium (opere) vel consilio dicto domino episcopo Frisingensi et supra memorato Wernhero et fratribus suis nec non et ceteris Frisingensis ecclesie fidelibus gravamen, dampnum vel malum aliquod inperpetuum suscitetur, et ad hoc procurandum et observandum pro illis ccc marcis sepe dictus H. de Scherffenberch suas possessiones sitas in Carniola et ipse Haidenricus suas quas habet in Carinthia, nobis obligarunt, easdem ccc marcas siquis illorum in hac parte sue fidei tenorem et sui iuramenti prestiti violare presumpserit, ante memorato domino episcopo persolvendas. Ut autem iam dicti domini episcopi simus in eadem pecunia debitores, sub lucida et aperta protestatione presentem paginam in huius rei testimonium tradidimus nostri pendentis sigilli munimine roboratam, adicientes ut tam prefatus Hainricus de Scherffinberch quam Gerlochus de Hertenberch eandem paginam ad maioris roboris fortitudinem eorum sigilli signaculo consignarent. Testes autem qui huic interfuerunt negocio sunt tales: Perhtoldus de Newenburch, Jacobus de Gvtenberch, Wilhelmus de Minchendorf et Gebhardus de Gvttenawe. Datum in Chrainburch, anno domini M. CC.LIII., indictione XI., nonis VII. martias.

Orig. Prgt., drei anhgde. Siegel, k. Reichsarchiv zu München; ebend. auch in Cod. 191, f. 6'—7, mit unwesentlichen Abweichungen im Texte und in den Namensformen, doch sonst durch Nässe sehr schadhaft; vgl. Meichelbeck II./1, 40 u. Abdruck im Arch. f. Kde. österr. G.-Quellen XXVII., 79, Nr. 17; Zahn, Cod. dipl. Fris. I, 165, Nr. 168.

201. Salzburg.

1253, 22. April, Friesach. Rudolfus, Cholo und Reimbertus fratres de Rase bekunden ihren Vergleich mit Philipp, dem Erwählten von Salzburg, dem Herrn des Cholo und Reimbert von Rase und ge-

loben unter anderm ihrem genannten Herrn von nun an und weiters von dem nächsten Michaelisfeste an durch zwei Jahre ausserhalb des Landes gegen Baiern, Friaul und über die Lienzer Klause hinaus mit zehn geharnischten Streitrossen zu dienen, innerhalb des Landes aber bis an den Dürrenberg, den Murfluss, die Lienzer Klause, das Canalthal und die sonstigen Landesgrenzen und weiters noch bis an den „Pirpaumerwald" mit den zehn geharnischten Streitrossen und dreissig Bewaffneten wie oft und gegen wem immer Hilfe zu leisten. Sollten innerhalb des erwähnten Zeitraumes die zugesagten Dienste und Hilfen nicht benöthigt und die Brüder von Rase hierzu nicht aufgefordert worden sein, so sollen sie die versprochenen Dienste und Hilfen mit den zehn Streitrossen und den dreissig Bewaffneten durch den weiteren Termin von zwei Jahren leisten.

Damit das Versprechen richtig eingehalten werde, stellen sie Bürgen für sechshundert Marken solcher Denare, von welchen eine Mark Silber neun Solidi (Schillinge) gelte. Als Bürge erklärte sich unter anderen Ulrich von Trewen für zwanzig Mark.

(Actum) apud Frisacum anno domini millesimo CC. Lj, decimo kalendas maij.

Arch. f. Kunde österr. Geschichtsquellen, 32. Bd. (1865) 274, Nr. 1237

202. Cividale.

1253, 14. August, Cividale. Gregor, erwählter Patriarch von Aquileia und das Capitel von Cividale einigen sich über die Abschaffung der Probstei an gedachtem Capitel. Unter den Zeugen, welche der darüber ausgestellte Notariatsact anführt, befindet sich auch Erchempertus prior monasterii Sitticensis.

De Rubeis Monumenta Ecclesiae Aquileiensis pg. 741.

203. Freising.

1253, 26. August, St. Veit (in Kärnten). Herzog Ulrich von Kärnten und Herr in Krain verfügt, dass die Kinder des freisingischen Ministerialen Wulfing von Lack genannt „Raebel" mit Richardis der Tochter seines Ministerialen Wilhelm von Minkendorf zwischen ihm und dem Hochstifte Freising zu theilen seien.

Ne processu temporis gesta hominum imprimenda memorie oblivionis periculo subiacere debeant, prudentum virorum sagacitas adinvenit, ut ea perhennentur apicibus litterarum. Nos ergo Vlricus dei gracia sereni Bernhardi ducis Karinthie filius ac dominus Carneole per presens scriptum publice protestamur, quod liberorum quos Wůlfingus de Loka dictus Raebel ministerialis Frisingensis ecclesie per Rihkardem filiam Willelmi de Minkendorf nostram ministerialem genuerit, dimidia pars eodem debet iure pleno ecclesie memorate, ita quod eorundem Wůlf. et Rihk. liberi iure communi possessiones proprietarias eos ab utraque parente contingentes debeant quiete ac licite possidere. In cuius rei testimonium presentem paginulam impressione nostri sigilli voluimus roborari. Acta sunt apud sanctum Vitum civitatem Karinthie anno gratie millesimo CC. quinquagesimo tercio, VII. kalendas septembris, XI. indictione.

Orig., Pgt., anhgd. stark verletztes Siegel, k. Reichsarchiv zu München; ebendaselbst auch Cod. 191, f. 7', und daraus in Archiv f. Kunde österr. G.-Quellen XXVII., 210, Nr. 18; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 167, Nr. 169.

204. St. Paul.

1254, 2. März . . ., Herzog Bernhard von Kärnten befreit im Einverständnisse mit seinem Sohne Ulrich acht in „Pühel" beim Flusse Laibach und zwölf am Bache Scheuze (Schuizabach) in Krain gelegene Huben, welche sein Bruder Ulrich [1]) dem Kloster St. Paul im Lavantthale geschenkt hatte, aufs Neue von allen Eingriffen seiner Beamten zu Laibach, die Bestrafung todeswürdiger Fälle ausgenommen.

In nomine Jesu Christi amen. Quoniam nativa principum et nobilium virtutis bonitas tenetur ex debito structuras sacras et maxime illas, que a suis progenitoribus sunt fundate, non solum pio amore fovere, verum etiam possessonibus et iuribus quibuslibet laudabiliter adaugere, hinc nos Berenhardus dei gratia dux Karinthie notum facimus tam presentibus quam futuris quod cum Vlricus frater noster beate memorie quondam dux Karinthie viginti mansos, octo videlicet

[1]) Siehe oben S. 2, Nr. 3.

sitos in Pv̊hel iuxta fluvium Leybach et duodecim sitos iuxta ripam Schevze monasterio sancti Pauli in Lavent, ubi tam eiusdem quam aliorum nostrorum progenitorum, utpote ipsius ecclesie fundatorum cineres in domino requiescunt, nostro assensu libera legatione donasset, et nos tandem eandem donationem cum inciperemus regnare confirmassemus omnimoda libertate, ac postmodum tempore procedente eodem iure oblito nostri officiarii in Leibaco predicta bona novis iuribus et continuis vexationibus desolarent, nos assensu et consensu Vlrici filii nostri id quod antea fecimus legittime renovantes ipsa bona sive mansos ab omni iure, quod ibidem iure advocaticii vel alio quovis iure habere deberemus, libere eximimus usquequaque, ita quod nec officiarii nostri nec procuratores nec precones seu exactores alii cum ipsis bonis vel eorum cultoribus quicquam de cetero habeant ordinare, excepto quod si quis in ipsis residens mortis iudicium legittime promeruerit, idem nudus accinctus cingulo sicut vulgariter dici solet nostro iudicio assignetur ipsius dampnati rebus plene remanentibus ecclesie memorate. Et ne aliqua detur occasio nostris officiariis seu procuratoribus in bona eadem malignandi, statuimus, quod si que cause in eisdem bonis emerserint de illis officiales seu iudices nostri nichil habeant ordinare sed per officiales sepe dicte ecclesie decidantur sicut fuerit oportunum. Ne autem super tali donatione ipsi ecclesie ab iliquo successorum nostrorum cavillatio seu callumpnia possit imposterum suboriri, presentem cartam nostri et Vlrici predicti nostri filii sigillorum munimine duximus roborandam in evidens testimonium et cautelam. Cuius rei testes sunt: dominus Babenbergensis episcopus Heinricus, comes Hermannus de Ortenburch, Otto filius eius canonicus Babenbergensis, Vlricus comes de Sterenberch, Vlricus comes de Hevnenburch, Livtoldus plebanus de Chrich, Chvnradus de Pirpovm, Berhtoldus canonicus Frisacensis, Heinricus de Silberberch, Ortolfus de Osterwiz, Hertwicus dapifer de Chrich, Chv̊no et Jacobus de Vriberch et alii quam plures.

Acta sunt hec anno gratie M°.CC°. lmj, indictione XII.V̊. nonas martii.

Orig. Perg. 2 Siegel. Geh. H.-Archiv; Fontes rer. Austr. I. II. Abth. (1849) 35, Nr. XXXI. Tangl d. Gr. v. Heunburg II. Abth. im Arch f. K. ö. Gqu. 25 Bd. 164; Separatabdruck pg. 8.

205 Freising.

1254, 31. März, (Wien). König Otakar von Böhmen, Herzog v. Oesterreich, überträgt als Ersatz des von den Ungarn erlittenen Schadens genannte Dienstleute weiland des Grafen Albrecht von Weichselberg und des Vollfreien Preis an das Bisthum Freising.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ottakarus dei gracia dominus regni Bohemie, dux Austrie et Styrie et marchio Morauie universis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam que iustis et piis interdum ducti affectibus presenti tempore donant homines, non solum subrepens enervat oblivio, immo eadem idem quandoque alii perniciose nituntur revocare, infringere, vel mutare auctrice que verita(ti)s est emula, levitate, quapropter necessario et salubriter est inventum, quod donaciones racionabiliter et rite facte (ut) in sue firmitatis perseverent robore, scripti perpetuacione atque memoria perennentur. Illa autem digna precipue sunt apud homines firmitate, que aput conditorem hominum auctoribus suis eterne felicitatis dona preparant sempiterna, sane quia decens esse iudicamus pariter et honestum, quod debeamus singulorum obsequia provisionis oculis intueri et illorum commodo et utilitati facilius intendere, qui pro honore nostro ampliando honera gravia et labores continuos sustinent et propter terrarum nostrarum quietem et commodum obtinendum passi sunt rerum suarum dampnum pariter et iacturam. Tunc enim honor noster profectiva suscipit incrementa et favore multiplici decoratur, cum illos diligimus qui semper circa nos in sincere fidelitatis opere perstiterunt [1]), ex quibus unum esse venerabilem patrem et amicum nostrum dominum Chunradum Frisingensem episcopum non ambigimus qui circa nos et terras nostras etiam cum rerum suarum ammissione in omni devocionis et fidei constancia perstitit opere lucessente(!). Notum sit igitur universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus hanc paginam inspecturis, quod ex domine Margarete dilecte uxoris nostre consensu et bona ipsius voluntate plenariter accedente, ad instanciam et ob amorem dicti domini Frisingensis episcopi et precipue ob reverentiam et honorem sancte dei genitricis virginis Marie que in Frisingensi ecclesia esse dinoscitur domina propicia et patrona, universos homines cum eorundem heredibus qui quondam nobilis comitis Albrehti de Weiselberch et nobilis viri dicti Preis fuerant, qui nunc vero ad

[1]) Codex hat prestiterunt.

eandem uxorem nostram iure hereditario [1]) et ex illa ad nos dinoscuntur tytulo donacionis facte propter nuptias devoluti, sive sint militares seu populares aut cuiuscunque sexus vel condicionis fuerint cum omni iuris et dominii plenitudine que in illos et eorum heredes nos et dicta uxor nostra habere dinoscimur, momorate Frisingensi ecclesie nos et eadem uxor nostra donamus libere in perpetuum possidendos et hoc facimus in recompensacionem dampnorum que per cedem, incendium et rapinam prelibatum dominum eiusdem ecclesie episcopum in suis prediis et hominibus propter nos a rege Vngarorum recognoscimus recepisse. Ut autem presens nostra donacio maius robur suscipiat, aliquorum supradictorum hominum nomina quos secundum pretactam formam una cum prefata uxore nostra donavimus, sepe dicte ecclesie duximus exprimenda que sunt hec, primo milites videlicet Alkerus de Reutenberch, item Heinricus et frater suus de Werde, item Rudolfus de Nazenvelt, item Vlricus, Gotfridus, Marquardus et Wulfingus de Preisekke, item Gebhardum(!) iudicem et fratrem eiusdem de Gûtenwerde, item parentelam illam que sumpsit originem de genere illorum qui dicuntur Chauzer, item aliam parentelam que est de genere illorum de Preutenowe ceterosque universos quibuscunque vocentur nominibus aut in quocunque locorum habitent et morentur dum tantum sint de familia et de domo aut quondam fuerint illorum quos prediximus videlicet nobilis comitis Albrehti de Weisselberch et nobilis viri dicti Preis, nos et antedicta uxor nostra donavimus supramemorate ecclesie Frisingensi, ut prelibato eiusdem episcopo et universis eius successoribus omnia felicitatis servicia cum summa et debita reverencia exhibeant et honore. Igitur ut hec omnia tam aput nos quam aput posteros nostros rata et firma semper permaneant et inconvulsa, presentem paginam ad evidens nostre et sepedicte uxoris nostre donationis testimonium conscribi fecimus et utriusque sigilli pendentis munimine iussimus roborari. Acta sunt hec anno incarnacionis domini M.CC.LIIII, indictione XII, pridie kalend. aprilis [2]).

Cod. 191, f. 39, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./1, 41; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I. Nr. 171.

---

[1]) Die Babenberge, aus deren Hause die Königin Margaretha stammte, waren mit den Grafen von Andechs und Letztere mit den Preis-Weichselburgern verschwägert. — [2]) Eine mutatis mutandis vollkommen gleich lautende Urkunde von Königin Margaretha ausgestellt vom selben Tage in Codex 191, f. 49'.

206. Freising,

1254, 31. März, Wien. König Otakar von Böhmen, Herzog von Oesterreich, verkündet genannten Leuten, ehemals der Unterthanschaft zu Graf Albrecht von Weichselberg und den Vollfreien Preis, dass er sie an das Bisthum Freising übertragen habe.

O. dei gracia dominus regni Bohemie, dux Austrie et Styrie et marchio Morauie, pariter et domina Margareta uxor sua dilectis eorum fidelibus Alkero de Revtenberch, Heinrico et fratri suo de Werd, Rudolfo de Nazzenvelt, Vlrico, Gotfrido, Marquardo et Wlfingo de Preseke, Gerhardo iudici et fratri suo de Gûtenwerde et illis singulis et universis qui sunt [1]) de duabus parentelis, quorum quidam dicuntur Chauzer, et quidam alii qui sunt de Preitenawe, ceterisque universis quibuscunque vocentur nominibus aut in quocunque locoram habitent et morentur, qui fuerint de familia et de domo quondam nobilis comitis Albrehti de Weihselberch et nobilis viri dicti Preis eorum gracie plenitudinem cum salute. Decens est pariter et honestum, quod debeamus singulorum obsequia provisionis oculis intueri et illorum comodo et utilitati facilius intendere qui pro honore nostro ampliando onera nobiscum gravia et labores continuos sustinent, et qui propter quietem et commodum pacisque bonum terris nostris obtinendum passi sunt rerum suarum grave dampnum pariter et iacturam. Tunc enim honor noster profectiva suscipit incrementa et favore multiplici decoratur, (cum) illos diligimus qui semper circa nos et terras nostras in sincere fidelitatis opere perstiterunt, ex quibus unum de principalioribus esse venerabilem patrem et amicum nostrum dominum Ch. Frisingensem episcopum non ambigimus, qui etiam cum rerum suarum amissione in nostris serviciis cum omni devocionis constancia et fidei puritate semper perstitit opere lucescente. Presentis igitur scripti serie notum vobis facimus tam singulis quam universis, quod de communi consensu et de nostra unamini voluntate ad instanciam et ob amorem dicti domini Frisingensis et precipue ob reverenciam et honorem sancte dei genitricis virginis Marie que in Frisingensi ecclesia esse dinoscitur domina propicia et patrona, vos cum vestris heredibus qui quondam nobilis comitis Albrehti de Weiselberch et nobilis viri dicti Preis fueratis, qui nunc vero ad nos estis iure hereditario devoluti, sive sitis militares seu populares aut cuiuscunque sexus vel

[1]) Codex sicut.

condicionis fueritis, cum omni iuris et dominii plenitudine, que in vos et vestros heredes habere dinoscimur, memorate Frisingensi ecclesie donavimus libere imperpetuum possidendos, et hoc facimus in recompensacionem dampnorum que per cedem, incendium et rapinam prelibatum dominum Frisingensem episcopum in suis prediis et hominibus propter nos a rege Vngarorum recognoscimus recepisse. Quapropter rogantes volumus et mandamus, ut deinceps prefato domino Ch. venerabili Frisingensi episcopo et universis eius successoribus cuncta exhibeatis sincere fidelitatis servicia cum summa et debita reverencia et honore, discrecionis oculis salubriter intuentes quod statum vestrum non in peius sed in melius commutavimus et quod vestram condicionem aput omnes et per omnia et in omnibus fecimus meliorem. Datum Wienne anno domini M. CC. LIIII., indictione XII., pridie kal. aprilis.

Cod. 191, f. 58, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 13, Nr. 23, unvollständig; Zahn, Cod. dipl. Austr Fris. I, Nr. 172.

207. Sittich.

1254, 1. Juli, ... Herzog Ulrich von Kärnten bekundet, dass Reinboto von Hertenberg sein Burggraf zu Weineck, dem Kloster Sittich für seine Aufnahme in die Verbrüderung 2 Huben und 2 Weingärten im Orte Osliza bei Weineck gelegen, geschenkt habe, von diesem aber in deren lebenslänglichem Nutzgenusse gegen jährliche Abgabe einer Saumlast Wein belassen worden sei.

Nos Vlricus Dei gratia, filius ducis Carinthie universis hanc literam inspecturis, volentes bonae memoriae commendare,, quod Reinboto de Hertenberch in Winek castellanus noster, hanc presentem vitam consideraverit labilem et caducam, et nihil in ea felicius consequi, quam de temporali possessione eternam mansionem in coelestibus preparare. Hinc est, quod idem duos mansos et duas vineas in Osliza, juxta Winek, super altare gloriose virginis Marie obtulit in monasterio Sitticensi, et omne jus proprietatis, quod in iisdem habuit, sine nomine et advocatie juribus contulit fratribus dicti coenobii, quiete ac libere perpetuo possidendum. Abbas vero et fratres monasterii memorati eosdem mansos et vineas Reinbotoni recommendarunt pro tempore vite sue tantummodo tenendas, et censum unius soume [1]) vini pro eisdem annis singulis persolvet in testimonium proprietatis, quam fratres possident pleno jure. Quod si Reinboto temere vel sua-

[1]) Copie: sommae.

sione maligna, censum predictum solvere recusaret, et proprietatis justitiam dictis fratribus per hoc intenderet minuendam, a possessione eorundem mansorum et vinearum privatus (sit), abbas et conventus mansos et vineas sepius nominatas ad se recipient, et quod eis visum fuerit, ex ipsis pro suis utilitatibus ordinabunt. Promisit etiam abbas, quod jam dictum Reinbotonem, quem in suam fraternitatem recepit et orationum suarum plenam commemorationem, ut ubique locorum, infra montem Leybel et per Germaniam, que terram nostram et Hungariam [1]) dividit, moreretur, ipsum sibi accipere deberet, et in suo monasterio, utpote unum ex fratribus suis, ecclesiastice tradere sepulture. Ne igitur malignitas hominum aut heredum suorum quispiam id audeat immutare, vel quolibet modo revocare, rogati per abbatem et Reinbotonem, presentem paginam in robur firmissimum hujus facti conscribi et nostri sigilli munimine communiri jussimus. Acta sunt hec anno Domini MCCLIV. octava Joannis baptiste, testibus subscriptis: abbas Joannes a Galln, Heinricus prior, Cunradus camerarius, Martinus cellerarius et monachi ceteri de conventu, Fridericus de Winek, Rudgerus de Chyzpach, Hainricus de Puch, Vlricus de Mekkenhausen, milites. Preterea Otto de Futse, Otto Matscherol, Anrich [2]) et Hainricus filii sui, Laurentius cellarius in Winek et alii quamplures [3]) curie nostre.

Puzel, Idiographia mon. Sittic. S. 28—29.

208. Viktring.

1254, 4. Dezember, ... Gotefrid von Marburg, Heinricus de Scharphberg und drei andere Männer bekunden die von Wernher von Husa gegenüber dem Kloster Viktring eingegangenen Verpflichtungen. U. d. Zeugen: Heinrich von Scharfenberg.

Archiv f. österr. Gesch. XXXII, S. 285, Nr. MCCVIII; Cop. Pap. im steierischen Landesarchive Nr. 710 b.

209. Sittich.

1254, ..., ... Ulrich, Herzog von Kärnten, Herr von Krain schenkt dem Kloster Sittich eine Hube und eine Mühle bei dem Dorfe Mettnach (Metnaj) bei Sittich gelegen.

Dominus Vlricus filius Bernardi ducis Carinthiae donat mona-

---

[1]) Copie: Hungariae. — [2]) Amelrich? — [3]) Copie complures.

sterio Sitticensi unum mansum et unum molendinum iuxta villam Mettnach dictam.

Puzel, S. 30; Valv. X. 216. Vrgl. die weiter unten folgende Sitticher Regesten v. J. 1261 und 1263.

210. Michelstetten.

1255, 10. Mai, Neapel. Papst Alexander IV. nimmt das Kloster Michelstetten in seinen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzungen.

Alexander episcopus servus servorum dei Dilectis in Christo filiabus, priorisse ac conventui monasterii de Valle sancte Marie in Michelstetin ordinis sancti Augustini Aquilegensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et nota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Quapropter dilecte in Christo filie vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem domos, terras possessiones ac alia bona vestra sicut ea omnia iuste, ac pacifice, possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Neapoli VI. idus maii, pontificatus nostri anno primo.

Orig. im k. k. geh. H.-H. und Staatsarchiv zu Wien.

211. Cisterzienser-Orden.

1255, 24. September, Anagni. Papst Alexander der IV. erklärt die Vorladung von Mitgliedern des Cisterzienserordens vor geistliche Gerichte auf Grund allgemein lautender päpstlicher Ermächtigungen selbst dann für unwirksam, wenn letztere mit der Clausel non obstante aliquo privilegio u. s. w. versehen sein.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Meritis sacre vestre reli-

gionis inducimur ut favoris benigni gratia vos iugiter prosequentes paci et tranquillitati vestre ne iurgiorum conquatiatur procellis imposterum consulamus. Lecta siquidem coram nobis universitatis vestre petitio continebat, quod licet ordini vestro a sede apostolica sit indultum, ne per litteras sedis eiusdem conveniri possitis, que de ordine vestro non fecerint mentionem; nonnulli tamen ecclesiarum prelati et iudices vestris libertatibus invidentes cum aliquas litteras sedis predicte ad eos impetrari contigerit, in quibus generaliter contineatur, quod non obstante aliquo privilegio seu indulgentia tam exemptis quam non exemptis cujuscumque ordinis existant a sede nominata obtenta per que attribute ipsis iurisdictionis explicatio impediri valeat vel differi, et de quibus fieri oporteat mentionem, in vos iurisdictionem indebitam vendicare, nec non litterarum ipsarum pretextu vos evocare ad se ad iuditium non verentur, in totius vestri ordinis maximum preiuditium et gravamen. Vestris itaque supplicationibus eo favorabilius annuentes quo scimus ordinem vestrum esse aliis recte vite speculum, et salutifere conversationis exemplum, ut conveniri per huiusmodi litteras non possitis, seu ad iuditium evocari, que dicto non fecerint ordine et de hac indulgentia mentionem vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Anagnie VIII. kalendas octobris, pontificatus nostri anno primo.

Urk. eingeschaltet in eine Bestätigung dieser Urkunde durch die in Basel tagende Synode vom J. 1437. Im Archive des hist. Ver. f. Krain.

212. Viktring.

1255, 16. Oktober, Bocksruck. Ulrich, Herr in Krain, der Sohn Bernhards, Herzogs von Kärnten, genehmigt die Schenkung des Hospitals in Bocksruck mit allem Zugehör an das Kloster Viktring und vertauscht gleichzeitig eine am Ursprunge des Baches Vellach [1]) gelegene Hube gegen eine andere in Puch an der Grenze von Liebeck.

Ulricus filius ducis Carinthiæ et dominus Carniolæ universis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris intuentibus præsens

[1]) Bela. Grenzwasser zwischen Neuthal und Motnik.

scriptum, salutem in omnium salvatore. Quia loca religiosa, quantum possumus promovere et fovere, volumus et tenemur, hospitale in Pochsrucke, cum omnibus pertinentiis suis a praedecessoribus nostris Victoriensi cenobio collatum mantenentes, dictam collationem cum assensu uxoris nostræ et filii nostri, habemus stabilem atque firmam. Commodo autem et utilitati ejusdem hospitalis dantes operam efficacem, mansum quendam in montibus situm, ubi rivulus, qui dicitur Vellach originem recipit fluxus sui pro alio manso in Puch in confinio Liebegke commutavimus. Ita ut dictum mansum apud rivulum Vellach dicti cenobitæ, cum omni iure proprietario, sicut alia bona eiusdem hospitalis, in perpetuum libere possideant, et quiete. Ut autem hæc in posterum permaneant inconvulsa præsens scriptum cum subscriptis testibus super hoc in testimonium, sigilli nostri munimine fecimus communiri. Testes sunt: Burchardus prior in Sittich, Wilhelmus prior de Kyrio, et Wilhelmus conversus eorum Carthusiensis ordinis, Dietricus sacerdos custos Victoriensis, Joanes conversus ibidem, Dietricus et Heinricus capellani; viri: Gebhardus de Liebenberg, Chuenradus de Luentz, Jacobus de Guetenberg et alii quam plures. Acta sunt haec in Pochsrucke, anno dni. millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, decimo septimo kal. novembris.

Victr. Kopialbuch I. Nr. 481, in hist. Ver. zu Klagenfurt.

213. St. Paul.

1255, 30. Nov., Völkermarkt. Vlricus filius ducis Karinthie ac dominus Karniole gibt zwei Huben in Villa Kolniz („Cholinez“) und seinen Antheil am dort gelegenen Walde dem Kloster St. Paul, damit die dortigen Mönche an jedem Dienstage eine Messe de sancto Spiritu und an jedem Samstage eine Messe de beata Virgine für das Seelenheil seiner Vorfahren und das seine lesen sollen; unter den Zeugen: Hertwicus dapifer de Chrich, Willehalmus de Chrich, Otto de Vinchenstein, Willehelmus de Minchendorf und noch 5 andere.

B. Schroll, Urkb. des Kl. St. Paul, S. 146, Nr. 91.

214. Sittich.

1255, 12. Dezember, Lateran. Papst Alexander IV. gestattet dem Kloster Sittich auf jene Erbschaften Anspruch zu erheben, welche den Klosterbrüdern angefallen sein würden, wofern diese nicht die Ordens-Profess abgelegt hätten.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sitticensis ordinis Cisterciensis Aquilejensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestrae precibus inclinati ut possessiones aliaque bona mobilia et immobilia exceptis feudalibus quae liberas personas fratrum ad monasterium vestrum mundi relicta vanitate volantium et professione n facientium in eodem si remansissent in seculo ratione successionis vel quocunque alio iusto titulo contigissent et potuissent aliis elargiri, petere, recipere ac retinere libere valeatis, vobis auctoritate praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Laterani II. idus decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Copie Papier des 17./18. Jahrhundert im Archive des hist. Verein f. Krain; Puzel S. 31.

215. Sittich.

1255, ..., ... Papst Alexander IV. befreit die Aebte des Klosters Sittich von der Entrichtung aller Zölle und Abgaben von dem für ihren Hausbedarf eingeführten Getreide, Wein, Flachs und Vieh.

Alexander Papa IV. hujus nominis, eximit abbates monasterii Sitticensis omnes in perpetuum, ne teneantur de blado, vino, lana et animalibus, solvere pedagia, vinoagia, seu roagia, que pro suis usibus emere consveverunt.

Puzel pg. 30; Valv. Notaten in den Benedikt. Mitth. 1881, S. 84.

216. Sittich.

1255, 12. Dez. Rom. Papst Alexander IV. bestätigt dem Kloster Sittich in allgemeinen Ausdrücken die von seinen Vorgängern oder von weltlichen Machthabern verliehenen Rechte und Befreiungen.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati et conventui monasterii de Sittich Cisterciensis ordinis Aquileiensis Dioecesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut ipsum per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus

grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a praedecessoribus nostris Romanis pontificibus, nec non libertates et exemptiones saecularium exactionum a regibus et principus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, vobis et per vos monasteria vestro auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani secundo idus decembris pontificatus nostri anno secundo.

Abschrift im krain. Landesmuseum zu Laibach.

217. Viktring.

(c. 1256) vor 6. Jänner . . . . .[1]*). Konrad Gallo verzichtet auf Güter zu Polje in der Pfarre Terstenik, auf welche der Abt von Vikring Ansprüche erhob, und gelobt dieselben, da er sie seinem Eidam für eine Geldsumme verpfändet hatte, einzulösen und dem Abt zurückzustellen.*

+ In nomine patris et filii et spiritus sancti. Que geruntur in tempore, ne simul cum tempore dilabantur, ore solent testium simul et litterarum testimonio perhennari. Sciant ergo presentes et posteris innotescat, quod ego Chunradus Gallo bona in Poula cum omnibus suis adtinentiis, in quibus se venerabilis abbas Victoriensis dicebat ius omnimodum possidere, iuri cedens ob remedium anime mee et omnium parentum meorum dicto abbati et suo cenobio dicta bona absolute et libere resignavi. Et quia necessitate cogente eadem bona proquadam pecunia meo genero obligavi, promisi pecunia vel villa equipollente redimere et redempta suo restituere possessori. Et ut hoc nostrum testamentum sine lite in posterum perseveret, domini mei ducis iunioris et meo sigillo hanc cartam fecimus roborari. Hujus autem rei testes sunt dominus Johannes abbas in Sitich, et dominus R(udolfus) abbas Fontissancte Marie. Frater H(enricus) prior in Sitich, magister Ph(ilippus) fisicus domini ducis, Engelolphus et Ch(unradus) fratres, Heinricus de Suanberc et Amelricus et alii quam plures, quorum in libro vite nomina eternaliter conscribantur.

---

[1]) Weil die Urkunde bei Lebzeiten des Herzogs Bernhart ausgestellt ist, welcher am 6. Jänner 1256 starb.

Original im Archive des historischen Vereins zu Klagenfurt mit 2 an Pergamentstreifen hängenden Siegeln, das erste mit der Legende + SIGILVM CONRATGAL, das 2. ist stark verletzt so dass von der Umschrift nur noch erkenntlich . . . . . DE . . . . . INTH . . . .

218. Sittich.

1256, 6. Jänner, Kloster Topusko (Toplica). Ulrich III. Herzog von Kärnten und Herr von Krain verkündet, dass Babo, Bernhart, Rudger und ihre Schwester „genannt von Landestrost" nach Empfang von 40 Mark Pfenningen von Seite des Abtes Johann von Sittich vor ihm auf ihr Eigenthum an dem Landgut zu Rothenbach (Černelo bei Sittich) und die Frau Kunigund, die Wittwe des Friedrichs, Castellans von Weineck überdies, auf ihre Pfandrechte an jenem Landgute verzichtet hätten. Der Herzog verleiht nun mit Einwilligung seiner Gemalin Agnes das freie Eigenthum an der genannten Villa dem Kloster Sittich.

Urk. gedr. im Schumi's Arch. f. Heimatskunde I. 25, Nr. 10.

219. Viktring.

1256, 10. Jänner, St. Paul. Ulrich III. Herzog von Kärnten und Herr in Krain gewährt dem Kloster Viktring Mautfreiheit und das Recht in Angelegenheiten der eigenen Unterthanen unter einander mit Ausschluss der herzoglichen Beamten zu entscheiden, todeswürdige Fälle ausgenommen.

Nos Vlricus dei gratia dux Karinthye et dominus Carniole Christi fidelibus universis tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem et in circum scripte lucis claritate perfrui sempiterna. Quoniam ex quo nascimur imus ad mortem, et omnes ad vite huius exitum lugubrem pariter festinamus nec est aliud quod speremus preter id quod semina nostrorum actuum fructificant in futurum. Unde secundum apostolum abundanter credimus seminandum ut in benedictionibus metamus quod in eterna vita sit nobis feliciter possidendum. Seminemus igitur singuli caduca pro mansuris temporalia pro eternis quia honestissima est commutatio propter eum omnia relinquere quohabito omnia possidentur. Hinc scire volumus universos, quod nos loca Deo dicata sive dicanda pio favore prosequimur, monasterium Victoriense ordinis Cisterciensis in nostro dominio constitutum in nostram taliter recepimus gratiam specialem, ut omnes tam coloni, quam proprii, vel alio iure debito ad ipsum cenobium attinentes,

vel in ipsius proprietatibus residentes a nostris iudicibus, preconibus, sententiariis, offitialibus sint liberi et exempti volentes, ut quicquit inter eius homines controversie discordie vel alterius cause, sive querimonie alicuius oriatur, abbas, vel cui suas vices commiserit, hoc digne corrigat et emendet, nec quicquam super talibus nostris respondere iudicibus teneantur. Si quis autem de terra super aliquem hominum predictorum querimoniam habuerit debita ratione, nos vel nostros iudices accedat, iusticiam sibi postulans exhiberi et tunc ei nostri iudices iudicare plenariam habeant potestatem ita tamen, ut is de quo fit querimonia, non cogatur preter dicti monasterii nuntium comparere. Nec aliqua alia de causa dicti homines ad placita vel iuditia convocentur, quod si que emenda quacumque de causa emerserit, que ad nos vel nostros iudices dinoscitur pertinere, ipsam abbas vel suus provisor recipiat vice nostra, nec hoc audeant nostri iudices reclamare. Excipimus tamen eos qui morte iudiciaria sunt dampnandi, rebus ipsi ecclesie remanentibus, per precones eius accincti cingulo tamen nostro assignentur iudicio iudicandi. Ceterum pro salute nostra et heredum nostrorum et pro remedio anime patris nostri dive recordationis Bernhardi et aliorum parentum nostrorum defunctorum volumus, ut quecumque res ad predictum monasterium vel suas grangias pro expensis ibidem per fratres vel alios nuntios districtus nostri per loca et fora thelonearia transducuntur transeant sine muta theloneo vel etiam vectigali. Igitur ut hec firma et rata permaneant presens scriptum testibus subscriptis sigilli nostri duximus munimine roborandum. Testes sunt: Fridericus eiusdem loci abbas, Johannes de Sitich, Rudolfus de Landestrost abbates, Livtoldus abbas de sancto Paulo, Vlricus de Volchenmarcht prepositus, Vlricus de Sterenberch et Vlricus de Hevnenburch comites, Dietmarus de Wizzeneke, Fridericus de Wolfsperch, Hertwicus dapifer de Chrich, Ortolfus de Osterwitz et alii quam plures clerici et laici. Acta sunt hec in Lavental apud sanctum Paulum. Anno domini M°. C̄C̄. L°V̄Ī quarto idus januarii, indictione XIIII.

Aus dem Originale (mit verletztem, an Seide hängendem Siegel) im Archive des kärntnerischen Geschichtsvereines.

220. Sittich.

1256, 10. Jänner, St. Paul. Ulrich, Herzog von Kärnten und Herr in Krain nimmt das Kloster Sittich in seinen Schutz und verleiht dem-

selben die Gerichtsbarkeit auf seinen Gütern mit Ausnahme des Blutgerichtes sowie auch die Mautfreiheit in seinem Districte. [1])

In dem namen der heiligen unnd ungethailten Drivältigkait. Wir Vlrich von Gottes genaden herrzog in Kärndten, unnd herr zu Crain. Allen den gegenwürtigen unnd zukünfftigen, die dise geschrifft ansehen, des unbegreifflichen liechtes klarheit zugebrauchen ewiglich. Nachdem als wir werden geboren, so gehen wir zu dem todt, unnd wir wartten alle den betrüebten ausganng des lebens, unnd ist nichts gewisers das wir annders hoffen, dann das seyen unnser guter werkh fruchtbarer mach in zuekünfftigen zeytten. Wann nachdem als der zwelff pott [2]) spricht, wir glauben das unns allen hie auf dieser wellt ist uberflüssiglichen zusäen, auf das wir in der gesegnung müsen schneiden, das unns in dem ewigen leben ist ewiglich zubesizen, darumb sollen wir alle säen die zergenglicheit für die bleiblichen, die zeytlichen für die ewigen. Wann es ist ain ehrliche wechslung umb des willen alle ding zuverlassen, welcher so er gewunnen wirdt, ain mensch alle ding besizt, darumb wöllen wir das wissen, sollen all inn der gemain, das wir für alle andern stetten, die Gott geaignet seindt oder geaignet werde, mit güetiger gunst liebhaben das clossters Sittich, inn unnser herrschafft gelegen, und in solche haben genommen unnser aigen unnd besonndere gnad, unnd wöllen, das die leutt, nnnd auch die eigenschafft die zu dem closter aus volkhommenden rechten gehören, von unnsern richtern, urteilern, schergen und ambtleutten sein frey unnd ausgenommen. [3])

Wir wöllen auch das alle die zwittrechtigkait, widersetzung, clagung, unnd all annder sachen, die unnder seinen leüt entspringen, wemb der abbt seine gewalt bevilcht, soll solchs genueglich straffen und bessern, unnd sein nicht pflichtig unnsern richtern davon zu anntwortten. Wir wöllen auch so yemannds von unnser lanndtschafft, uber ainem des clossters güeter zu klagen hat, mit rechter ursach soll er gehen für unnsern richter, die gerechtigkait zusuechen, unnd die

---

[1]) Puzel erwähnt in dieser noch eine oder zwei andere bisher noch unbekannte Urkunden in dem er fortfährt: „injungitque omnem protectionem monasterii Rudelino de Pierpaumb castellano et capitaneo Labaci. Item viginti marcas de Labaco et Landstrass dandas monasterio quotannis mandat, ac desuper inhibet, ne coloni ac subditi ad oppida noviter constructa ab aliis recipiantur, verum recepti quantocyus dimittantur et redeant. (Puzels Idiographia mon. Sitticensis pg. 31.) — [2]) Der heil. Apost. Paulus. — [3]) In Mitth. f. Krain aufgenommen.

leütt des closters, so sy von demselbigen erfordert werden, mit dem potten desselbigen closters sollen sy erscheinen zu anntworten, uber die fürgelegten stuekh vor unnsern richtern, aber zu keinem andern gericht oder gewalt sollen geladen werden, auf das, das alle bosshait falschait unnd versuechung unnsern richtern wirdt abgenommen.

Wir wöllen das alle die straffung der leütt des vorgenanntten closters, die zu unns oder zu unnsern richtern werden erkannth, zu zuhören soll sein des abbts, unnd dieselbigen unnser richter, bey vorbehalltung unnser gnaden, sollen wieder die nicht sprechen von diesen unnsern gnaden, unnd sein aussgenommen, des gerichtstodts sein verdambt, aber ihre güeter unnd besezung sollen bleiben dem closter. Allein sollen sy durch des clossters schergen mit der güertl umbfanngen zurichten, unnsern richtern geanntwortt werden. Aber umb überflüssiger gnaden, unns unnd der seelle unsers vatters löblicher gedächtnus Bernhardi, etwan erleuchten fürsten zu Kärndten, unnd annderer freundt [1]) unnd unnsern erben von dem sinn der hochgelobten junckfrauen Marie seliglich zu verdienen. Wöllen wir das alle die, die güeter zu nuz dem vorbenannten klosster oder sein höduen (!), durch die stett unnd märkht, da zu mautten ist inn unnsern lannden oder herrschafften, von den convent bruedern oder anndern iren diennern unnd botten durchgefüert werden, sollen sy gannz frey, seyn mautt, zoll, aufschlag, wechsel, fuehrlohn unnd aller gabe. Ist das sach, das yemannds aus unnsern nachkhommen diser unnser gnad, die wir dem abbt unnd bruedern von Sittich gnediglich haben gethan, würde die mynnern oder zustörn, der wirdet von Gott dem almächtigen verflucht unnd verdambt, und geb darumben anntwortt am jüngsten tag.

Darumb das keiner unnser nachkhommender oder erben, dise unnser gnad unnd freyheit fräfflichen nicht haben anzugreiffen oder zuveränndern, haben wir haissen machen unnd schreyben disen gegenwertigen brief, unnd mit unnserm sigel bevesstiget, unnd ewiglich bestätt.

Geschehen seindt die ding nach Christi geburdt, tausent zweihundert, unnd im sechsundfünffzigisten jahr, [2]) in der gegenwärtigkeit der

Acta sunt hec a. in. 1256. n. idus iannuarii, in presentia testium subscriptorum, Vlricus comes de Sternenberg, Vlricus co-

[1]) Neugart hat: aliorum progenitorum, daher hier eine falsche Uebersetzung. — [2]) Fehlt das Datum.

nachvolgenden zeugen, herrn Vlrichs, grauen zu Sternberg, Vlrich grauen von Heinberg, Haug von Fyfer (!), Friedrich abbte zu Victring, Rudolff abbte zu Landstrass, Rudolff abbte zu Sanct Pauls, Conrad probst zu Greyffentall, Vlrich probst zu Velekeenmarckht, Otto von Traaburg, Rudolff und Fobolt, (!) gebrüeder von Rossegckh, Vlrich Hannburg, Hardwig von Kreyg, Archolff (!) von Ossterwiz, Jacob von dem Perg Herboye (!), Zacho von Hymelberg, Julian von Seeburg, die unnd all annder prelaten unnd edelleut, die denselben tag in unnsers vatters löblicher gedächtnus begrebnus sein gegenwärtig gewesen, zu Sanct Paul im Lauental haben geben im warhafftige zeugnuss.

mes de Hunenburg, Hugo nobilis de Tauers, Fridericus abbas de Victoria, Rudolfus abbas Fontis beate Marie apud Landestrost, Lutoldus abbas St. Pauli, Conradus prepositus de Griuental, Vlricus dictus Cubertel prepositus in Volkemarkt, Otto de Traberch, Rudolfus et Cholo fratres de Rase, Vlricus de Henenberch, Hertwicus dictus Prustel de Chrich, Ortolfus de Osterwiz, Jacobus de Monte Selviae, Zacharias de Himmelberg, Julianus de Seburch. Istos et omnes alios tam prelatos quam nobiles, qui eo die in nostri patris bone memorie interfuerunt sepultura apud Sanctum Paulum in Valle Lauentina, dedimus in evidens testimonium huius facti.

Neugart aus Steyerer's Collect. diplom. ms. T. I. p. 405; Ankershofen, l. c. Nr. 1231, im Auszuge. — Die Zeugen, welche Neugart aus dem nun verschollenen lateinischen Original abgeschrieben, geben Aufklärung über die mangelhafte und theilweise unverständlich abgedruckte Zeugenreihe in der gleichzeitigen deutschen Uebersetzung des Originals (abgedruckt in Mittheilungen des histor. Vereins für Krain 1849, S. 48), welche Uebersetzung jedoch nicht vorhanden ist.

221. Sittich.

1256, 22. März, Sittich. Otto Bischof von Biben in Istrien schenkt dem Kloster Sittich seinen bei Sachsenfeld gelegenen Weingarten namens Salz, damit aus dessen Erträgnisse den Mönchen alle Montag ein Becher Wein verabfolgt werde.

Nos Otto Dei gratia Petenensis episcopus, notum fieri volumus universis praesentem inspecturis, quod Siticensi ecclesiae proprietatem [1]) nostram, scilicet vineam in monte, qui dicitur Salz sitam, quam a

[1]) Abschrift perpetuitatem.

Volchmaro emimus piae memorie pro septuaginta marcis sub testimonio civium in Sachsenfelde constitutorum, scilicet Wolvlini et filiorum suorum, Alberti et filiorum suorum, Herbordi Magrii [1]), Andreae, Hermanni, Leonis, libera manu nostra contribuimus perpetuo habendam, ita tamen, ut omni secunda feria ex illis proventibus consolatio fiat fratribus in cupa mensura pro remedio animae nostrae, et parentum nostrorum. Verum ne quis aemulorum piis factis nostris obviare possit in aliquo, praesentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Data in Sitich anno domini M̄.C̄C̄L.V̄I, indictione III., XI. kal. aprilis.

Copie Papier des 17./18. Jhrh. im Archive des hist. Vereins für Krain.

222. Dietrich von Altheim.

1256, 29. März, ... Ulricus d. g. dux Karinthie, dominus Carniole gibt über das Ansuchen seines Bruders Philipp, des Erwählten von Salzburg, in Berücksichtigung der vielen Dienste, welche dominus Dittricus de Altheim dem Herzoge und dem Bruder desselben, Philipp, geleistet hat und künftig noch leisten wird, ihm und seinen Nachkommen benannte Güter zu Topheim, Heiternowe und Chichilingen zu Lehen. Siegler u. A. die Brüder dominus Wilhelmus, dominus Leopoldus de Scherphenberch, dominus Bertholdus de Gurkvelde. Unter den Zeugen: Ulricus de Scherphenberch, dominus Wilhelmus de Minchendorf, dominus Chonradus de Pirpom.

Wiener Jahrbücher der Lit. XLIV, Anzeigebl. Nr. 16; Arch. f. Kunde öst. Gesch. Quellen XXXII. Bd. (1865) 299, Nr. 1235.

223. Landesfürst.

1256, 4. April, Lichtenwald. Herzog Ulrich III. von Kärnten theilt mit seinem Bruder Philipp das elterliche Vermögen und überlässt diesem die Schlösser Himmelberg und Wernberg in Kärnten, Osterberg in Krain und Weineck in der Windischen Mark. Im Falle unbeerbten Todes habe sein ganzer Erbtheil auf seinen Bruder Philipp zu fallen, nur behält sich Herzog Ulrich das völlig freie Verfügungsrecht bezüglich eines Schlosses mit 100 Mark Gülten bevor, doch dürfe dies keines der 6 Hauptschlösser Freiberg, Völkermarkt, Rechberg, Greifenburg, Laibach oder Landstrass sein.

Urkunde gedruckt in Schumi's Archiv I, 77—79, Nr. 36.

---

[1]) So die Copie; vielleicht Magni (?) Magistri (?).

224. Reun.

1256, 6. April, Lvtya (Littai). Herzog Ulrich von Kärnten schenkt dem Kloster Reun 7 Mansen zu Schöflich, Tölach, Aich und Weinerdorf, und gewährt demselben genannte Gerichtsfreiheiten, sowie die Befreiung von aller Maut in seinem Lande. U. d. Zeugen: Herbord von Auersberg und Wilhelm von Minkendorf.

Joanneums Archiv Nr. 735 b.

225. Ortenburg.

1256, 18. Juni, Völkermarkt. Herzog Ulrich von Kärnten, Herr von Krain, nimmt die Grafen Heinrich und Friedrich von Ortenburg in seinen besonderen Schutz und erlaubt ihnen die Erbauung einer Feste auf einem bestimmten Platze in seiner Stadt Krainburg, ausserdem verleiht er ihnen gegen Zusicherung ihrer Dienste 20 Mark Renten von seinen Grundeinkünften und 20 Mark von seiner Münzstätte u. s. w.

In nomine domini amen. Ne ea que geruntur in tempore simul cum tempore dilabantur, necesse est ut gesta que inter modernos pertractantur, vivaci committantur testimonio litterarum. Nos igitur Wlricus dei gratia dux Carinthie ac dominus Carniole ad singulorum noticiam volumus pervenire, quod Heinricum et Fridericum comites de Ortemburch ad specialem nostram recepimus gratiam et favorem, promittentes eos fide data, cuius fidei conservacio iuramentis ministerialium nostrorum videlicet Hartwici dapiferi de Chreik, Wlrici de Havenarburch, Chunradi de Paradiso et Wilhelmi de Minchendorf super hoc prestitis vallata extitit, bona fide manutenere ac contra omnem hominem deffensare, et si quis eis inviari presumeret seu violentiam inferre aliquam ipsis, dedimus adesse pariter et preesse, iusticiam eis super hoc debitam exigendo et etiam exhibendo, quam si eis exhibere vel obtinere non possemus tenebimur dictis comitibus adesse auxilio contra eundem per omnia et astare. Insuper contulimus ipsis titulo feodali in civitate Chreinburch aream, in qua licebit eis et poterunt pro voluntate sua municionem erigere cum porta, ubi libere habebunt introitum et egressum; tali scilicet adiecta conditione, quod si de predicta municione constructa nobis dampna gravia et manifesta vel civitati predicte inferre presumerent, et requisiti super hoc in ex ebdomadis lesis omendam debitam non preberent, omnes proprietates eorum site ultra flumen Coker versus Stein nobis libere sint solute; contulimus etiam predictis comitibus viginti marcarum redditus de nostro

predio, nec non viginti marcarum denariorum de moneta ipsorum veteris feodi annuatim solvere in prima dominica quadragesime cum canitur Invocavit. Omnia namque iura ipsis competentia et que rationabiliter pater eorum pie memorie tenuit, cum hiis que ipsis confirmare poterunt etiam in septem mansis sitis Carniole restituimus prefatis comitibus usquequaque; dampna vero si qua in nostro servicio receperint, et alia obsequia que nobis exhibebunt ad nostram ipsis recepimus gratiam refundenda. Hec omnia et singula sine fraude compromisimus adimplere. In quibus si forte gratie nostre oblivisceremur manifeste, ad promissa nobis facta versa vice dicti comites non tenentur. Ad hec ipsi comites promiserunt prestito iuramento remota qualibet specie fraudis contra quemlibet nobis fideli et devoto servicio adherere, exceptis hiis amicis suis quos fidei puritas per ipsos non patitur molestari, videlicet comite Wlrico de Sterenberch, comite Wlrico de Hiwenburch, comite Heinrico de Phanenberch, Wluingo de Stubenberch, et comite Meinhardo Gorizie, si filius suus in spacio temporis abhinc usque festum Michaelis et post hoc per annum unum sorori eorum matrimonialiter coniungetur et tunc auxilium eorum contra ipsum comitem petere non debemus nec ipsi comiti M. contra nos astare similiter tenebuntur; si autem in dicto spacio contractus eiusdem matrimonii dissolveretur, ex tunc nobis contra ipsum comitem sicut et alios auxiliis adherebunt. Adiectum est etiam, quod si unum ex ipsis comitibus vel ambos ratione contrahendi matrimonii ad aliquem vel aliquos captare amiciciam contingeret, et forte inter nos ex una parte et illos vel unum ex ipsis ex altera aliqua esset vel fore inciperet dissensionis materia in futurum, receperunt pure ad fidem ipsorum se compositioni utrorumque interponere sine dolo, et si compositioni congrue ac iuste per ipsos comites super ea dissensione dictande nollemus aquiescere, licebit unicuique eorum suo proprio socero contra nos suum subsidium exhibere. Sed quicunque ex soceris pro decidenda tali discordia se opponere vellet ipsis, gener eiusdem suum auxilium neutro dabit. Aliâs contra omnes alios nobis adesse obsequiis et auxiliis sunt ligati, et si prenotata ex culpa eorum patenter fuerint violata, obligaverunt nobis viginti marcarum redditus sue proprietatis sitos in parte inferiori fluminis quod dicitur Coker, ita quod ad nos debeant in posterum pertinere et nichilominus illi viginti marcarum nobis vacabunt redditus, quibus a nobis sunt ista conventione habita infeodati. Huius rei testes sunt comes Otto de Ortemburch, preposi-

tus sancti Jacobi in Babenberch, Hartwicus dapifer de Chreik, Wlricus de Havenarburch, Chunradus de Paradiso, Wilhelmus de Minchendorf, Heinricus de Visharen, Livtoldus de Ortenburch milites; Jacobus notarius, Perhtoldus dictus Chnŵwer, et alii quamplures. Et ut hec omnia rata et inconvulsa permaneant quoad vixerimus, presens scriptum sigilli nostri munimine iussimus roborandum. Actum apud Volchenmarcht anno domini M°.CC.LVI., indictione XIIII., in die ss. Marci et Marcelliani martyrum.

Orig. Perg. 1 Siegel, Geh. H.-Archiv; aus Fontes rer. Austr. I., II. Abth. (1849) S. 41, Nr. XXXVIII.

226. Sittich-Auersberg.

1256, 11. September, ... Der Convent von Sittich überlässt durch Vermittlung des Bischofs Otto von Biben und des Abtes Rudolf zu Landstrass den Gebrüdern Herbart, Otto und Mainhalm von Auersberg soviel vom Walde in Lasitsch, als dieselben davon auf eigene Kosten urbar machen wollen und können, doch mit dem Beding, dass der dritte Theil der Neubrüche dem Kloster gehören solle.

Richter, Arch. f. G. 1830, II, 649; Mitth. des hist. Ver. f. Krain, 1861, 11, N. 2. — Das Original dieser lateinischen Urkunde mit 2 Siegeln, welches noch Hermansthal im Jahre 1845 in seinem Verzeichniss der Archive zu Auersberg, Thurn am Hart, Kroisenbach, Landstrass und Gurkfeld anführt, hat Elze bereits im J. 1861 nicht mehr vorgefunden.

227. Goriach.

1256, 27. Oktober, Lusach (in Krain). Ein gewisser Volchmar beurkundet die Bedingungen eines von ihm mit Chunrat von Velsperch abgeschlossenen Kaufes über einen Mansus in Goriach.

Joanneums-Archiv; Nr. 741.

228. Sittich.

1256, 12. December, Lateran. P. Alexander IV. befreit das Kloster Sittich von der Entrichtung der Mautgebühren rücksichtlich der zu ihrem Lebensunterhalte erkauften Waren.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sitticensis ordinis Cisterciensis Aquilejensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulatio-

nibus grato conniventes assensu, ut de blado, vino, lana et animalibus [1]) quae pro vestris usibus emere vos contigerit nulli pedagia, vinoagia, seu roagia, quae pro his a [2]) saecularibus exiguntur, solvere, teneamini, vobis aucthoritate praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu contrario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani ij idibus decembris, pontificatus nostri anno secundo, anno 1256.

Copie, Papier des 17./18. Jhrh. im Archive des histor. Vereins für Krain.

229. Sittich.

1256, 21. December, Cividale. Patriarch Gregor von Aquileja incorporirt dem Kloster Sittich die Pfarre St. Peter im Sannthal, in Anbetracht der mannigfaltigen Schäden, welche es dieser Zeit von bösen Leuten erlitten habe.

Nos Gregorius Dei gratia sanctae sedis Aquileiensis patriarcha universis tam praesentibus quam futuris rei gestae memoriam. Dignum Deo praestare obsequium et animae nostrae credimus procurare profectum, si pia subditorum nostrorum vota favore benigno prosequimur, et loca religiosa, praecipue in quibus ipse Deus, cuius sunt obsequiis dedita magnificentius [3]) honoratur, nostris intendimus beneficiis ampliare. Hinc est, quod ex tenore praesentis paginae tam ad praesentium, quam ad futurorum notitiam volumus provenisse, [4]) quod nos salutem animae nostrae considerantes humiliter in speculo nostrae mentis, et ad monasterium Siticense Cisterciensis ordinis, quod per violentiam malignantium multiformes tempore nostro laesiones et gravia damna sustinuit ex fragilitate nostrae considerationis respectum habentes, ecclesiam Sancti Petri in Seunthal [5]) ad nos nullo medio pertinentem cum juribus et pertinentiis suis dilectis filiis abbati et conventui eiusdem monasterii, et per eos ipsi monasterio per nos et successores nostros, pro nostrae [6]) et eorumdem successorum nostrorum animarum remedio in perpetuum de piae provisionis gratia duximus conferendam [7]), ita, quod abbas et conventus dicti loci, qui pro tempore fuerint, pro nobis et successoribus nostris apud Deum suis orationibus intercedere

[1]) Copie: animabus. — [2]) Copie: ac. [3]) Marian: magnificiter. — [4]) Idem: provenire. — [5]) Idem: Sewenthal. — [6]) Idem: nostra. — [7]) Idem: conferendum.

teneantur et anniversarium annis singulis perpetue [1]) sollemniter celebrare. Statuentes, ut de bonis ecclesiae praedictae fratribus memorati conventus quolibet die sabbati [2]) ob reverentiam gloriosae parte virginis Mariae perpetuo in majori [3]) mensura vini, et quarta parte fromagii ad consolationis pabulum temporibus debitis serviatur, jure tamen cathedratico nobis et ecclesiae nostrae plenius conservato. [4]) In cuius rei evidentiam et stabilem firmitatem praesens privilegium scribi fecimus et nostri sigilli pendentis munimine roborari. Datum per manum magistri Nicolai de Lupico plebani de Tricesimo scriptoris nostri apud Civitatem Austriae, anno Domini millesimo CCLVI., XIIII. indictione, XI. exeunte decembris.

Aeltere Abschrift im krain. Landesmuseum zu Laibach; — Marian, Austria sacra VII, 318. — Vermuthlich ist die Copie im Landesmuseum aus dem Marian angefertigt worden. — Puzel, Idiogr. m. Sittic. 32—33 sagt: eodem anno (1256) expedivit Gregorius patriarcha 13. martii instrumentum incorporationis ecclesiae Sancti Petri in Saanthall monasterio Sitticensi facta und fährt fort den Inhalt dieser Urkunde zu erzählen. Ob 1 oder 2 Urkunden ausgefertigt wurden lässt sich aus Puzels Datumangabe nicht feststellen.

230. Viktring.

1256, ..., auf dem Burgfrieden unter dem Schlosse Mannsburg. Herzog Ulrich von Kärnten bekundet, dass Haidenreich von Halleck mehrere Güter auf dem Mosiansberge in Krain dem Kloster Viktring unter Vorbehalt lebenslänglichen Genusses geschenkt habe, und dass er dafür nebst seiner Frau in die Verbrüderung des Klosters aufgenommen worden sei.

In nomine Jesu Christi amen. Quoniam vita mortalium in hoc ipso quod incipit etiam deficit singula per momenta nihil [5]) quam morte certius in hoc mundo possidetur prout ipsius rei veritas evidentissimis probat inditiis, salubre dignoscitur [6]) omnibus ante mortem iustitiam preparare elemosinis [7]) peccata redimere districtum dei iuditium operibus misericordie prevenire. Hinc [8]) est quod nos Vlricus dei gratia dux Carinthie [9]) et dominus Carniole scire volumus universos quod fidelis noster scilicet Haidenricus miles de Haillegke [10]) simul cum uxore sua et liberis bona quedam in Carniola sita videlicet in monte Mosiansperg [11]) cum omnibus pertinentiis suis sicut a do-

[1]) Marian: perpetuo. — [2]) Idem: Sabbathi. — [3]) Idem: majore. — [4]) Idem: reservato. — [5]) Copialb. II.: nichil. — [6]) dinoscitur. — [7]) ellemosinis. — [8]) Hic. — [9]) Karinthie. — [10]) Heileke. — [11]) Mosiansberg.

mino Gebehardo de Cholowart [1]) uxore liberisque suis annuentibus dignoscitur comparasse cenobio Victoriensi pro remedio anime sue suorumque parentum concordi voluntate heredum suorum fratrisque sui Alberti libere contulit ac super altare gloriose semperque virginis Marie cum omni iure proprietatis reservato tantum sibi usu fructuario quousque vixerit vel voluerit solemniter [2]) ac perpetualiter delegavit ita tamen, ut alium censum mille quingentos caseos dicti cenobii recipiant fratres ex quibus mille ducenti ad usus tantum in refectoriis reficientium fratrum recipiantur [3]) et convertantur ita dumtaxat ut singulis diebus singuli fratres quartam partem casei quam huc usque non receperunt de cetero percipiant usque quaque. Trecenti vero casei qui restant cum reliquo censu in butyrum [4]) commutentur et ex ipso pulmentaria conventus cum condimentis consuetudinariis solito melius condiantur excepto quod perpetuo die anniversarie sui de ipso censu una marcha qui preest eleemosinis [5]) assignata in vino cum fratribus expendatur. Additur preterea quod nulla exactio vel steura [6]) hominibus bona eadem colentibus [7]) occasione qualibet imponatur. [8]) Si vero pestilentia communi vel preda hostium evidenti ipsa bona ad tantam devenerint [9]) paupertatem (quod absit), ut iam dictum censum persolvere non valeant, dictus conventus tam diu tali consolatione careat donec recuperatione recepta reddere dignoscantur. [10]) Insuper sciant universi quod sepe dictus H. proventus bonorum predictorum a prefatis cenobitis pro censu taliter recepit ipsis nimirum in possessione proprietatis permanentibus, ut ipse solus tantum eisdem fruatur quamdiu vixerit vel voluerit et ipsis fratribus medio tempore quadringentos caseos annuatim in signum proprietatis eorundem solvere teneatur. Ipsi vero fratres iam sepius prelibatum H. una cum uxore sua in communionem omnium bonorum que apud ipsos fiunt in perpetuum et in suam plenariam fraternitatem receperunt ita, ut cum deo vocante viam ingressi carnis fuerint universi [11]) ubicumque eos in terra poterunt [12]) contingere recipiant et sicut uni de suis fratribus pro eis omnia favientes apud [13]) se nisi publice fuerint interdicti ecclesiastice tradant sepulture. Mandamus igitur firmiter precipientes ut nullus predicti H. heres nec propinquus nec sanguineus nec amicus nec extraneus quilibet audeat sibi in memoratis bonis advocatiam ali-

[1]) Cholobart. — [2]) sollempniter. — [3]) recipiantur, et fehlt. — [4]) butirum. — [5]) elemosinis. — [6]) stiura. — [7]) collentibus. — [8]) inponatur. — [9]) deverint. — [10]) dinoscantur. — [11]) universe. — [12]) poterit. — [13]) aput.

quam vendicare sed quicunque fratrum sepedictorum tulerit graviter nos offendisse se noverit nec impunitus [1]) vita comite permanebit. Appendimus nihilominus sigillum venerandi Fridérici prefati monasterii abbatis ne quis abbatum sibi succedentium assumptis temeritatis ausibus [2]) infringere conetur quod unanimi prius fratrum consilio terminatum est atque firmatum. Si (quod absit) factum fuerit et hoc patenter claruerit liceat prefati H. heredibus bona eadem impetere et nisi revocatum fuerit etiam libere possidere. Igitur ut hec rata et inconvulsa permaneant universa sigilli nostri nec non et sigilli domini Heinrici de Scharfenberch [3]) impressione [4]) roboravimus et plurimorum astipulatione memorabile fecimus. Testes sunt totus conventus Victoriensis, dominus Nicolaus de Neunberch, [5]) dominus Heinricus de Helfenberch, dominus Heinricus de Rossenberch, dominus Berchtoldus de Rabenberch, dominus Marquardus de Culmecz, [6]) dominus Heinricus Zisel senior et iunior, dominus Fridericus de Ambselberch, dominus Hainricus dictus Rex, dominus Hermannus de Ramenstain et alii plures. Acta sunt hec anno domini MCCLVI in pomerio sub castro Mengospurg.

Viktring. Copialbuch I., 275; die Abweichungen im Copialb. II., 366 sind in Anmerkungen gegeben.

231. Sittich.

1256, ..., ... Papst Alexander IV. entbindet das Kloster Sittich von der Verpflichtung den Befehlen der zuständigen Bischöfe Folge zu leisten, falls diese es wagen sollten die Grundholden des Klosters mit dem Kirchenbanne zu belegen.

Idem Alexander IV. hujus nominis pontifex confert privilegium monasterio Sitticensi, ne monasterium hoc inclytum obdire teneatur ordinariis suis, quo casu vicinos monasterii incolas excommunicare praesumerent.

Puzel pag. 31. — Diese Urkunde scheint Streitigkeiten aus Anlass der dem Cistercienserorden gewährten Zehendbefreiung zu betreffen.

232. Deutschorden.

(c. 1256,) . . . ., ... Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain gewährt dem Deutschordens-Hause zu Laibach die nämlichen Freiheiten, dessen sich die Niederlassungen des Ordens anderwärts erfreuen.

---

[1]) inpunitus. — [2]) aussibus. — [3]) Scharffenberch. — [4]) inpressione. — [5]) Newenberch. [6]) — Kulmetz, dominus Heinricus de Gretz.

Wir Ulreich, von gots gnaden herczog in Kernden und [1]) ze Krain, tun kundt, das wir den brudern des Tewtschen haws, den wir haben wanung gegeben ze Laybach, alle recht und freyung, die sy in andern stetten oder anderswo habent, an minnrung wellen behalten, und gepietten gemainchleich unsern lanntrichtern, marchtrichtern, schaffern und schergen, das chainer von irem gesind oder ir lewt, die in zugehorent, umb chainerlay sache, die di rache des todes nicht angent, sullen richten; ausgenomen, ob yeman irs gesinde oder ir lawt yemant laidiget oder gelten solt, so sol unser richter oder schaffer mit im nemen den gelaydtigten oder den, dem man des gelts schuldig wirt, als di sache ist, und in der bruder haws gen ainem und dem andern das gerichte und die gerechtichait ze fordern; dem sol der schaffer oder des haws comentewr, uber das furgelegt oder das furzelegen wirt, ein zimleich pessrung und recht tun. Ob aber yemant der vorgenanten brueder lewt oder gesind tief tut oder ander unfug als grosse, dadurch der dyeb oder ubeltretter wirt ze verdampnen, so sol sein gut alles beleiben dem haws und sol man in plos unserm lantrichter oder marchtrichter geantwurten; uber den sol dann der richter nach der urtail des rechten richten. Ob auch unser richter auf iren guttern ettleich dieb vindet, die sol er chainen wais nemen nur zegegen irm sundern poten, das die andern gut um solich dief dem haws nicht werden entfueret.

Aus Ern. Strehlke Tabulae ord. Theutonici 163, Nr. 180. Vrgl. die ähnliche Urkunde zum J. 1247 im Schumi's Arch. f. H. I. 11, Nr. 6.

233. Sittich.

1256, ..., ... Hermann, Graf von Ortenburg schenkt unter Zustimmung seiner Söhne Heinrich und Friedrich, dem Kloster Sittich zwei Huben im „Tendorf".

Eodem item anno (1256) dominus Hermannus comes de Orttenburg [cum haeredibus suis Henrico et Friderico] duobus mansis suum liberale nomen fastis monasterii Sitticensis inscribit, sitis in villa Tendorf dicta.

Puzel, S. 32; das Eingeklammerte aus Marian, Austria sacra VII, 375.

---

[1]) Fehlt her, der Titel für Krain.

234. Aquileia.

(1256), ..., ... Donatio Sophie marchionisse Istrie de bonis et iuribus omnibus in Libech et in Luhs.

Bianchi, Thesaur. eccle. Aquil. pag. 18, „de contentio in decimo quarto scrineo".

235. Aquileia.

(1256), ..., ... Testamentum comitisse Sophie (de Weichselburg), in favorem ecclesie Aquileiensis.

Bianchi, Thesaurus eccles. Aquil. pag. 24, „de contentio in decimo nono scrineo".

236. Admont.

1256, ..., Kapfenberg. Vulfing v. Chaphinberch gibt dem Abt Berhtold und dem Convent zu Admont einen Revers bezüglich der von ihm übernommenen Vogtei über das stiftische Gut in Meinhalmstorf. Testibus . . . . domino Udalrico de Apholt(er).

Wichner, Geschichte von Admont, II., S. 336, Nr. 185.

237. Ulrich von Hage.

1256, ..., Riza, die Witwe Otto's v. Chunesberch (Königsberg) verspricht, die mit Ulrich von Hage hinsichtlich seiner Ansprüche auf das Dorf „Slewegendorf" getroffene Uebereinkunft beobachten zu wollen, U. d. Zeugen: dominus Levpoldus de Scerfenberch.

U. in Fontes rer. Austr. I., II. Abth. S. 43—44, Nr. XXXIX.

238. Karthäuser-Orden.

1257, 8. Februar, Lateran. Papst Alexander IV. erklärt auf Beschwerde des Karthäuser-Ordens, dass die von diesem reisenden Prälaten gegenüber freiwillig geübte Gastfreiheit, keinesfalls als Schuldigkeit gefordert werden dürfe.

Alexander episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . priori Cartusiensi et ceteris prioribus ac fratribus Cartusiensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis devotionis vestre petitio continebat, quod cum exhibeatis nos in hospitalitate omnibus liberales diecesanis vestris et aliis ecclesiarum prelatis eorumque familiis cum ad domos vestras declinant caritative necessaria ministrantes, nonnulli prelatorum huiusmodi gratiam convertere molientes in debitum et deberi sibi quod sic sponte illis impenditis asserentes, vos et domos

vestras multipliciter aggravant et molestant. Nos igitur quieti vestre in hac parte paterna volentes dilegentia providere, ne quisquam prelatus decetero id presumat auctoritate presentium districtius inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani, idus februarii, pontificatus nostri anno tertio.

Orig. Perg. mit Blei-Bulle. Haus-Archiv; Fontes rer. Austr. I., II. Abth. (1849), S. 45, Nr. XLI.

239. Freudenthal.

1257, 13. März, Lateran. Papst Alexander IV. bestätigt der Karthause Freudenthal in allgemeinem alle ihr von seinen Vorgängern sowie von weltlichen Machthabern verliehenen Rechte und Freiheiten.

Alexander episcopus servus servorum dei, dilectis filiis . . . priori et conventui domus sancte Marie in Frovnc Cartusiensis ordinis Aquilegensis dioceseos, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedis apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a praedecessoribus nostris Romanis pontificibus, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter nobis seu domui vestre indultas, sicut eas iuste ac pacifice optinetis, vobis et per vos eidem domui auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani, III. idus martii, pontificatus nostri anno tertio.

Orig., Pgt., 1 angehängt. Siegel, im k. k. Staats-Archiv zu Wien.

240. Freudenthal.

1257, 4. April, Lateran. Papst Alexander IV. nimmt die Karthause Freudenthal in seinen besonderen Schutz, bestätigt derselben die bestehenden Grenzen, die Zehendfreiheit gewisser Neubrüche, Gärten, Fischweiden u. s. w. erklärt dawider erfolgende Verurtheilungen für kraftlos, sichert den Conventualen die freie Priorswahl zu u. dgl. m.

Alexander episcopus servus servorum dei, dilectis filiis . . . priori et fratribus domus sancte Marie in Frovnz Cartusiensis ordinis tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a preposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et domum vestram de Frovnz Aquilegensis dioecesis cum omnibus pascuis et possessionibus quas impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, et terminos domui vestre ab ordine Cartusiensi provida deliberatione statutos auctoritate apostolica interdicimus et sub interminatione anathematis prohibemus ne quis infra terminos ipsos hominem capere, furtum sew rapinam committere aut ignem apponere vel homicidium facere audeat aut homines ad domum vestram venientes vel ab ea redeuntes quomodolibet perturbare ut ob reverentiam dei et loci vestri infra praedictos terminos non solum vos et fratres vestri sed etiam alii plenam pacem habeant et quietem. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem vestram recipere et eos absque ullius contradictione in vestro collegio retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem absque licentia prioris sui fas sit de claustro vestro discedere. Discedentem vero absque communione litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit sive de ortis et virgultis et piscationibus vestris vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Adicientes quoque statuimus ut infra dimidiam leucam a terminis possessionum vestrorum nullo religioso liceat quolibet edifitium construere vel possessiones acquirere, sicut ordini vestro dicitur ab apostolica sede concessum. Consecrationes vero altarium seu basilicarum ordinationes clericorum qui ad ordines fuerint promovendi a diocesano suscipietis episcopo „si quidem catholicus fuerit et communionem et gratiam apostolice sedis habuerit et ea vobis gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem communionem et gratiam apostolice sedis habentem qui nimirum nostra fultus auctoritate vobis quod

postulatur impendat. Insuper auctoritate apostolica inhibemus ne ullus episcopus vel alia quelibet persona ad synodos vel conventus forenses vos ire vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiacere compellat, nec ad domum vestram non vocatus causa ordines celebrandi, causas tractandi vel conventus aliquos publicos convocandi venire praesumat nec regularem electionem prioris vestri impediat aut de instituendo vel removendo eo qui pro tempore fuerit contra statuta Cartusiensis ordinis se aliquatenus intromittat. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in ecclesiam vestram vel personas inibi constitutas suspensionis excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, sive etiam mercenarios vestros pro eo quod sicut dictum est decimas non persoluitis, vel aliqua occasione eorum, que ab apostolica vobis benignitate indulta sunt, seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint, vel ad laborandum adiuverint in illis diebus in quibus vos laboratis ..... feriantur eandem sententiam protulerint, ipsam tamquam contra sedis apostolice indulte prolatam decernimus irritandam. Nec littere ulle firmitatem habeant quas tacito nomine Cartusiensis ordinis et contra tenorem apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Statuimus etiam ut propter communia interdicta terrarum ecclesia vestra excommunicatis et interdictis exclusis a divinis non cogatur officiis abstinere. Obeunte vero te nunc ejusdem loci priore vel tuorum quolibet successorum nullus ibidem qualibet surreptionis astutia seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum deum et approbata vestri ordinis instituta, providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ecclesiam vestram temere perturbare aut ejus possessionis aufere, vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernacione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverint secundo terciove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jehsu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini

nostri Jehsu Christi quatinus et hic fructum bene actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss.

Ego Odo Tusculanus episcopus ss.

Ego Stephanus Prenestinus episcopus ss.

Ego Riccardus sancti Angeli diaconus cardinalis ss.

Ego Otamannus sancte Marie in via lata diaconus cardinalis ss.

Ego Petrus sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis ss.

Ego frater Johannes ecclesie sancte Lavrencii in Lucina presbyter cardinalis ss.

Ego frater Hugo tit: sancte Sabine presbyter cardinalis ss.

Datum Laterani per manum magistri Rolandi sancte Romane ecclesie vice cancellarii. II. nonas aprilis, indictione XV, incarnatione domini anno MCCLVII., pontificatus vero domni Alexandri pape IIII. anno tertio.

Abschrift im steirm. Landes-Archiv. Orig. zu Wien.

241. St. Antons-Spital zu Bocksruck.

1257, 12. April, ... Herzog Ulrich III. von Kärnten, bestätigt unter Einwilligung seiner Gattin Agnes (v. Meran) und seines Sohnes Heinrich, die Stiftung des St. Antoni-Spitals zu Bocksruck mit allen seinen Besitzungen.

In nomine Jesu Christi Amen. Quoniam sicut per culpam deus offenditur, sic et per poenitentiam et satisfactionem placatur, et sicut aqua ignem sic elemosina pecatum extinguit maxime autem ea, que piis et religiosis personis et domibus elargitur, hinc est quod nos Vlricus dei gra. dux Carinthie et dominus Carniole, notum facimus universis tam presentibus quam futuris intuentibus presens scriptum, quod nos sub spe venie peccatorum nostrorum ac in remedium anime nostre nec non Agnetis uxoris nostre et tam progenitorum quam heredum nostrorum remedio et salute, fundationem hospitalis sancti Anthoni in Pukesruke ab illustri viro Ottone duce Maranie beate memorie socero nostro factam, et tandem ab Bertholdo venerabili Aquilegensi patriarcha et aliis coheredibus suis legitime confirmatam auctoritate presentium confirmamus universas et singulas possessiones et terminos

tam in prediis, quam decimis silvis, pratis, pascuis, comunitatibus et emunitatibus, piscationibus, viis et inviis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis ac aliis quibusque iuribus, quibus a predictis nostris antecessoribus domus eadem est dotata, presenti pagina comunimus, predicta uxore nostra et Hainrico filio nostro eidem, donationi nostre seu confirmationi assensum adhibentibus et consensum. Specialiter autém eidem hospitali contiguam, per quam similiter est dotatum, quam nobis atraxeramus eidem restituimus libere et restitutam eidem perpetuo pacifice possidendam presentis testimonio confirmamus, a nullo vel heredum vel etiam successorum nostrorum talem nostram donationem seu confirmationem, in posterum aliquaténus violandam. Volumus etiam et tenore presentium decernimus fore firmum, quod nullus judicum vel officialium seu preconum vel etiam exactorum nostrorum, dictam domum in possessionibus suis seu hominibus ad eandem pertinentibus debeat aliquatinus molestare nec exactiones in eosdem suos homines vel possessiones aliquas exercere, nec juditium ibi facere aliquod nisi de furibus et de pugna. Ut autem predicta omnia in perpetuum ipsi domui maneant illabata presentem cartam sigilli nostri munimine duximus roborandum in evidens testimonium et cautelam. Cuius rei testes sunt: Eberhardus prepositus Werdensis, Hainricus prepositus Frisacensis, Hainricus plebanus de Sancto Martino, Berchtholdus canonicus Frisacensis, Vlricus comes de Hewnenburkh, Volingerus de Leibnitz, Wilhelmus de Minchendorff, Fridericus de Klagenfurt, Swartzmanus de Volkenmarkt, Gerlochus de Ebersteine. Milites: Georiorius (!) de Potensteine, Vlricus de Griuenberg, Otto de Eberstain, Haidenricus de Tanne, Chuntzo de Schranchpoum, et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M.C.C.L.VII., indictione XV., pridie idus aprilis feliciter nunc et semper Amen.

Vict. Copb. IV. fol. 56.

242. Essenbach.

1257, 24. April, „Acta sunt hec in novo castro nostro (Apfalter) in Carniola circa Werdeneke.“ Ulrich Herzog von Kärnten und Herr von Krain, erneuert den Söhnen des Rapoto von „Ezzenbach“ die Lehen ihres Vaters.

Urk. gedr. bei Oefele, Gesch. d. Grafen v. Andechs 248 Nr. 24.

243. Michelstetten.

1257, . . . Maii, Viterbo. „Pontificatus nostri anno quarto.“ Papst Alexander IV. verleiht der Klosterkirche zu Michelstetten für einige Feiertage einen 40tägigen Ablass.

Das von Johann Parapat in Letopis „Matice Slovenske“ 1873, S. 19 angegebenes Orig. im Pfarr-Archive zu Michelstetten ist nun dort nicht mehr vorhanden.

244. Cistercienserorden.

1257, 27. Juni, Viterbo. Papst Alexander befiehlt, dass niemand die Klöster des Cistercienserordens zwingen dürfe, die Stifter ihrer eigenen Klöster zu excommunicieren oder zu verfolgen, ausser wenn eine eigene Bulle des Papstes oder die Einwilligung des päpstlichen Legaten dafür beigebracht werde. Würde aber jemand die Mönche hiezu demungeachtet zwingen wollen, so seien sie ihm nicht schuldig zu gehorsamen.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis . . . abbati Cistercii coabbatibus universis Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Quanto studiosius divinae contemplationi vacatis, devote domino famulando, tanto libentius quieti vestrae volumus providere. Cum igitur sicut porrecta nobis vestra petitio continebat nonnunquam iudices a sede apostolica deputati alicui vestrum, plerumque priori vel subpriori ordinis Cisterciensis iniungantur, ut excommunicent aut excommunicatos denuntient proprios sui monasterii fundatores, seu civitatum, castrorum quoque ac villarum communia, in quorum territorio vel confinio sunt monasteria vestra sita, sine quorum pace subsistere vix potestis, et quod ad villas extra monasterium personaliter accedentes eosdem excommunicatos ab eis singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis publice nuntient evitandos, propter quod quies monasterii ordinis perturbatur et frequenter incurritis odia plurimorum, nos tranquilitati vestre volentes paterna sollicitudine providere, auctoritate presentium districtius inhibemus ne quis predictorum absque mandato sedis apostolice speciali aut legati ab ejus latere destinati, premissa vobis injungere ac adeo compellere vos presumat invitos eadem auctoritate vobis nihilominus concedentes, ut si secus, quod non credimus, presumptum fuerit, vos eis in premissis non teneamini aliquatenus obedire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis et concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum

ejus se noverit incursurum. Datum Viterbii V. kal. julii, pontificatus (nostri [1]) anno tertio, anno domini 1257.

Abschrift Pap. in Archiv des histor. Vereins für Krain aus dem Archive des Klosters Sittich.

245. Sittich.

1257, 10. Juli, Landstrass. Agnes (III. von Andechs), Herzogin von Kärnten und Herrin von Oberkrain erklärt, dass sie im Kloster Sittich begraben zu werden wünsche, möge sie wo immer in Kärnten, Krain oder in der Windischen Mark sterben und widmet aus diesem Anlass 40 Huben von ihrem Erbgut zu Stein in Oberkrain und Reifenstein bei Cilli dem Stifte, damit die Mönche jeden Freitag mit Wein und weissem Brod bedient werden.

Nos Agnes dei gratia ducissa Carinthiae et domina Carniolae omnibus hanc literam inspecturis salutem, et praesenti chartulae testimonium perhibere. Humana conditio quam sit labilis, misera et caduca, est felicissimum recordari et ibi devotae intentionis animum stabilire, ubi est jucunditas sine fine, et ubi pariter incircumscriptae lucis claritate perfruimur sempiterna. Hinc scire volumus universos, quod venerabilem abbatem Joannem et sacrum collegium capituli Sitticensis humilitatis precibus, sinceritatis affectibus pulsavimus in hunc modum, quod idem abbas et conventus dicti monasterii nos in participationem et communionem spiritualem omnium bonorum et obsequiorum, quae omnipotenti Deo, et gloriosae virgini Mariae genitrici ejusdem domini nostri Jesu Christi diebus et noctibus subnixius offerantur, reciperent in vita pariter et in morte, quod obtinuimus a dicto abbate et fratribus gratiose. Nos et ut certam mansionem haberemus, in qua extremum diem judicii expectaremus, in ipso monasterio elegimus et devovimus canonice sepeliri et in quocunque loco Carinthiae, Carniolae [2]) et Marchiae debitum carnis solverimus universae, dantes authoritatem plenam ejusdem fratribus per praesentes, ut non contradicere possint, si quis forte contra nostram devotionem alias decerneret sepelire. Praeterea, ut nostri dulcis memoriae Ulrici mariti nostri ac filii nostri Hainrici, progenitorumque nostrorum in benedictionibus perpetuis conservetur, in monasterio saepius memorato, ordinavimus et extunc dedimus de patrimonio proprietatis nostrae apud Stain et Riffenstain XL mansos ut ex eis omni sexta feria in vino et pane albo ob reverentiam passionis Jesu Christi

[1]) Fehlt in der Copie. — [2]) Marian: Carnioliae: ortographisch richtig im Mittelalter: Carniole und Carniolae.

conventui serviatur. Et ut haec nostrae devotionis intentio et ordinatio testamenti nulli imposterum in dubium perveniat, sed ut firmum sit et permaneat inconvulsum, praesens scriptum abbati et conventui per manus nostras dedimus, nostri sigilli munimine communitum. Siquis autem huic nostrae devotioni vellet, quod non credimus, obviare, ipsi filio virginis pro se in suis respondeat extremis. Datum in Landestrost anno domini MCCLVII. VI. idus julii.

Marian, Austria sacra VII. Bd. 319—320, Nro. 7; Puzel, idiogr. mon. Sittic. S. 33.

246. Freising.

1257, 26. Oktober, Cividale. Patriarch Gregor von Aquileia überträgt das ihm zustehende Landgericht auf sämmtlichen freisinger Gütern in Krain und der Mark auf Widerruf an das Bisthum Freising.

Nos G. dei gracia sancte sedis Aquilegensis patriarcha tenore presencium notum fore volumus universis, quod iudicium nostrum provinciale in temporalibus in locis de Lok et Gv̊tenwerde ac aliis omnibus prediis et possessionibus Frisingensis ecclesie sitis in partibus Marchie (et) Carniole venerabili C. episcopo Frisingensi amico nostro in Christo karissimo concessimus et conmisimus, illud ibidem nostro nomine tantum usque ad nostre voluntatis beneplacitum exercendum. In cuius evidenciam presentes litteras nostras inde fieri et sigilli nostri pendentis iussimus presencia conmuniri. Datum Ciuitate, VI. exeunte octobre, anno (domini M.) CC. LVII, XV. indictione.

Cod. 191, f. 9 (am unteren Ende des Blattes durch Feuchtigkeit schadhaft); k. Reichs-Archiv zu München; Meichelbeck II./2, 24, Nr. 38; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 194, Nr 188.

247. Freising.

1257, 25. November, Lack. Die Grafen Heinrich und Friedrich von Ortenburg genehmigen, dass ihr Vasall Leutolt (von Waldenburg) seiner Frau Kunigund 50 Mark Aquilejer schenke und beurkunden zugleich, dass Bischof Konrad von Freising demselben Hof und 4 Huben zu Stražišče, von dessen Schwiegermutter stammend, verliehen habe.

Nos Hainricus et Fridericus comites de Ortenburch per presens scriptum notum facimus universis hanc paginam inspicientibus, presentibus et futuris, quod de nostro consensu et bona nostra voluntate accedente Levtoldus fidelis noster uxori sue Chvnegundi quinquaginta marcas Aquilegensium denariorum tradidit pretextu donacionis propter nuptias celebratas. Preterea testimonio presencium dicimus et prote-

stamur, quod venerabilis pater et dominus noster Ch. Frisingensis episcopus curiam et quatuor hubas apud Trasich [1]) et alia bona ibidem sita que domina Levgardis mater dicte Chvnigundis a Frisingensi ecclesia in feodum tenuit, taliter prefato Levtoldo et eius uxori videlicet Chvnigundi contulit feudali tytulo possidenda, ita si idem L. heredem vel heredes ex ipsa Chvnigundi non procreauerit, quod solummodo prelibata bona omnia pro tempore vite sue tenebit et post mortem utriusque ad Frisingensem ecclesiam devolventur bona omnia supra memorata. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine iussimus roborari. Acta sunt hec apud Lok, anno domini M. CC. LVII., indictione XV., in die beate Katerine.

Cod. 191, f. 13', k. Reichs-Archiv zu München; Meichelbeck II./2, 24, Nr. 37 Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I., 195, Nr. 189.

248. Freising.

1257, 29. November, Lack (Lok). Bischof Konrad von Freising präsentiert seinen Notar Magister Heinrich dem Erzbischofe Ulrich von Salzburg auf die erledigte Pfarre st. Peter am Kammersberge.

Zahn, Cod. dipl. Aust. Fris. I., 195, Nr. 190.

249. Oberburg.

1257, 16. December, Oberburg. Ulrich III. Herzog von Kärnten, Herr von Krain schenkt dem Benediktiner Kloster zu Oberburg 3 Huben zu Spitzholz in Kärnten und 5 Huben zu Markovo bei Stein in Krain.

Nos Wlricus, Dei gratia dux Karinthie et dominus Carniole, scire volumus universis (!) tenorem presencium inspecturos, quod de bona consciencia et voluntate libera, et assensu uxoris nostre Agnetis et filii nostri Henrici pro remedio predecessorum nostrorum, et salutis proprie, uxorisque nostre et filii nostri, ob augmentum vite presentis pariter et future, dedimus monasterio in Obernburch mansos octo, quorum tres siti sunt in villa que Spitzholz vulgariter nuncupatur, alii quinque in Marcowem manent, loco taliter appellato excluso quolibet iure nostro, et etiam iure vexatorio iudicis nostri, officialis nostri, preconum nostrorum, seu etiam venatorum ita, ut dictorum octo mansorum redditus quos dicto monasterio una cum hominibus et eorum rebus quibus libet vivis et mortuis damus libere ipsum possidendum perpetuo, pacifice, et quiete sic adhibito compromisso, quod defectus quem in satis com-

[1]) Man vrgl. über „Trasich" in Fontes rer. Austr. 36. Bd.

modo ipsum monasterium hactenus est perpessum, valeat habundancius refundi largius et suppleri: adiunximus etiam talem memoratis redditibus libertatem, quod homines ipsorum reddituum sive bonorum talium in pascuis, in pratis, in aquis, exeundo, intrando cum eorum animalibus communitatis gratia gaudeant et letentur, abbas quoque et conventus predicti monasterii nobis versa vice tale fecerunt laudamentum, se imperpetuum firmiter servaturos, quod ob laudem magnificencie creatoris et sue sanctissime genitricis due missae singulis septimanis hoc ordine celebrentur, videlicet feria quinta, una de sancto Spiritu, et die sabbati una de beata Virgine debeat decantari. Ut autem huiusmodi nostra donatio tam salubri intencione facta, nec per nos nec successores nostros possit imposterum aliquatenus infirmari, sed pocius perpetui roboris gaudeat firmitate, presens instrumentum saepe dicto monasterio concedimus sigilli nostri munimine consignitum. Testes huius donationis sunt: Henricus capellanus noster et plebanus de Pulst, Cristanus plebanus de Pèylstein, Heinricus plebanus de Wodiz, Ermannus miles de Ramenstein, Herbordus miles de Ôwersperch, Ortolfus de Gurcuelde, Gerlochus de Stayn, Waltherus Vngarus, Hermannus et Volkerus castellani de Obberburch, et alii quam plures, quorum copia ibi fuit. Data in monasterio Obbernburch, anno domini millesimo, C̄C quinquagesimo septimo, idus decembris, indictione XV., feliciter amen.

Orig., Pgt., gut erhalten, mit dem anh. Reitersiegel des Herzogs im Ordinariats-Archive zu Laibach.

250. Aquileia.

1258, 7. Juni, Cividale. Winther von Pisino, welcher in der Gegend Gotys das Schloss Gotenych eigenmächtig erbaut hatte, gelobt der Entscheidung des Patriarchen Gregor von Aquileja ob dasselbe bestehen bleiben oder niedergerissen werden solle, binnen 14 Tagen nachzukommen und übergiebt dem Patriarchen 3 Dörfer zur Sicherstellung seiner Zusage.

MCCLVIII. Prime indictionis, apud Civitatem, in palatio patriarchali, die septimo intrante junio. Presentibus d. Alberto dei gratia Cenetensi electi, d. Gregorii patriarche vicedomino, d.d. Wezellono abbate Bellunensi, Berengerio preposito s. Wolrici, Bernardo preposito s. Felicis Aquilegensis et d.d. Henrico de Villalta, Henrico de Castelliro, Asquino de Varmo, Conetto de Oxopio, Squarzutto de Top, et Meinardo de Cerow testibus ad hoc vocatis et aliis.

Cum dominus Winterus de Pisino construi fecerit quoddam castrum quod vocatur Gotenych in contrata de Gotys, idem dominus

Winterus constitutus in presentia venerabilis patris domini Gregorii dei gratia st. Aquiligensis sedis patriarche sua propria et spontanea voluntate per se suosque heredes obligavit et dedit in manibus ipsius domini patriarche recipientis nomine Aquiligensis ecclesie villas St. Viti, Adowach, et Postech, quas predictas tres villas idem dominus Winterus dicebat et confessus est se habere ad rectum et legale feudum ab ipso domino Gregorio patriarcha Aquilegensi et ab ecclesia Aquilegensi, ita tamen quod dictus dominus Winterus de castro predicto de Gotenich [ad implere teneatur] mandatum et beneplacitum ipsius domini patriarche, quod sibi per se fecerit, vel per nuncium suum infra quindecim dies postquam susceperit [mandatum] predictum de destruendo castrum predictum vel de non destruendo, sive alliud faciendo quod dicti domini patriarche insiderit voluntati. Quod si predictus dominus Winterus infra terminum predictum quindecim dierum non faceret mandatum ipsius domini patriarche faciendum sibi per ipsum, vel per nuncium suum expressum, [tunc dictus dominus patriarcha] predictas tres villas cum adiacentiis possit libere habere, tenere et possidere, dare, donare vel concedere cuicumque sibi placuerit absque [ulla contradictione, que tenere] omnia et singula predictus dominus Winterus cum obligatione omnium bonorum se sponte ac solempniter obligavit et confessus fuit si contra . . . . per ipsum vel per nuncium suum de castro predicto aliquatenus faceret vel veniret.

Johannes de Lupico notarius.

Lückenhafte Abschrift im Capitels-Archiv zu Udine; die Ergänzungen wurden in eckigen Klammern eingerückt.

251. Aquileia.

1258, 22. Juni, Cividale. Patriarch Gregor von Aquileja publicirt den päpstlichen Bannauftrag wider Herzog Ulrich von Kärnten wegen Anmassung Aquilejischer Güter.

M.CC.LVIII., prime indictionis apud Civitatem in anticamera patriarchali, presentibus domino Alberto dei gratia Cenetensi electo venerabilis patris domini Gregorii patriarche Aquilegensis vicedomino, et dominis Anselmo archidiacono Taruisino, magistro Nicolao de Lupico plebano de Tricesimo, fratre Johanne monacho sancti Georgii (in Alega), Peregrino plebano de Mengispurch et Artuico capellanis ipsius domini patriarche testibus et aliis, venerabilis pater dominus Gregorius dei gratia sancte Aquilegensis sedis patriarcha domino Jacobo priori sancti

Georgii de Aleca de Venetiis ex parte domini pape presentavit litteras in hunc modum.

Alexander episcopus servus servorum dei. Dilecto filio priori sancti Georgii in Alega Castellane diocesis salutem et apostolicam benedictionem.

Sua nobis venerabilis frater noster Gregorius patriarcha Aquilegensis petitione monstravit quod nobilis vir Vlricus dux Karinthie propter dampna et multiformes injurias que ecclesie Aquilegensi et patriarche irrogat eidem, non solum ipsius ecclesie tunicam scindere, verum etiam viscera rumpere satagens, castrum de Werdenech, forum de Gra(ze) et quedam alia castra, possessiones et bona ejusdem ecclesie manibus avidis contra justitiam occupavit et adhuc detinet in grave patriarche et ecclesie prefate prejudicium occupata, unde dicto nobili nostris . . . datis ut forum, castra, possessiones et bona predicta sublato cujuslibet . . . obice et more dispendio restituere ecclesie antedicte . . . injuriis satisfactionem congruentem exhibere . . . et aliis molestare desisteret ecclesie supradicte . . . bone memorie . . . episcopo Castellano . . . dictis . . . adimplere, idem episcopus eum ad proposita coarctaret. Idem vero episcopus . . . quia citatus legitime comparere coram . . . denegavit, excommunicationis promulgavit . . . ipsius nobilis contumacis, terram ejus . . . . . nobis humiliter suplicavit, ut cum predictus nobilis . . . indurato providere sibi super hoc . . . . dilectioni tue per apostolica scripta mandamus . . . . . satisfactionem condignam singulis diebus . . . . excommunicatum publice nunties . . . . et nuntiari facias et eum ab omnibus . . . . nobilis memorati in terra ipsius preter baptisma parvulorum, ... morientium interdicas omnia ecclesiastica sacramenta, et nihilominus in omnes qui eidem nobili dederint consilium, auxilium vel favorem, nec a te diligenter moniti destiterint ab hiis . . . . ., sententiam promulgare procures, non obstante constitutione de duabus dietis edita in consilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam aliquis auctoritate presentium extra suam diocesim ad judicium non trahatur. Datum Viterbii, decimo kalendas julii, pontificatus nostri anno quarto.

Aus Copie im Capitels-Archiv zu Udine in Handschrift Bianchi's im steir. Landes-Archiv; Zahn, Austro-Friulana in Fontes rerum Austriacarum XL. Bd. 4, Nr. 2.

252. Kloster Landstrass.

1258, 8. September, Landstrass. Abt Rudolf von Landstrass und der Convent daselbst nehmen Gertraut, die Wittwe Rudolfs von Râs und

deren Angehörige gegen eine Gabe von 10 Mark Silbers in ihre Ordensverbrüderung auf, geloben ihr die Abhaltung eines ewigen Jahrtags u. s. w.

Nos frater Rudolfus dictus abbas Fontis sancte Marie, scire cupimus universos tam presentes quam futuros hanc paginam inspecturos, quod nobilis domina Gertrudis dicta, relicta quondam domini Rudolfi de Râs dicti, considerans quod sancta et salubris est cogitacio pro defunctis exorare decem marcas argenti per manus filii sui domini Almerici abbatis de Rvna in elemosinam monasterio nostro contulit, ita plane, ut exinde anniversarium pro memoriali perpetuo ibidem sibi constitueret. Nos vero devocionem tam piam effectui mancipare cupientes, sex mansos in monte Cernich annuatim talentum[1]) terre denariorum nobis solventes, ad idem anniversarium assignavimus, ita dumtaxat, quod in die omnium animarum in albo pane, vino maioris mensure et piscibus et ovis exinde conventui, vel de bursa si defecerint redditus prenotati, honeste ministretur, si quid vero residui fuerit in utilitatem alias monasterii expendatur. Sane memorie digne domine ne ingrati existamus, ipsam cum pie memorie marito suo, ac liberis suis vivis et defunctis, in plenam participacionem omnium bonorum que fiunt, et de cetero domino concedente in domo nostra fient recepimus, ut cum obitus eius fuerit nobis intimatus, tanquam uni ex fratribus nostris plenarium servicium eidem faciamus. Insuper anniversario recurrente die tam pro ipsa quam aliis supra scriptis singule collecte a singulis sacerdotibus in missis, et ab aliis fratribus nostris septem psalmi dicentur. Ut autem hec inviolabiliter observentur, presentes litteras quas de consilio et assensu reverendi patris nostri domini Chvnradi abbatis de Victoria, et nostri conventus voluntate mediante ac procurante venerabili Amelrico abbate de Rvna, confecimus, ipsorum sigillis et nostro duximus communire, ut quicunque ipsas violare temptaverit, omnipotentis dei beate virginis Marie, et omnium sanctorum indignacionem hic et in futuro, incurrat, et cum Anania et Sáphyra qui de precio defraudarunt, et Jvda proditore mercedem iniquitatis recipiat. Huius rei testes sunt: Vdo prior Fontis sancte MARIE, Rudolfus supprior, Chvnradus succellerarius, Heinricus custos, Otto portarius, Heinricus senior de Rvna, Ditricus custos de Victoria et alii quam plures. Acta sunt autem hec in Fonte sancte MARIE apud Landestrost,

[1]) 1 Talent = 1 Pfd. = 1 Libra = 240 Pfg. (Zählpfund zu 240 Pfenningen der jeweilig gültigen Landesmünze.)

anno domini M.CC LVIIJ, in Nativitate beate virginis MARIE feliciter AMEN.

Orig. Pgt. gut erhalten, (Landstr. Urk. Nr. 6) im Laib. Museum, mit 3 Siegeln N. 3 und 2 abgebröckelt, N. 1, ein Siegel von Viktring erhalten: Umschrift ✠ S. ABBATIS DE VICTORIA in der Mitte die stehende Figur des Abts mit Mitra, Krummstab und Buch.

253. Cistercienserorden.

1258, 31. Oktober, Anagniae. Papst Alexander IV. befreit auf Fürbitte des Kardinals Johann den Cistercienserorden von der Pflicht durchreisende päpstliche Gesandte zu beherbergen.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati Cistercii ejus coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem.

Circa sacrum et famosum ordinem vestrum illius sinceritatis affectum gerimus quod semper justa desideria libentissime procuramus et sumus ad ea soliciti per que virtutum domino possitis devotius et quietius famulari. Sane [exposita] coram nobis vestra petitio continebat: quod licet legati et nuncii apostolice sedis ac etiam archi-episcopi et episcopi dioecesani locorum, nec non et alii eclesiarum prelati quotiens ad monasteria et domos ordinis vestri divertant, honesti admittantur, in eis et charitative tractentur, quandoque tamen iidem diocesani ac prelati authoritate propria, interdum vero dicti legati ac nuntii [authoritate mandatorum] prefate sedis in quibus aliquando continetur, quod ob exemptis, et non exemptis non obstante aliqua indulgentia Cisterciensibus vel aliis quibuscunque concessa in procuratione pecuniaria provideatur, eisdem, procurationem hujusmodi et alia plura contra indulta que praedicta sedes concessit vobis comuniter vel divisim, a vobis et predictis monasteriis ac domibus exigere, et extorquere, et alias vos et monasteria ipsa seu domos multipliciter molestare praesumunt in ea interdicti, et in personas eorum suspensionis et excomunicationis sententias proferendo in vestrum prejuditium, et ipsius ordinis detrimentum. Cum itaque dilectus filius noster J: tituli sti. Laurentii in Lucina presbiter -cardinalis qui semper ad hoc intentus esse dinoscitur, ut ordo vester prosperitatis affluentiam consequatur, a nobis affectuose petiverit, ut super praemissis providere paterna diligentia curaremus, nos ejusdem cardinalis et vestris precibus annuentes, quod eisdem legatis et nunciis per supradictas, seu quascunque alias

apostolicae sedis litteras, ac etiam praedictis archi-episcopis et episcopis seu praelatis in procuratione pecuniaria non teneamini providere vobis auctoritate praesentium indulgemus. Decernentes quod hujusmodi sententiae si quas in vos vel aliquem vestrum taliter contigerit de cetero promulgari sint irritae penitus et innanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Anagniae II. calendas novembris, pontificatus nostri anno quarto.

Lückenhafte Copie, Papier aus dem Kl. Sittich im Archiv des hist. Vereins für Krain; die vom Sinne geforderten Ergänzungen wurden in Klammern beigerückt.

254. Sittich.

1258, ..., Weineck. Ulrich Herzog von Kärnten, Herr von Krain bestätigt dem Kloster Sittich den Verkauf von 5 Huben zu Primskovo an Wichmar von Reifenstein, welche vordem Friedrich von Weineck dem Kloster geschenkt hatte.

1258 Redimuntur quinque mansi seu huebae in Primskau a domino Vichmaro de Riffenstein, quos Fridericus dominus de Weineck dederat monasterio Sitticensi. Quod Vdalricus dux Carinthiae et dominus Carniolae confirmat. (Testes): [dominus Rudlinus de Laybach, dominus Wilhelmus de Minchendorf. Acta in Winekke 1258.]

Puzels Manuscript S. 33; das in eckigen Klammern aus Marian Austria sacra VII. 375.

255. Michelstetten.

1258, ..., ..., Stein. Agnes, Pfalzgräfin von Burgund und Frau in Krain, bestätigt dem Kloster Michelstetten die Schenkung von je 6 Huben zu „Pesche", „Chestinberch" und „Tirnowich", welche Agnes von Scharfenberch demselben vermacht hatte.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos Agnetis dei gratia palatina Burgundie et domina Carniole notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod in animo nostro diligenter revolventes, quanta merces debetur illis ab eterno et celesti remuneratore, qui zelo devocionis accensi pro anime eorum remedio donant et tradunt atque legant aliquid de eorum bonis et possessionibus iure hereditario ad ipsos spectantibus piis et religiosis locis, vel qui grata rata et firma tenent legata eisdem locis, tradicionem ed donacionem videlicet sex

mansorum in Pesche sitorum et in Chestinberch sex et in Tirnowich sex, quam dilecta nobis Agnetis de Scharphenberch de bonis et possessionibus feodali jure ad ipsam spectantibus tradidit et legavit monasterio Vallis sancte Marie in Michelsteten ordinis sancti Augustini Aquilejensis dyocesis pro remedio anime sue in perpetuum possidendos, ratam et firmam tenemus atque sub testimonio presencium confirmamus. Et ne igitur per nos vel per alios quoscumque huiusmodi donatio tradicio vel legatum valeat in posterum revocari vel inmutari, presentem paginam in perhennem memoriam predicto monasterio tradidimus nostri pendentis sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec apud Stayn anno domini M.°CC.°L.VIIJ.

Orig. Prg. 1 Siegel. Geh. H.-Archiv, Fontes rer. Austr. I. II. Abth. (1849) 46—7, Nr. XLIII.

256. Kloster Marienbrunn bei Landstrass.

1258, ..., ... König Bela IV. von Ungarn etc. schenkt für das Seelenheil seines Bruders König Coloman ein Landgut von drei Pflügen zu St. Johann zwischen den Flüssen Turia und „Cerzyka“ in der Grafschaft Vrbasa in Bosnien.

Urk. gedr. in Schumi's Arch. f. Heimatsk. I, 46, Nr. 19.

257. Kloster Marienbrunn bei Landstrass.

1259, 2. Jänner, ... Abt Johann von Sittich bekundet, dass er mit Zustimmung seines Convents die beiden von Prechtelinus de Tuarog geschenkten Huben ihrer Lage wegen dem Kloster zu Landstrass um 2 Mark Feinsilber verkauft habe.

Nos frater Johannes dictus abbas in Sytik notum facimus tam presentibus quam futuris quod de voluntate nostri capituli et assensu, duos mansos cum omni iure et attinentiis suis quos ecclesie nostre Prechtelinus de Tuarog libere contulerat, domui ordinis nostri, Fonti videlicet sancte Marie apud Landestrost dedimus libera libertate, eo quod vicinitate dicte domui essent iuncti, datis domui nostre Syticensi duabus marcis fini argenti pro recompensatione eorundem eiusdem facti certitudinem nostri sigilli munimine roborantes. Tempore venerabilis domini R̄v̄dolfi abbatis [1]). Anno domini M̄.C̄C̄.LIX°., in octava Sthephani prothomartiris. Valeant nunc et semper +.

Orig. Pgt. gut erhalten, 1 anhang. Siegel, (Fragment); Landstrasser Urk. Nr. 8 im Laib. Museum.

[1]) i. e. de Landestrost.

258. Viktring.

1259, 15. März, Viktring. Otto von Traberch [1]) verzichtet zu Gunsten des Klosters Viktring auf seine Vogtei zu Vôvsing. Testes sunt Heinricus de Schaerfenberch u. s. w.

Orig. im Archiv des hist. Vereins für Kärnten.

259. Viktring.

1259, 15. März, ... Otto von Rôr bekundet, dass er in Ausführung eines Vermächtnisses seiner verstorbenen Frau Machtildis am Tage ihres Begräbnisses mit seinem Schwager Otto von Drauburg vereint dem Kloster Viktring zwei Mark Einkünfte im Dorfe Glogûniz übergeben habe. U. d. Zeugen: Heinricus de Schærfenberch.

Orig. im hist. Verein für Kärnten.

260. Freising.

1259, 22. April, Lack. Heinrich von Scharfenberg tritt seine Ansprüche auf Güter zu „Sigendorf" und „Rûdliebssieze" an Bischof Konrad von Freising ab, die Pfandrechte ausgenommen, welche ihm abgelöst werden sollen.

Ego Heinricus de Scherfenberch per presens scriptum declarare cupio universis tam presentibus quam futuris, quod omni iure feudali cessi penitus renunciando quod in Sigendorf et Rûdliebssieze et aliis possessionibus quas quondam Perchtoldus de Lokwiz a Frisingensi ecclesia in feudum tenuit, putabam me habere, preter id sicut protestor quod eedem possessiones a domino Chvnrado venerabili Freisingensi electo solummodo sunt obligate mihi pro 1 marcas Lanstrostensis monete in festo beati Georii iuxta Marchie consuetudinem redimende, hac adiecta forma ut earundem possessionum proventus (si) . . . . . ante prelibatum festum (redemte non fuerint, percipiam absque peccato), et quod ego et homines mei (quamdiu hic) . . . . . contractus durauerit, ipsum dominum electum in possessionibus et hominibus aut in receptione lignorum aut in pascuis animalium nullatenus aggravarem et offendam. Quandocumque vero prenotata pecunia michi vel meis heredibus sicut premissum est, in festo beati Georij oblata fuerit pro solucione, prefate possessiones omni occasione postposita ad dominum Frisingensis ecclesie libere revertentur. In cuius rei testimonium pre-

[1]) auf dem Siegel: + S. OTTONIS DE TRUCHSEN.

sentem paginam meo sigillo volui roborari. Aderant autem huic tractatui Fridericus de Monte Albano Ardacensis prepositus, Heinricus decanus ecclesie sancti Andree et Heinricus eiusdem ecclesie canonicus, Heinricus, Vertingus, Berhtoldus de Geboltspach, Wernherus, Chvnradus, Wilhalmus de Lok. Acta sunt hec in Lok, anno domini M. CC. LVIIII., II. indictione, X. kalend. maii.

Cod. 191, f. 9', durch Nässe lückenhaft, theilweise aus Urk. v. f. 13 ddo. 1252, 13. Juli, Gutenwörth ergänzt; k. Reichs-Arhiv zu München; Meichelbeck II,/ 2, 25, Nr. 41; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 204, Nr. 199.

261. Freising.

1259, 24. April, Lack. Wilhelm von Scharfenberg beurkundet, dass Bischof Konrad von Freising die ihm verpfändeten Liegenschaften bei Teltschach mit 4 Mark Aquilejer in bestimmten Raten zu leisten, gelöst habe.

Ego Wilhalmus de Scherfenberch testimonio presentium notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod venerabilis pater dominus meus Ch. Frisingensis electus universas possessiones apud Telscacum in Marchia sitas cum omnibus earum attinentiis a me in die beati Georii pro quadraginta marcis Aquilegensis monete de quibus sunt xx nove et xx marce veteres, redemit, pro quibus dominum Nicolaum de Riutenberch pro fideiussore obligavit, quod prelibatas xx marcas novorum denariorum michi in proximo venturo beate Marie virginis Nativitatis festo persolvat, residuas vero xx marcas veterum denariorum idem dominus electus michi persolvit eodem die dum beati Georii festum celebrabatur. De qua fideiussione et persolutione michi facta contentus ipsarum tractatum gratum et ratum habui, et propter hoc memoratas possessiones apud Telscacum sitas in manus dicti domini electi publice et libere restitui et resignavi, omni obligationis tytulo renuntians in possessionibus antedictis et promittens firmiter atque laudans, quod siqua instrumenta cuiuscumque tenoris existerent (aut?) haberem super prefatis possessionibus michi quondam obligatis, illa restituerem ipsi domino electo vel eius certo nuncio omni occasione postposita et remota. In cuius rei testimonium presentem paginam tam testibus qui huic tractatui interfuerant, quam mei sigilli pendentis munimine roboravi. Testes autem sunt isti videlicet dominus Fridericus dictus de Montalbano Ardacensis ecclesie prepositus, Franco comes illustris regis Vngarie nuntius super presenti negotio specialiter ab ipso rege ad me destinatus, insuper H. Vertingus, et B. de Geboltspach,

Chvnradus de Reitersperch, Wernherus Chvnradus, Jacobus, Reblinus, Wilhelmus de Lok, magister Hainricus decanus ecclesie sancti Andree de Frisinga et magister Hainricus notarius. Acta sunt hec apud Lok, anno domini M. CC. LVIII., indictione II., in die beati Georii.

Orig., Pgt., anhgdes. verletztes Siegel, k. Reichs-Archiv zu München; ebend. Cod. 191, f. 10'; Meichelbeck II./2, 26, Nr. 42; Zahn, Cod. dipl. Aust. Fris. I, 205, Nr. 200.

262. Gurk.

1259, 18. Juli, Murau. Ulrich von Lichtenstein vergleicht die Gebrüder Rudolf und Friedrich von Plintenbach in deren Ansprüchen auf Güter zu Chuenendorf mit dem Stifte Gurk.

Orig. im Domkapitelarchiv zu Gurk.

263. Gurk.

1259, 15. August, Kreig. Herzog Ulrich von Kärnten bekundet, quod Rudolfus dictus Vnholde et Fridericus de Plintenpach fratres coram nobis libere non coacti renunciaverunt illi impeticioni et juri, quod habere in bonis sitis in Chv̊ndorf, que ad Gvrcense capitulum pertinent, videbantur. Unter den Zeugen Otto de Ror; Herbordus de Owersperch . . Ortolfus de Gurkuelde.

Orig. im Domkapitelarchiv zu Gurk; Urk. im Gratzer Joanneum Nr. 774[e].

264. Viktring.

1259, 29. December, Kirchheim. Patriarch Gregor von Aquileja beauftragt den Archidiakon von Krain und der Mark Ludwig zu erheben, ob der Pfarrer von Stein Friedrich zehn Huben besitze, die nach dessen Tode kraft einer Verfügung weiland des Patriarchen Berthold an das Spital zu Bocksruck anfallen sollen.

Auszug aus der eingeschalteten Urkunde in Nr. 165.

265. Viktring.

1259, 31. December, Stein. Ludwig Archidiakon von Krain und der Mark bekundet unter Einschaltung der vorhergehenden Urkunde, dass er den Pfarrer Friedrich von Stein in Gegenwart des Abtes Conrad von Viktring befragt, und dieser geantwortet habe, dass ihm die fraglichen 10 Huben vom verstorbenen Patriarchen Berthold nur auf Lebenszeit als Entschädigung für seine Ansprüche an das Spital zu Bocksruck eingeräumt worden seien, nach seinem Tode aber ans Spital zurück zufallen hätten.

Ego Ludowicus archidiaconus Carniole et Marchie annotacione presencium notum facio, universis presentes litteras inspecturis me a

reverendo in Christo patre et domino G. venerabili patriarcha Aquilegensi in hunc modum litteras accepisse, G. dei gracia sancte Aquilegensis sedis patriarcha, dilecto in Christo filio, L(udowico) archidiaconi Carniole et Marchie, salutem et benedictionem in domino. Insinuatione dilecti nobis in Christo, Conradi abbatis monasterii Victoriensis innotuit, quod dilectus F. plebanus de Stain possidet decem mansos qui auctoritate bone memorie patriarche Bertoldi predecessoris nostri post mortem ipsius plebani ad hospitale de Pokckruk debent devenire. Quocirca devocioni tue per presentes comittimus et mandamus, quatenus si dictus plebanus istud taliter confitebitur, et tu hoc invenies ita esse, illud demum etiam auctoritate nostra facias observari. Datum aput Chircheim ii exeunte decembri. Volens igitur mandatum dicti domini mei patriarche per omnia pro ut debeo adimplere, una cum eodem abbate prefatum plebanum accessi, qui simpliciter est confessus, dictos decem mansos post mortem ipsius ad hospitale debere redire, quia sibi ex ordinatione prefati patriarche Bertoldi ad hoc quod iuri cessit quod in hospitali habebat fuerunt ad vitam suam solummodo deputati. Cuius rei testes fuerunt: Johannes vicedominus, Salamon notarius de Stain, Marquardus sacerdos de Leibaco, Bertoldus de Gurcuelde, Marquardus et Waltherus milites de Stain et alii quam plures. Acta sunt hec in Stain, anno domini M̄. C̄C. LVIIIJ̄, exeunte decembri.

Abschrift aus dem hist. Verein für Kärnten.

266. St. Paul.

1259, ..., Pettau. Die Brüder Ulrich und R. de Lewenbach (Lembach bei Marburg) versprechen dem Abte Gerhard, das Kloster St. Paul nicht mehr zu belästigen. Unter den Zeugen: H(einricus) de Sherphinberch.

Beda Schroll, Urkundenbuch des Kl. St. Paul 151, Nr. 101.

267. Kloster Studenitz.

1259, ..., ... Ulrich, Herzog von Kärnten, Herr in Krain, schenkt dem Kloster Fons gracie-Ztudenitz die Felle und Häute von allen zur herzoglichen Küche gebrachten Thieren mit Ausnahme des dem Küchenpersonale zustehenden Antheiles. Unter den Zeugen: Ortolfo plebano de Landestrost, Wilhelmo de Minchendorf.

Fontes rer. Austr. II. 1, pg. 50, Nr. 47; Arch. f. K. öst. Gesch. Quellen XXXII. Bd. (1865) 311, Nr. MCCLXVI.

268. Kloster Studenitz.

1259, ..., ... Die Gebrüder Rudolf und Heinrich von Leonbach geben dem Kloster Studeniz beim Eintritt ihrer Schwestern Sophie und Elisabeth 13 Huben zu Oberpöltschach und Oberjablinach. Unter den Zeugen: Die Minoriten Absolon und Friedrich von Valcenberch, die Dominikaner (predicatores) Hainricus de Carniola, Gotfridus, Vlricus de Stain.

Orig. Pgt im steirm. Landes-Archiv, Nr 777.

269. Sittich.

1260, 30. Juni, ... Ulrich Herzog von Kärnten überlässt dem Kloster Sittich für den Unterhalt eines gewissen Marquard, welchen er im Kloster untergebracht habe, das Gut, welches Conrad Skalke besessen hatte, und verpflichtet sich, falls er diese Anweisung widerrufen sollte, zur Zahlung von 10 Mark Pfeninngen.

Nos Ulricus dei gratia dux Carinthiae et dominus Carniolae, tam praesentium quam posterorum memoriae dignum duximus declarare, nos principaliter ob salutis nostrae meritum, et in alleviationem hominis, qui nostrarum precum interventu sustinet claustrum in Sittich, in sustentationem Marquardi, quem ibidem locavimus, assignamus praedium quod Conradus cognomento Skalke possederat, hac conditione, ut, si Spiritu sancto inspirati illud illis perpetuo donavimus, maneat nostra donatio, sin autem, quod absit, nostram in hoc vellemus mutare voluntatem donatione, ipsi monasterio X m. denariorum de nostra moneta tenemur reddere, et in aliis pro ipsorum voluntate plenarie supplere, praesertim, cum non solum praedium praedicti Conradi, prope Mettenach situm est, verum etiam propter merita ibidem Deo famulantium et chari nostri fratris Witigonis ordinis praedicatorum, praedicto monasterio ampliora beneficia impendere intendamus, volentes per haec subsidia eleemosynarum ipsorum praebenda, quae in caseo tenuis est, ut augeatur: et ne gratiae nostrae beneficium careat virtutis robore, ipsum sigilli nostri munimine roboravimus. Acta anno gratiae MCCLX. pridie kal. julii.

Marian Austria sacra 320, Nr. 8; Puzels Manuscript S. 34.

270. Auersberg.

1260, 1. September, Udine. Gregor Patriarch von Aquileia, verleiht seinem getreuen Dienstmann Herwart von Auersberg und dessen Erben das Holz zu Oblak auf dem Berge genannt der Wartenberg, vom Abfluss des Wassers Ubel bis an das Wasser Eys (Ižica) und das Wasser genannt Reschitz (Rašica). Ausserdem verleiht er Herwart von Auersberg das Gericht über die Leute und Güter, die dieser vom Patriarchate zu Lehen habe, und erweist ihm die Gnade, dass falls Herwart Lehensgüter des Patriarchen oder der Kirche zu Aquileia kaufe, dies gelten solle als ob es vor dem Patriarchen geschehen, von ihm verliehen und von ihm mit Brief und Siegel bestätigt worden sei.

In namen der heiligen und ungetailten drivaltigkait amen. Die hût der brief ist loblich, die da behaltet die gedechtnuzze, und die da straffet und pezzert, die Vergezznung und darumb durch angesicht dicz briefs, wir Gregorius von gots gnaden des heiligen stûls ze Aglay patriarch allen Christen gelaubigen gegenwurtigen und kûnftigen die disen brief ansehent sind, unsern grûz und gedechtnuzze dicz geschechen dinges. Daz wir unserm getrewen Herworten von Aversperg dienstmanne und allen seinen erben sûnen und tôchtern, die yeczund sind, und die fûrbaz werdent, verlihen haben das holcz ze Oblukch als das der perg hat und haltet, der da in deutsch genant ist der Wartenperg, und als das wazzer genant Vbel abfleuzzt, uncz an das wazzer das genant ist in der deutsch Eys und das gancz holcz uncz he'rauf den perg da der ausgang ist des wazzers genant Reschicz mit allen zûgehorungen gepawt und ungepawet und der vorgenant Herwort von Aursperg und alle sein erben sûn und tôchter die yeczunt sind und fûrbaz werdent, habent aufczeheben und ze nemen in demselben holcz, was in gevellet, und habent auch ir pawlewt in dem egenanten holcz ze seczen, und ze haltenn, und was si dunket, daz in ze nucz und ze frumen komen mag, darûber haben wier dem egenanten Herworten von Aursperg und sein erben sûnen und tôchtern grôzzen gnade getan. Ist das si ettliche gûter chauffent die von uns, oder von unserr heiligen kirchen ze Aglay ze lehen sind, sprechen wier, daz daz vest stet, und unc zerbrochen beleiben sol, ze geleicher weis, als ob das vor unser geschêchen wêre, und als wir in die verlihen hieten und in auch die mit unsern offennen briefen mit unsern anhangunden insi-

geln bestat hieten. Auch sullen der egenant Herwort und sein erben von Aursperg sûne und tôchter und yeczund sind und kúnftiklich werdent selber haben das gericht von uns inneczehaben und ze richtenn ir lêwt und gûter die sy von uns und von dem heiligen stûl ze Aglaŷ ze lehen habend. Und ob geschêhe, das der egenanten Herworts und seiner erben von Aursperg lêwt sich vergêzzen, und wider unser gericht teten mit worten und mit werkchen, das sol unser gericht, noch unser richter, nicht richten noch das gericht ŭben, sunder die offtgenanten Herwort und sein erben súne und tochtêr von Aursperg sullen selber haben gewalt ze richtenn und nidercze-legen. Und das dise gabe von uns und unsern nachkomen vest und und stêt beleibe und gehalten werde, darúber geben wir disen brief zů ainer vesten stêtigkeit bestêt mit unserm anhangundem insigel. Der gabe sind zeuge prûder Hainreich prior ze Pettow, Weriand vicztûm ze Wernegg, Chûnrat erczdiaken im Sêvntal, Chrafft erczdiaken ze Villach, maister Perchtolt von Fagede[1]) korherre ze Aglay, maister Ludweig pharrer zu Laybach, Hermann von Portzill, Ludwig von Weŷden, Gebhart von Voytsberg, Pêrchtold von Grêdnik, Marhart und Herwort brûder von Los, Herman von Olswisch, Bonifacius de Potilos, Gebhardus von Liebenberg und ander erberr lewt genûg. Dicz ist geschechen und geben ze Weyden, nach Krists gepurdt tausent zwaihundert und in dem sêchtzigisten iare in dem ersten herbstmann in der achtenden indiction.

Wir Albrecht von gots gnaden herczog ze Österreich etc. bechennen, daz diser gegenwûrtigen brief in unserr kanczleŷ von lateyn ze tewtsch volbracht worden ist als da oben geschriben stat, darumb durch merer sicherhait hiezzen wir unser insigel durch pêtte willen . . der Aursperger drukchen an disen brief

Vidimus des Herzogs Albrecht von Oesterreich. Pgt. sehr gut erhalten im Archive zu Auersberg, von dem links innerhalb der Urkunde aufgedruckten Siegel nur noch die (uneingeklammerten) Buchstaben (D)V(X)A(VST)R I E zu sehen sonst schon ganz abgebrochen. Elze, Regest in Mitth. f. Krain 1865, 3, Nr. 1.

271. Studenitz.

1260, 10. October, ... Leopold von Scharfenberg und dessen Gattin Diemut schenken dem Frauenkloster Studeniz beim Eintritte ihrer Töchter Elisabet und Sophie 7 Huben zu Pwech und 3 in Odderniz.

Orig. Prgt. im Grazer Joanneum Nr. 781.

[1]) Orig. Ragede.

272. Freudenthal.

1260, 1. November . . . . . Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain bekundet, dass er für sich und seine Nachfolger auf jede weltliche Entlohnung für die Vogtei über die Kartause Freudenthal verzichtete, gewährt derselben Gerichtsbarkeit über ihre Leute mit Ausnahme der todeswürdigen Fälle, Befreiung von Maut und Zoll, schenkt ihr Güter zu Holaer, Vigaun, Topol u. s. w.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ulricus dei gratia et miseratione divina dux Karinthie ac dominus Carniole prioribus Vallis iocunde in Vronitz et conventui institutis et instituendis in perpetuum. Salutem in vero salutari. Que ad honorem dei inspiratione divina et devotione fidelium concipiuntur, ut ipso opitulante exitum habeant salutarem, et ne fragili memorie hominum per continuam revolutionem temporum valeant inducere oblivionem et mentes successorum super hiis que salubriter gesta sunt enervando scripture que arca est memorie sunt dilucide mancipanda. Verum quia status presentis vite in omnibus que amatores mundi delectant florem quendam pretendit in apparencia marcescibilem tamen secundum illud mane floreat et transeat vespere decidat induret et crescat elegimus mundum fallentem fallere ut sicut a conditore nostro prestantius sumus diviciis honoribus et dignitate sublimati sic de mammona nobis et progenitoribus nostris volumus facere amicos sed et defensores, sed et advocatos sed et receptores, videlicet gloriosam et intemeratam virginem dei genitricem Mariam ac precursorem domini Johannem baptistam, qui clausus in utero matris ipsum Christum cum gaudii tripudio prophezavit. Hinc est, quod annotatione presentis pagine tam modernorum quam posterorum noticie declaramus, quod nos longe ante conceptum desiderium domini, et patris nostri et voluntatem complentes ac proprie salutis intuitu novellam plantationem ordinis Kartusiensis fundamus accedente consensu uxoris nostre Agnetis in loco qui Vrovnitz dicitur iuxta originem fontis et aque Vovhstritz vulgariter appellatur, nullum nobis ius advocacie in ea fundatione vel nostris successoribus reservantes quod plerumque, sicut experimento didicimus consuevit succedentibus pro medicina salutis interitus toxicum ministrare, sed solam, propter deum, defensionem sine omni emolumento si nos vel heredes nostros ad hoc elegerint, communi consilio et voluntate alias liberum sit eis, uno iniuriante alium deum

timentem eligere protectorem. Volumus etiam quod nullus iudex noster vel successorum nostrorum aliquis habeat potestatem iudicandi colonos eorum vel familiam, nisi requisitus ab eis propter contumatiam subditorum, nec aliquas quacunque occasione, facere exactiones. Si vero aliquis liber vel famulus claustri de furto vel de aliqua culpa altera, que dampnationem corporis suscipit, conúictus fuerit, res conûicti omnino ecclesie remaneant sed dampnatus ut cingulo comprehendit iudicio relinquatur. Statuimus insuper, ut in omni districtu nostro et dominio nec de proventibus transferendis armentis vel pecoribus, nec de emptis vel vendendis vel quocumque alio modo ad se pertinentibus nomine mute vel talie vel alterius violencie sustineant vexationem. Sane ne huius plantationis utpote novelle teneritudinem pruina excoquat egestatis, damus ei novem mansos in Vronitz et undecim in Zobozei et septem in Werde, cum montibus et planis, vallibus et nemoribus extirpatis, et extirpandis, irriguis et aridis, introitibus et exitibus, pascuis et piscationibus, venationibus et omnibus attinenciis ac omni usu et libertatis iure quo eam maiores nostri in nos iure hereditario transtulerunt. Limitamus eis siquidem terminos emunitatis secundum consuetudinem ordinis eorum a Stein fluvii Laibaci usque ad originem dicti fluminis cum paludibus, pascuis, silvis, secundum quod fluvius Laibacus dividit, prout ea cognoscimus iure quolibet possedisse. Volumus etiam inviolabiliter observari ut nullus qui ad predictos emunitatis terminos causa securitatis confugerit, ab aliquo hominum offendatur. Si quis huius statuti transgressor fuerit, si plebeius est, solvat viginti solidos, si solvendo non est, plagis vapulabit coram iudice secundum mensuram culpe. Si militaris, iudex eum in quinqne marcis mulctare iubebit. Addimus itaque prelibatis omnibus undecim mansos in Holaer, decem et novem in Vegvn et alios quinque in villula iuxta Vegvn que vocatur Topol, tres in Gorischa, dimidium in Gelsach cum omni iure et libertate qua nos et maiores nostri ipsos possedimus ab antiquo. Insuper dotamus ipsum cenobium cum quadraginta octo mansis, qui quondam domini Weriandi vicedomni de Stein fuerunt, omnibus heredibus suis annuentibus una pariter voluntate. Heredes vero, qui dictos mansos prefato cenobio resignarunt, hi sunt: Gebhardus de Lilienberch, Berchtoldus de Rabensperch, Waltherus Ungarus de Stein et frater suus Witigo, item Gerlohus de Stein et fratres sui Waltherus et Ortolfus, item Heinricus de Osterberc. Dicti autem mansi videlicet

quadraginta octo horum quinque locati sunt in Tuftstein, in Sweinz quinque, in Vnheildendorf duo, Podgoriz sex, Wrenschitz septem, Gemlein tres, Setoplah septem, Miterdorf sex, Zovch quinque, Strahein duo . . (quos) mansos eo iure ac libertate qua supra nominatus Weriandus illos possedit, fratres nostri cenobii in Wrewntz volumus possidere. Ne quis igitur huic salubri ordinationi nostri sinistra machinatione ausu temerario valeat contraire presens scriptum sigilli nostri iussimus munimine roborari, ipsum testium dilucidorum amminiculo fulcientes, quorum nomina hec sunt: Ditricus venerabilis Gurcensis episcopus, Burchardus prior vallis sancti Johannis, G. prior de Girove, frater Heinricus et frater Witigo predicatores, Heinricus domni ducis capellanus, Vlricus comes de Hovnenburch, Heinricus de Schaerphenberch et Leŭpoldus frater eius, Fridericus de Valchenberc, Ortolfus de Meingosburch, Wilhalmus de Minkendorf, Marquardus de Stein, Heinricus de Helfenberc, Heinricus de Rosenberch et plures alii. Acta sunt hec anno gratie domini milesimo ducentesimo sexagesimo, kalendas novembris, tertie indictionis.

Sig. appens. laes.

Abschrift nach dem Orig. im steierm. Landesarchiv Nr. 782.

273. Michelstetten.

1260, . . .; „castrum Gorsza.“ Heinrich von Scharfenberg schenkt mit Zustimmung seiner Gemalin und seiner Kinder für sein und seiner Erben Seelenheil dem Kloster Michelstetten einen Leibeigenen namens Ulrich, den Sohn des Eberhard von Lenke.

Quod dignum est memoria litterarum custodie, debet commendari. Hinc est quod scire debent tam posteri quam futuri, quod ego Hainricus de Scherfenberch, cum licentia uxoris mee et puerorum proprium servum meum nomine Vlricum, filium Epponis de Lenke, libere et precisse dedi ad claustrum sancte Marie in Michelsteten pro remedio anime mee, et uxoris et puerorum et omnium meorum successorum, et eundem servum propter deum ubique potero, contra quoslibet offendere ipsum indebite volentes tuebor. Et ut hoc ratum et inconvulsum aput heredes et posteros meos habeatur, presentem cartulam, mei sigilli munimine roboravi. Hujus rei testes sunt: frater Jacobus et frater Dietricus predicatorum ordinis de Ciuitate, Vlricus dictus Reiber et alter Vlricus gener ipsius, Hainzo de Flednich, Petemanus de Perneken et alii quam plures, Raebelinus de Rebnach

Leonhardus notarius. Acta sunt hec ab incarnatione domini M.CC.LX. indictione tertia, Gorsza in castro. Et soror mea Agnes ponit loco mei servum in tenutam.

Orig., Pgt., mit 2 anhängend. Siegeln im k. k. g. H.-, H.- und Staatsarchiv.

274. Sittich.

(c. 1260,) . . . ., Sittich. Gregorius patriarcha confirmavit parochiam s. Nicolai in Saxenfeld et aliam S. Petri in Saanthal, quam ipse 1256 monasterio (Sitticensi) incorporavit, pro remedio animae suae et ut conventus diebus sabbatinis maiorem vini mensuram et quartam partem furnagii ad consolationis pabulum habeant.“

Notiz aus dem Diplomatarium Runense, I, 717/8 im Joanneums-Archive Nr. 790a.

275. Oberburg.

c. 1260, ..., ... Ulrich Herzog von Kärnten schenkt dem Kloster Oberburg ein Haus nebst einer Badstube zu Laibach und stattet es mit allen Vorrechten aus, welche dem Kloster bezüglich eines Hauses zu Stein von den Fürsten von Meranien verliehen waren, ferner gibt er noch 3 Huben zu Selo in der Pfarre Neul.

Item secundi privilegii articuli sunt hii, primo, quod idem dux Vlricus dat et concedit proprietarie im perpetuum dictis fratribus et monasterio unam domum et aream in civitate Laichachensi (sic) et stupam balneearam cum area sua contiguam domui praedictae, volens quod praedicti monachi et eorum successores habeant plenam emunitatem jurium civitatis ejusdem, et ut sint exempti a jure vectigali, a muta, a thelonio, a vigiliis murorum. Immo decrevit ut habeant domum et aream praefatam in ea libertate, qua possident aream et domum in Steyn, quam dicto monasterio olim praedecessores sui, principes Moranie (sic) contulerunt.[1]) Praeterea ut iidem religiosi viri et successores eorum ad exorandum pro salute sua, uxoris et filii ferventius excitentur, dedit eisdem fratribus tres mansus sitos in loco qui dicitur Zel possidendos ab eis et suis successoribus in perpetuum in tali libertatis jure, quali dominantur ipsi et monasterium in octo mansis prius per ipsum sibi datis de conniventia predictorum uxoris et filii sicut privilegia super hoc tradita manifestant.

Aus der im Orig. enthaltenen Urkunde ddto. 1277, 14. März Wien (steierm. Landesarchiv Nr. 1074), in welcher König Rudolf dem Kloster Oberburg vier von den Herzogen Ulrich von Kärnten und Leopold von Oesterreich gewährte

[1]) Vergl. oben S. 38, Nr. 53.

Gnadenbriefe im Auszuge anführt und bestätigt Die Jahreszahl 1260 ist in dieser Bestätigung nicht angegeben, da jedoch die Schenkung der 8 Huben (zu Spitzholz und Markovo vom 13. Dez. 1257 als schon geschehen erwähnt wird, so darf man die Datirung c. 1260 wohl beibehalten.

276. Auersberg.

1261, 4. Jänner, Pisino. Meinhard Graf von Görz Tirol belehnt gegen Zahlung von 180 Mark Agleier Pfenninge den Otto von Auersberg mit dem Dorfe Hermannsdorf und andern Besitzungen, welche weiland Meinhard von Schönberg als Pfand innegehabt und auf seinem Todtenbette dem Grafen ledig gelassen hatte, behält sich jedoch das Rücklösungsrecht innerhalb 10 Jahren vor.

Nos Meinhardus dei gratia comes Goricie Tirolis et advocatus ecclesie Aquilegensis universis ad quos presens scriptum pervenerit cupimus esse notum quod Ottonem de Aversperch recto et legali feudo investivimus de villa que dicitur Aermansdorf et aliis possessionibus quas bone memorie Meinhardus de Schonenberch a nobis tenuit pignori obligatas et in ultima sua voluntate nobis solutas dimisit quod ipse Otto pro se ac fratribus suis recepit, exhibitus nobis marcis CLXXX^{ta}. Aquilegensis monete ita quod si nos vel frater noster aut heredes nostri, aut quicunque a nobis ad hoc habens mandatum infra decennium prefatis obtulerit pecuniam pretaxatam atque dederit dictas possessiones ipsi nobis restituere teneantur. Alioquin ex tunc predicti ad restitutionem ipsarum non sint aliquatenus obligati Acta sunt hec anno domini millesimo CC.LX primo, indictione quarta, die quarto intrante januario, Pisini in ecclesia sancti Mauri, presentibus Vlrico de Rifenberch, Winthero de Guteneke, Werenhardo et Friderico de Eberstein, notariis nostris.

Orig., Pgt., schön erhalten im Archiv zu Auersberg, das anhängende Reitersiegel rechts ein Drittel abgebrochen, die Umschrift unleserlich; Elze, Regest in Mitth. f. Krain 1861 S. 12, Nr. 6.

277. Freising.

1261, 23. Februar, Udine. Bischof Konrad von Freising belehnt den Paduaner Bürger Tyso „de Campo s. Petri“ mit der Burg Godego und Zubehör gegen Zahlung von 700 Pfd. Venetianer Pfeningen und Leistung eines Saumrosses. U. d. Zeugen: Wernerius et Conradus fratres de Lonch.

Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 211, Nr. 206.

278. Sittich.

1261, 12. März, Sittich. Ulrich, Herzog von Kärnten, Herr von Krain bestätigt dem Kloster Sittich den Besitz des Marktes Loibel[1] *den er mit Zustimmung seiner Frau dem Kloster geschenkt hatte, sowie die angeführten Schenkungen mehrerer seiner Edeln.*

In ipsius nomine, cui omne genŭ flectitur et qui a coeli civibus perenniter collaudatur. Quae igitur gerunter in tempore, ne simul cum processu temporis dilabantur, ore solent testium pariter et litterarum testimonio perhennari. Sciant ergo praesentes, et posteris innotescat, quod nos Vdalricus dei gratia dux Carinthiae et dominus Carniolae[2] praesenti scripto tam modernis quam posteris declaramus, quod venerabilis Johannes abbas Siticensis nomine totius conventus in nostra nostrorumque ministerialium praesentia constitutus proposuit, monasterium suum damnum non modicum sustinere, ex eo quod quaedam sui temporis donationes per villas et mansos sive praedia â fidelibus monasterio donata non essent auctentius confirmata et exinde lites et juria et contentiones saepissime exoriri. Cui morbo volentes pia consideratione remedium adhibere, possessiones dicti monasterii inferius annotatas in nostram protectionem suscipimus et praesenti auctentico communimus. Forum scilicet Lvbelino[3] pro receptione pauperum cum omnibus suis adtinentiis[4] manu uxoris nostrae pro remedio animarum nostrarum praefato monasterio contulimus propter Deum, sicut[5] in alio privilegio expressius continetur. Jus etiam foreste et jus venatorum, quod nobis de ipsorum hominibus debebatur, fratribus dicti monasterii perpetualiter dimisimus ob reverentiam Virginis gloriosae. Et quaedam ipsorum praedia redemimus pro xxxij marcis, et dimidia â vicedomino Weriando. Item apud Loc tres mansos, quos dominus Bertoldus de Gurckveld dedit, item apud Bŭfici[6] VI

---

[1]) Markt Loibel lag 6 Kilometer von dem heutigen Neumarktl in Oberkrain, am Fusse des Košutaberges und wurde durch einen Bergsturz und einer darauf gefolgten Ueberschwemmung zerstört. Durch die entflohenen Bewohner des ehemaligen Marktes Loibel entstand das heutige Neumarktl, (Tradition). Im Jahre 1261 bestand daher noch der Markt Loibel; im J. 1320 wird schon Oppidum novum (Neumarktl) genannt (Puzel 51). — [2]) Copie: Carnioliae. — [3]) Copie Lvkelino; Puzel S. 34: Forum scilicet in Lubelino, quod dux marchio contulit pro receptione pauperum. — [4]) adinentijs. — [5]) Abschrtft: sunt. — [6]) So die Abschrift.

mansi quos Otto Aebelberc (?) dedit, [item] [1]) VI mansi, quos Fridericus de Hophenbach apud Rawan [dedit] et quilibet mansus habet molendinum, item apud C̊ral [unus? m]ansus, quem domina Truta de Hophenbach dedit; item [apud] Royn unus mansus, quem Henericus pincerna de Werd [dedi]t, item in Plintempach ij mansos, quos idem Henericus dedit, item apud Gigenheim iiij mansi, quos Dietericus [2]) Gallo dedit, et abbas Johannes postmodum coram nobis suo juramen[o] confirmavit, item iiij mansi, [in] Deszendorff, quos Vlricus de Prisekke dedit pro remedio uxoris suae item unum mansum in Ponykel, quem Vlricus de Landespris dedit, et iiij juxta Gurcham in campo; item homines proprios, quos Fridericus et uxor sua Chunegundis de Winek dedit cum praedio in Rothenpach [3]) et Primsgov [4]) quorum nomina sunt haec: Bertholdus cum uxore sua cum quinque liberis, Sifridus cum filia sua Werzega cum tribus filiis et duabus filiabus, Jedel, Jutta Domecha met Sexta, Wasmuth met Sextus, Glawatū [5]) Muthona, Chunradus, Martinus, Alexander, Luchardus. Hujus rei testes sunt abbas de Landestrost Rudolphus, Chunradus plebanus St. Viti, dominus Heinricus et Wilhalmus et Lupoldus fratres de Scherphenberch [6]), dominus Gebehardus de Gutenberc, dominus Wilhelmus de Minkendorf, dominus Gotfridus de Prisek, Otto de Landestrost, Gerlochus de Hertenberc [7]), Gripho de Rutenberc, Fridericus de Plintenpach, et alii quam plures. Datum anno gratiæ M.CCLxj, [in die] Gregorii papæ, in coenobio Sithicensi, in sepultura Vlrici de Scherphenberch [6]).

Cop., Pap., bei mir. Vrgl. Puzels Idiographia mon. Sittic. Regesten S. 34 und 35.

279. Göss.

1261, (31. März .....) Aebtissin Kunigund von Göss beurkundet, dass Heinrich von Spiegelfeld ihrem Kloster eine Hube zu Stadlawen gewidmet habe. Unter den Zeugen an 2. Stelle: „her Vlreich der Apfoltrer“.

Joanneums Landesarchiv Nr. 795d.

---

[1]) Das in eckige Klammer gegebene ist herausgerissen, musste dem Sinne nach eingesetzt werden. — [2]) Wietericus. — [3]) Černelo b. Sittich, Puzel S. 35 „Rottenpoch“. — [4]) psm gov. — [5]) Abgekürzt. — [6]) Scherphenbach. — [7]) Hercenbc.

280. Göss.

1261, 31. März, ... Aebtissin Kunigund von Göss giebt dem Chunrad Phuntan eine Hube zu Stadelhoven . . . testibus . . . (an 2. Stelle) domino Vlrico de Apfolter.

Orig. Pgt. im steier. L.-Archiv.

281. Deutschorden.

1261, 7. April, Lateran. Papst Alexander IV. bestätigt die Begünstigungen und Freiheiten, welche weiland Kaiser Friedrich II. dem deutschen Orden rücksichtlich der in Oesterreich, Steiermark und Krain gelegenen Ordensbesitzungen eingeräumt hatte.

Alexander episcopus servus servorum dei, dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitane salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod quondam Fr(idericus) olim Romanorum imperator ante quam in eum per sedem apostolicam sententia depositionis lata fuisset domos vestras sitas in Austrie et Stirie ducatibus ac in Marchia Carniolis (!) cum praeceptoribus fratribus hominibus colonis servientibus et familiis earundem ac etiam cum prediis suis cultis et incultis habitis et habendis et pratis pascuis venationibus piscationibus et omnibus aliis bonis que dicti preceptores et fratres tunc juste tenebant et possidebant vel iustis titulis possent in posterum adipisci sub imperiali et sua protectione suscipiens domos ipsas ab omni seculari iudicio et servitiorum ac exactionum onere secundum libertatem vestri ordinis qua gaudent prefate domus pia et provida liberalitate exemit, ut nulli iudicum secularium liceat aliquam placitationis formam in prediis alicuius ecclesie domorum huiusmodi exercere vel homines sive colonos aut proprios vel censuales ipsius ecclesie ad standum suo iudicio cohercere vel etiam de navigationibus sive de evectionibus suorum bonorum venalium exigere aliquid ab eisdem. Voluit quoque quod dictarum domorum predia et omnes cause ad secularem forum spectantes que in ipsis emerserint ab omni iurisdictione seculari tam integre sint exempta, ut de ipsis solis magistro preceptoribus et fratribus domorum ipsarum cognoscere liceat et de cognitis diffinire quod si apparentia

furti seu latrocinii vel aliquod genus maleficii, quod malefici mortem exigat in homine alicuius ecclesie fratrum ipsorum fuerint deprehensa, quia religiosarum personarum ordo sibi executionem iudicii non vendicat criminalis omni possessione rei tam mobilis quam immobilis qualibet culpa que pecuniar[iam co]ndempnationem [1]) exigit adiudicata ipsi ecclesie sola et nuda persona eiusdem malefici seculari iudicio assign[et]ur. [1]) Ceterum predictis domibus et fratribus eorum concessit ut propria victualia annonam videlicet salem carnes caseos pisces oleum vinum pecudes et alia bona ad usum fratrum ipsorum competentia tam in terris quam in aquis sine [2]) theloneis mutis vectigalibus et exactionibus aliis deducant salubriter et quiete prout in patentibus litteris confectis exinde ac predicti Fr[iderici] sigillo signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati quod super premissis ab eodem Fr[iderico) pie ac provide factum est ratum et firmum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani VII. idus aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

Orig. Pergmt. mit an gelben und rothen Seidenfäden angehängter Bleibulle des Papstes im Deutschordensarchive in Wien.

282 Freising.

1261, 17. April, Gutenwörth. Konrad Bischof von Freising verleiht Albert, Sohn weiland Gebharts von Gutenwörth, das Dorf Bichel in Krain zu Lehen und so auch dessen Söhnen, doch unter innen festgestellten Bedingungen.

Que aguntur in tempore, ne labantur cum tempore . . . . . scripture testimonio propter memoriam hominum que . . . . . debent perennari. Noverit igitur presens etas atque futura, quod nos Chvnradus dei gratia Frisingensis episcopus . . . . . Alberti quondam Gebhardi de Gv̊tenwerde filii et illius amicorum instancia et supplicationibus inclinati villam Pv̊hel cum omnibus eius iuribus et attinenciis eidem Alberto in feudum contulimus talibus condicionibus appositis et adiectis, videlicet si eundem Albertum unum filium vel duos aut tres seu plures filios masculos ex se habere contingerit (!), quod senior et prior inter illos uxorem sibi de domo et familia ecclesie

[1]) Im Orig. eine Lücke. — [2]) Orig. siue.

Frisingensis debet accipere qui affectat in eodem feudo iure hereditario patri succedere memorato, alioquin si contrarium fecerit, tam pater quam idem filius cadent a iure quod eis competit in predicto feudo, alii vero filii qui sibi forte uxores de familia et de domo ecclesie Frisingensis non acceperint, in eodem feudo similiter nichil iuris habebunt, nisi procuraverint cum affectu quod eorum filii masculi proprias mulieres ecclesie Frisingensis ut pretactum est, sibi accipiant in uxores. Verum autem si per dictum Albertum et eius filios huiusmodi condiciones secundum illum modum, ut predictum est in accipiendis sibi uxoribus non fuerint ecclesie Frisingensi et nobis nostrisque successoribus efficaciter observate, vel si idem Albertus et eius uxor absque filiis masculis quos genuerint insimul, decesserint. memoratum feudum sit ad nos nostrosque successores cum omnibus eius iuribus et attinenciis devolutum manebuntque etiam iidem Albertus et filii sui tanquam fideles nostri castellani pro toto tempore vite eorum in ambitu fori nostri Gv̊tenwerde residentes, nec propter hoc a nobis vel nostris successoribus quicquam pretextu alicuius iuris quod sonat purchv̊t, exigent quamdiu secundum dictarum condicionum observanciam cum conplemento quolibet prelibatum feudum a Frisingensi ecclesia legaliter possidebunt. In cuius rei perennem memoriam presentem conscribi iussimus paginam et illam eidem Alberto et eius filiis predictas condiciones observantibus tradimus nostri sigilli munimine roboratum. Acta sunt hec apud Gv̊tenwerde in domo nostra anno domini M.CC.LX. primo, IIII. indictione, XV. kalend. maii, istis presentibus, domino Heinrico de Pv̊telpach canonico Frisingensi, Rvdolfo, Heinrico, Hermanno canonicis ecclesie sancti Andree et Ottone canonico sancti Viti tunc capellanis et notariis curie nostre, Heinrico dicto Vertingo, et Berchtoldo de Geboltspach, Nycolao et Grifone de Revtenberch, Ortolfo de Landstrost, Rvdegero de Plintenpach, Vzoldo, Artusio et Rvdolfo de Gv̊tenwerde et aliis plurimum fide dignis.

Cod. 191, f. 14, an einigen Stellen durch Nässe lückenhaft; k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 27, Nr. 45; — Zahn Cod. dipl. Austr. Fris. I, 214, Nr. 207.

283. Kloster Studenitz.

1261, 1. Mai, Völkermarkt. Wlricus dux Karinthie et dominus Carniole ac Marchie erlaubt, dass seine Vasallen und Angehörigen

dem neu gestifteten Kloster Gnadenbrunn (Fons gratie) Schenkungen machen dürfen und schenkt selbst 6 Huben, dem Gute Arch gehörig, dorthin.

Urkunde gedruckt in Schumi's Archiv f. Heim. I, 205, Nr. 62.

284. Freising

1261. 8. Mai, Lack. Bischof Konrad von Freising verleiht Reinhart seinem Zöllner eine Hube bei Lack gegen Abgabe von jährlich 40 Pfenigen.

Nos Chunradus dei gracia Frisingensis episcopus per presens scriptum notum facimus, quod Reinhardo tunc theloneario nostro et eius heredibus illam hubam sitam apud Lok quam quondam Weigandus eiusdem Reinhardi frater tenuit, contulimus in hunc modum, videlicet quod idem R. vel eius heredes nobis vel nostris successoribus quadraginta denarios Laybacenses persolvant annuatim. In cuius rei testimonium eidem R. et suis heredibus presentem paginam tradidimus nostri pendentis sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec apud Lok, anno domini M.CC.LXI., indictione IIII., octavo die intrante maio, istis presentibus domino H. de Pûtelpach canonico Frisingensi, Heinrico Vertingo, Bertoldo de Geboltspach, Rudolfo, Heinrico, Hermanno, Ottone notariis et capellanis, Wilhelmo officiali de Lok.

Cod. 191, f. 130', k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 28, Nr. 46; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 216, Nr. 208.

285. Viktring.

1261, 10. Mai, Sanneck. Gebhard von Seun(e)ke schenkt zu seinem Seelenheile dem Antons Spitale zu Bocksruck sein Bergrecht von einem Weinberg auf dem Berge Gůnzing, welchen Bruder Johann von Leo genannt Zaher erkauft hatte.

Anno ab incarnatione domini M.CC°.LXI°. dedimus nos G. de Sevnke quoddam jusmontanum ad hospitale Sti. Antonii in Puxruk, quod praefatum jusmontanum jacet in monte Gůnzing quod frater Johannes emit aput Leonem cognomine Zaher pro salute anime nostre seu parentum nostrorum. Ad hoc inducimus testes dominum Heinricum de Rabnsperg, Kunzonem de Lonck, Rudolfum de Turri, Ekkehardum et fratrem suum Wernherum de Sevnek, Romschůzel Ditmarum notarium et alios quam plures. Hoc actum est in stuba Sevnek proxima feria iiij post Johannis ante portam latinam.

Viktringer Copialbuch IV. f. 53'.

286. Freudenthal.

1261, 17. Juni, Laibach. Ulrich, Herzog von Kärnten, Herr von Krain schenkt dem Kloster Freudenthal seinen Besitz im Dorfe Topol sammt allem was dazu gehört.

In nomine domini amen. Cum sint breves dies hominis super terram, et memoria eius repente transeat velut umbra necessarium est, ut omnis actus dignus recordatione, beneficio scripturarum, que obliviosum defectum non sustinent, eternetur. Quare nos Vlricus dei gratia dux Karinthie, dominus Carniole, universorum presens scriptum intuentium noticiis inculcamus, quod de libera liberalitate fratribus ordinis Kartusiensis nostre fundacionis in Vrewentz bona nostra sita in villa Toppol, cum omnibus suis pertinentiis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, silvis, pratis, pascuis, viis, deviis, piscationibus, aquarum decursibus ac aliis iuribus omnibus donavimus imperpetuum possidenda. Et addicimus quod fratres dicte domus in Vrewentz omni ea gratia gaudeant et libertate, bonis in eisdem qua in bonis sibi per nos datis perfrui dinoscuntur. Ut autem nostra donacio robur obtineat perpetue firmitatis, ne etiam quis in posterum eandem donationem attemptet iniquis cavillacionibus et calumpniis immutare, presentem cartam scribi providimus et sigilli nostri karactere consignari, in evidens testimonium et cautelam. Testes autem sunt hii: Vlricus, comes de Sternberch, Heinricus et Herandus fratres predicatores de Petovia, Leopoldus, plebanus in Cyrknitz, Fridericus de Valchenberch, Rudgerus de Leibach, Chvnradus purkravius de Lunz, Marchwardus de Chvlm, Leo vicedominus, Otto de Landestrost, Heinricus de Pilchgrez, Gerlochus de Hertenberch, Pvtzlinus, Ysenricus, Gyselbertus, Ortlinus de Leibach, Pera officialis, et alii quam plures. Actum Leibach anno millesimo C.C.LXI., XV. kalendas julii feliciter amen.

Orig. im k. k. g. H.-, H.- und Staatsarchiv; Abschrift im steier. Landesarchiv in Graz Nr. 793.

287. Reun.

1261, 18. Juli, Marburg. Der steierische Landeshauptmann Wocho von Rosenberg bekundet das in allgemeiner Gerichtssitzung auf Grund von Zeugenaussagen erwiesene Eigenthumsrecht des Klosters Reun an der Burg Helfenstein. Unter den Zeugen: Heinricus de Scherpfenberch et frater suus dominus Leopoldus.

Orig. im Kl. Reun; Abschrift im steier. Landesarchiv Nr. 793c.

288. Spital am Semering.

1261, 22. August, Tainach. Ulrich Herzog von Kärnten schenkt dem Hospitale in Cerwalde 4 Mansen in Grauendorf. Unter den Zeugen: dominus Wilhelmus de Minchendorf.

Urkunde abschriftlich im Joanneumsarchive Nr. 794d.

289. Ortenburg.

1261, 23. August, Völkermarkt, Ulrich, Herzog von Kärnten, Herr von Krain, erklärt sich bereit dem Grafen Friedrich von Ortenburg, gegen seinen Bruder, Heinrich von Ortenburg, lebenslänglich beizustehen, bis sie sich gütlich vertragen, auch wolle er ihm nichts entziehen, was jener mit seiner Hilfe dem Bruder abgewinnen würde.

Nos Vlricus dei gratia dux Karinthie dominus Carniole notum esse volumus omnibus intuentibus presens scriptum, quod comitem Fridericum de Ortenburch dilectum nostrum super nostram gratiam recepimus per omnia adque fidem, promittentes sibi firmiter astare contra fratrem suum comitem Heinricum de Ortemburch quamdiu vixerimus pro viribus et pro posse, donec secum intraverit compositionem de singulis que habuerit agere contra eum nunc et in futurum secundum iusticiam vel amorem. Profitemur eciam, si dictus comes Fridericus infra gwerram quam simul habuerint occupaverit aliquas municiones sive bona fratris sui, per se vel nostro auxilio mediante, quod cum in hiis non tenebimur inpedire nec eadem de sua trahere potestate. In cuius testimonium ecce patentes litteras nostras damus sigillo nostro eciam consignatas. Datum in Volchemarcht anno domini M°.CC°.Lxj, in vigilia Bartholomei apostoli.

Orig. Perg. 1 Siegel, Geh. H.-Archiv; Fontes rer. Austr. I, II. Abth. (1849 S. 53, Nr. LI.

290. Aquileia.

1261, 24. Nov., Cividale. Gregor Patriarch von Aquileia und Ulrich Herzog von Kärnten schliessen einen Vertrag betreffend die Güter Aquileia's in Krain und Steiermark.

In nomine Christi amen. Anno a nativitate eius millesimo ducentesimo sexagesimo primo, quinte indictionis, apud Ciuitatem in camera patriarchali, die septimo exeunte mensis novembris, presentibus venerabili patre domino Alberto dei gratia episcopo Concordiensi et dominis G. . g . . . . (Ro)sacensi, W(e)celone Bellunensi abbatibus Johanne archidiacono et Asquino decano Aquilegensi, et Be-

rengero preposito Sancti Wolrici, magistro Johanne (de) Lupico domini patriarche scriptore, magistro Peregrino plebano de Mengospurch dicti G. patriarche capellano,[1]) et dominis Weceletto de Prata, Gabriele de Porcillis, Conone de Morucio, Bernardo de Cuccula, Johanne de Cucanea, Waltero Bertoldo de Spinemberch, Clycoio et Henrico fratribus de Mels, Asquino de Warmo, Matheo de Riuarotta, Ropreto de Budrio et domino Lodoico plebano de Leybaco et domino Ortulfo plebano de L.... st.... [2]) .... berch,[3]) Jacobo de Gotenberch, Warnero de Loch, Rodolino de Leybaco et Cholone filio domini Ottonis de Vinchenstain, testibus ad hoc vocatis et aliis multis. Humani (generi)s inimico qui bonum pacis per discordie seminarium semper et ubique impedit, ... (Aqui) legensis sedis patriarcham et dominum Vlricum illustrem (ducem) Carinthie diu viguit guerre discrimen per quod utrimque strages nominum, locorum interdicta et rerum dispendia provenerunt ..... cooperante illo, qui omnium bonorum est auctor, post circa ..... patriarcha et dux ad talem compositionem et concordiam amicabiliter devenerunt, videlicet quod ipse dominus Vlricus dux Carinthie pro dampnis, iniuriis et offensis ipsi domino G. patriarche et ecclesie Aquilegensi per eum illatis, libere precise et absolute dedit, tradidit et concessit eidem domino G. patriarche et per eum ecclesie Aquilegensi quicquid habebat vel habere videbatur circa silvas Pocenyer[4]) in Carsto et Foroiulii tam in castris quam in villis, prediis, delesmanis, servis et ancillis et aliis hominibus, possessionibus, advocatiis et aliis ..... feudatis et omnibus pertinentiis et iuribus eorum, preterea duas villas Vegaun et Oberen (!) quas ipse dominus dux iam diu ut dicebat monasterio in Vrehunz promittens etiam idem dominus dux eidem domino patriarche recipienti nomine suo et Aquilegensis ecclesie sub obligatione bonorum suorum et sub pena mille marcharum argenti sollempniter promissa et in stipulationem deducta castra, villas, predia, delesmanos, servos, ancillas et alios homines, possessiones et alia bona omnia supra dicta tam infeudata quam non feudata cum pertinentiis et iuribus omnibus eorum ob omni homine et qualibet persona defendere, manutenere et guarentare in iure, et quod si qua per bone memorie dominum Bernardum patrem eius illustrem ducem Carinthie vel per ipsum dominum Vlricum ducem

[1]) In der Copie steht castellano. — [2]) Landestrost. — [3]) Am wahrscheinlichsten Gerlochus de Hertenberch. — [4]) Oefele, die Grafen v. Andechs S. 200: Bazhart; in der weiter unten folgenden Urkunde Nr. 292 steht silva Pazimor.

de castris, delesmanis et aliis supradictis bonis alicui vel aliquibus obligata fuerint, debeat ea libere expedire dicto domino patriarche et ecclesie Aquilegensi usque ad festum beati Georgii proxime venturum, promittens etiam sub pena et obligatione predictis se facturum usque ad proximum festum beati Martini, quod dominus Phylippus frater eius dationi, traditioni et concessioni huiusmodi consenciet easque ratas habebit, et dedit eidem domino patriarche dominum Heinricum de Strassov ibi presentem pro nuntio, ut ipsum vel nuntium aut nuntios suos pro eo in tenutam et possessionem ponat omnium predictorum. Item dictus dominus dux reddidit et restituit libere in manu dicti domini patriarche omnia antiqua bona, castra et possessiones ecclesie Aquilegensis ubique per ipsum occupata et promisit reedificare castrum de Guerdeneche a proximo festo natali domini ad tres annos secundum quod erat prius et tam liberos quam servos Aquilegensis ecclesie qui fuerant in feudo ipsius castri statim ex nunc compelles redire ad iliud sub pena quingentarum marcharum argenti se ad hec obligando. Item libere, precise ac absolute dedit tradidit et donavit ad proprium prefato domino G. patriarche et per eum ecclesie Aquilegensi Leybacum cum omnibus pertinentiis et adiacentiis suis, bonis et hominibus, castris videlicet Gorcah, Hertenberch, Valchenberch, Ighe et Vrsperch, in silvis, pratis, campis, pascuis, montibus, planiciebus, paludibus, molendinis, aquis aquarumque decursibus, venationibus, piscationibus et aliis omnibus adiacentiis et iuribus omnibus ad Leybacum et castra, loca et bona predicta in integrum pertinentibus hoc siquidem modo quod dictus dominus dux et heredes sui legitime ab ipso descendentes et dictus dominus Phylippus frater eius et heredes sui legitimi et ex legitimo matrimonio ex eo geniti Leybacum cum omnibus pertinentiis et castris supradictis debeant hereditarie recipientes ea in feudo ab ipso domino patriarcha (et) ecclesia Aquilegensi, promittens se dictam donationem ratam habere et non contravenire ipsamque guarentare, manutenere et defendere in iure dicto domino patriarche et ecclesie Aquilegensi ab omni homine et qualibet persona ecclesiastica vel seculari sub pena decem millium marcharum argenti pro qua pena solvenda obligavit partem proprietatis sue tam in Leybaco quam in omnibus aliis locis et bonis suis ubicunque proprietatem habuerit vel videtur habere, et si procuraverit et fecerit, quod donatio ista fiat cum manu dicti fratris sui, dicta securitas decem milium marcharum cessabit, donatione ipsa firma nichilominus

remanente facta quoque per eundem dominum ducem donatione et traditione in manu ipsius domini patriarche recipientis pro se et Aquilegensi ecclesia de Leybaco cum omnibus pertinentiis et adiacentiis suis et hominibus, bonis et castris supradictis ipse dominus dux ibi presentialiter fecit iurare dominum Rudelinum castellanum de Leybaco ipsi domino patriarche fidelitatem sicut delesmanus domino suo, iurando nichilominus fidelitatem ipsi domino duci sicut vassallus domino suo, et promisit idem dominus dux quod simile iuramentum fiet per omnes delesmannos pertinentes ad Leybacum et castra et pertinentia supradicta, et dedit insuper dictum dominum Rudelinum pro nuntio suo ad ponendum nuntium vel nuntios ipsius domini patriarche eius nomine in tenutam et possessionem de Leybaco et pertinentiis ac castris supradictis et ad faciendum iurare sicut predictum est, omnes delesmanos predictos coram nuntio vel nuntiis supradictis quibus donatione et traditione ac iuramento receptis dictus dominus patriarcha investivit dictum dominum ducem pro se et heredibus suis omnibus legitime ab ipso descendentibus et pro dicto domino Phylippo fratre suo et heredibus eius legitimis et ex legitimo matrimonio ex eo genitis ad rectum (et legale) feudum de Leybaco cum omnibus pertinentiis suis et castris supradictis. Preterea memoratus dominus patriarcha pro bono pacis et concordie investivit sepedictum dominum dominum ducem pro se et heredibus suis legitime descenden(tibus ad rect)um et legale feudum de Crenenburch et tota iurisdicti(one Ma)rchie Carniole exceptis iurisdictionibus et dominio ex antiquo infeudatis, hoc tamen expresse et expressim dicto, quod ipse dominus dux nullam iurisdictionem habeat super bonis ecclesie Aquilegensis vel super hominibus aut bonis ministerialium (et) hominum ipsius ecclesie, nec ius forestarie petatur ab ipsis et exceptis etiam arimannis qui sunt circa Nidech et Lietberch et in partibus illis. Item ipse dominus patriarcha investivit dictum dominum ducem solummodo ad vitam ipsius tantum de Grez cum omnibus adiacentiis et pertinentiis suis tam infeudatis quam non infeudatis et de feudis que exciderunt ecclesie Aquilegensi per mortem domini Ottonis de Traberch et de feudis etiam aliis siqua excident vivente ipso domino duce in contrata Grez que omnia teneat et habeat ad vitam suam tantum, sive habuerit heredes sive non. Item promisit antedictus dominus patriarcha prefato domino duci mittere nuntium suum cum nuntio ipsius domini ducis ad curiam Ro-

manam et dare operam bona fide quod fiat dispensatio inter ipsum et dominam ducissam quam tenet, et hoc procurari debet in expensis dicti domini ducis, et si dicta dispensatio fiet vel non fiet et dicta domina ducissa sua spontanea et libera voluntate dederit ecclesie Aquilegensi castra, homines, possessiones et omnia bona sua que habet tam in Carniola quam in Marchia et rogaverit dominum patriarcham quod ipsum dominum ducem una cum eadem investiat de dictis castris, possessionibus et bonis, ipse dominus patriarcha debeat ea recipere et investire de ipsis dictum dominum ducem et prefatam dominam ducissam et heredes eorum communus, quos simul habuerit et tunc debet cessare donatio supradicta de Leibaco et investitura de Crenenburch et tota iurisdictio Marchie Carniole exceptis iurisdictionibus et dominio ex antiquo infeudatis et iurisdictione super bonis ecclesie Aquilegensis vel super hominibus aut bonis ministerialium et hominum ipsius ecclesie et iure forestarie ac arimannis supradictis sicut superius est expressum, debet fieri domino duci et domine ducisse et eorum heredibus, quos habuerint communiter et simul et antequam investitura huiusmodi fiat eis, ipsa domina ducissa faciet finem et refutationem domino patriarche et per eum ecclesie Aquilegensi de omni et quolibet iure si quid haberet vel videretur habere in Grec, Wippach et Arnesperch et tam ipsa quam dictus dominus dux recipient a domino patriarcha Grec in feudum ad vitam eorum tantum sive habuerint sive non habuerint heredes simul, et si huiusmodi donatio non fiet libere ut dictum est, per dictam dominam ducissam supradicta donatio de Leybaco remaneat firma et rata. Demum sepefatus dominus dux fide data in manu ipsius domini patriarche promisit se procuraturum et daturum operam bona fide, quod Grec et alia castra loca et bona omnia supradicta que post mortem suam redire et devenire debent ad dominium ecclesie Aquilegensis ad eandem ecclesiam et tenutam eius libere devoluantur et quod ponet in ipsis castris castellanos cum consilio domini patriarche, quibus cedentibus aut remotis, ponentur ibidem alii de consilio ipsius domini patriarche, qui quidem et ministeriales et burgenses omnes castrorum predictorum et locorum iurabunt corporaliter castra et loca servare ad honorem domini ducis in vita sua et post mortem eius consignare et restituere ea domino patriarche et ecclesie Aquilegensi et dicti castellani ac ministeriales et burgenses requisiti per dominum patriarcham vel nuntios eius iuramentum huiusmodi de quolibet

triennio in triennium teneantur et debent renovare. Promisit insuper dictus dominus, quod ministeriales et homines de Grec conservabit in iuribus a bone memorie domino Ber. patriarcha concessis eisdem et quod aliqua de bonis ecclesie Aquilegensis vel feudis que iam exciderunt vel forsan excident in vita sua in loco de Grec et pertinentiis eius neque investiet neque alienabit, nisi forte tantummodo ad vitam suam. Quibus omnibus peractis supradictus dominus dux iuravit fidelitatem dicto domino patriarche sicut vassalus domino suo. In cuius rei memoriam et stabilem firmitatem memorati domini patriarcha et dux duo inde instrumenta similia confici et quodlibet eorum utriusque sigillo pendenti (commu)niri iusserunt.

(S. N.) Ego Johannes de Lupico sacri imperii publicus notarius hiis omnibus presens interfui rogatus et de mandato supradictorum dominorum patriarche et ducis (du)o scripsi similia instrumenta in formam publicam reducendo.

Orig. Pgt. an mehreren Stellen lückenhaft und durch Moder entstellt, 2 angehängte Siegel ausgerissen, Archivio di Frari zu Venedig.[1])

291. Aquileia.

1261, 30. November, Cividale. Gregor Patriarch von Aquileja ernennt seine Vollmachtträger zur Uebernahme der von Herzog Ulrich von Kärnten an das Patriarchat gegebenen Stadt Laibach und anderer genannter Schlösser, und genehmigt die Bürgschaften genannter Adeliger betreffs Zahlung von Vertragsgeldern durch den Herzog.

In nomine domini amen. Anno ejusdem M.CC.LXI., indictione quarta, die ultimo mensis novembris, presentibus dominis Hortolfo capellano et Leutoldo scriba domini Vlrici ducis Karinthie, Jacobo de Gůtemberch, Wernerio de Loch, Růthilino[2]) de Laibach, Waltero dicto Hungaro de Stayn et aliis, coram dicto domino Vlrico dei gratia illustri duce Karinthie et eo volente et rogante, et coram dominis Berengerio preposito Sancti Volrici et Ropretto de Budrio procuratoribus domini Gregorii dei gratia venerabilis patriarche Aquilegensis, ut continebatur quodam instrumento publico confecto manu Johannis de Lupico notarii ejusdem domini patriarche ejusque sigilli cerei

[1]) Befand sich bis 1868 in Wien im Staatsarchive. Die Lesung erleichtert eine beiliegende Copie des 18. Jahrhundert. — [2]) Copie: Cůthilino.

pendentis munimine roborato, integro et illeso cujus tenor talis erat.

In nomine Christi amen. Anno a nativitate ejus M.CC.LXI. quarte indictionis, apud Ciuitatem in anticamera patriarchali, die vero quinto exeunte mensis novembris, presentibus domino Alberto dei gratia episcopo Concordiensi et domino Wecellone abbate Belliniensi et dominis Johanne de Cucanea, Waltherobertoldo de Spenimberch, Matheo de Riuarotta et Squarzutto de Top testibus ad hoc vocatis et aliis, venerabilis pater dominus Gregorius dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha pro se et suo nomine et nomine Aquilegensis ecclesie fecit, constituit et ordinavit magistrum Berengerum prepositum Sancti Wlrici et dominum Roprettum de Budrio presentes et mandatum suscipientes suos certos nuntios et procuratores ad recipiendum et intrandum ipsius domini patriarche et ecclesie Aquilegensis nomine tenutam et corporalem possessionem de Laibaco cum omnibus pertinentiis et adjacentiis suis, et bonis et domibus, et de castro Nidek, Gorizach, Hertemberch, Valchenberch .....[1]) et Vrsiberch[2]) et de omnibus juribus ad Laibachum, et castra, loca et bona predicta pertinentibus in integrum, que omnia supradicta nobilis dominus Vlricus dux Karinthie dicto domino patriarche recipienti pro se et ecclesia Aquilegensi libere, precise et absolute ad proprium tradidit et donavit et ad recipiendum nomine ipsius domini patriarche et ecclesie Aquilegensis juramentum fidelitatis ab omnibus delesmanis pertinentibus ad Laibachum, et castra et loca et pertinentia supradicta, item ad recipiendum et intrandum dicto nomine tenutam et possessionem de Gretz cum pertinentiis et juribus suis, et ad recipiendum corporale juramentum a castellanis, ministerialibus et burgensibus predictorum castrorum et locorum quod predicta castra et loca in vita ipsius domini ducis servabunt ad honorem ipsius, et post mortem ipsius domini ducis resignabunt et restituent ea domino patriarche et ecclesie Aquilegensi prout in compositionis habite inter dictum patriarcham et memoratum dominum ducem instrumento publico continetur, et ad recipiendum juramentum dicti domini patriarche et ecclesie predicte nomine a decem fidejussoribus quos posuit et dedit dictus dominus dux eidem domino patriarche pro mille marchis Aquilegensis monete certis sibi terminis persol-

[1]) Bianchi an dieser punctirten Stelle: Iglom. — [2]) Bianchi: Urusperch.

vendis, prout in compositionis facte inter eosdem dominos patriarcham et ducem predicto etiam instrumento publico continetur promittens dictus dominus patriarcha suo et Aquilegensis ecclesie nomine se ratum habiturum et firmum quidquid ad utilitatem ipsius et ejusdem ecclesie Aquilegensis in premissis et circa premissa dicti procuratores duxerint faciendum. In cujus rei testimonium memoratus dominus patriarcha instrumentum predicti procuratorii fecit sui sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Johannes de Lupico sacri imperii publicus notarius hiis presens interfui et de mandato supradicti domini Gregorii patriarche Aquilegensis scripsi in formam publicam reducendo.

Domini Fridericus de Valchenberch et Gerloch de Hertinberch et Chunradus filius domini Wernerii de Loch et Ortulfus de Menchaspurch et Otto de Aurisperch quilibet eorum pro centum marchis Aquilegensis monete constituerunt et obligaverunt se et bona eorum fidejussores esse pro ipso domino duce eisdem procuratoribus recipientibus procuratorio nomine pro domino patriarcha predicto et ejus successoribus promittentes facere solui dicto domino patriarche vel ejus successoribus dictam pecuniam per eundem ducem in quatuor terminis statutis, quorum unus est in Pentecoste proxime ventura, et alius est in festo beati Jacobi et tertius in festo beati Michaelis et quartus in festo beati Martini proximis subsequentibus ut continetur in quodam instrumento publico facto manu Johannis de Lupico notarii sub anno domini M.CC.LXI., quarta indictione, die VII. exeunte novembri etc.[1]) Et si dictus dominus Vlricus dux prefatam pecuniam totam non soluerit in dictis quatuor terminis prefato domino patriarche vel ejus successoribus, dicti domini Fridericus, Gerloch, Conradus, Ortulfus et Otto fidei jussores juraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia, quilibet eorum octavo die post quemlibet ipsorum terminorum si pecunia in quolibet termino non fuerit persoluta, intrare Loch et inde non exire nisi ipsa pecunia solvatur integre ipsi domino patriarche vel ejus successoribus, preter dominum Conradum qui juravit intrare Villacum vel Ciuitatem.

Ego Petrus filius domini Henrici burgensis de Leuben publicus imperiali auctoritate notarius presens transcriptum ex publico instrumento sumptum de verbo ad verbum fideliter scripsi, ipsum transcriptum cum publico instrumento coram infrascriptis testibus con-

[1]) Die Urk. vom 24. November, oben Nr. 290.

cordare inveni, in formam publicam redegi et signum meum apposui et ut ipsi transcripto plena fides habeatur, venerabiles viri domini Guido decanus, canonici et capitulum ecclesie Ciuitatensis et nobiles viri Johannes Ribissini gastaldio, consilium et commune Ciuitatis Austrie coram quibus presens transcriptum extitit publicatum, eidem apponi eorum sigilla pendentia mandaverunt.

Actum in capitulo majoris ecclesie Ciuitatensis, anno dominice nativitatis M.CC.LXII, indictione X., die prima junii.

Aus Original im Capitelsarchiv zu Udine in Handschrift Bianchi's im steier. Landesarchiv; Zahn, Austro-Friulana in Fontes rerum Austriacarum XL. Bd. p. 5—7 Nr. 3; Bianchi, im Arch. f. K. öst. Gqu. 21. Bd. (1859), 406, Nr. 268.

292. Aquileia.

(1261), ... Aufzeichnung über den Inhalt des Friedensvertrages, welcher zwischen Gregor Patriarchen von Aquileja und dem kärntner Herzoge Ulrich im J. 1261 vereinbart worden war. (Convenciones et certe confederaciones sub titulo pacis inite inter reverendissimum Gregorium patriarcham Aquilegensem et illustrem dominum Vrlicum ducem Carinthie pro se et fratre suo domino Philippo.)

Item in M.CC.LXI. constat eundem dominum Vrlicum ducem Carinthie pro se et dicto fratre suo inter cetera dedisse libere et perpetualiter ipsi domino Gregorio patriarche recipienti pro se et successoribus suis et nomine dicte ecclesie benedicte Aquilegensis quicquid habebant et habere videbantur circa silvas Pazimor in Carsto[1]) et Foroiulii tam in castris quam in villis, prediis, delesmannis, servis et ancillis et aliis hominibus, possessionibus et avochaciis et aliis bonis omnibus tam feudatis quam non, et omnibus bonis et pertinentiis eorundem, preter duas villas, scilicet Vigonaf (!) et Olerem quas donaverat abbacie de Milistath, et eidem domino patriarche promisit eluere omnia et singula que ei donaverat ut supra, et hoc pro dampnis datis et illatis ipsi ecclesie Aquilegensi.

Item restituisse eidem domino patriarche (per) eundem dominum ducem omnia bona antiqua et castra ecclesie Aquilegensis ubicumque per eum forent occupata, promisisse quoque reedificare castrum Vuardeneche, atque dedisse et donasse castrum de Laybach

[1]) In fontes r. A. 40. B. steht: Castro.

cum omnibus suis pertinenciis et castris, videlicet Gorzach, Ertimberch, Valchimberch, Iglein et Ursperch cum eorum iuribus, hoc siquidem modo quod dictus dominus dux et heredes sui legitimi ex ipso descendentes et dictus dominus Philippus frater eius et heredes sui legitimi ex legitimo matrimonio ex eo geniti Laybacum cum castris supradictis hereditarie debebat recepisse, et veluti vasalli in feudo ab ipso domino patriarcha et ecclesia Aquilegensi, promisisse quoque de eviccione bonorum predictorum, et obligasse in speciali proprietatem tam in dicto Laybacho quam in omnibus castris supradictis et iuribus eorum, et sic ibidem fuit investitus ipse dominus dux Vrlicus per ipsum dominum patriarcham de Laybacho et castris supradictis, solum habendis et tenendis iure feudi predicti pro se et heredibus suis ex eis legitime descendentibus. Ceterum ipse dominus dux promisit quod statim eo mortuo sine heredibus ex eo descendentibus et fratre eius similiter, quod statim Laybacum et castra supradicta restituerentur ipsi ecclesie qualibet defensione cessante, et quod dicti habitatores de Laybaco et sui officiales in dictis castris aliis per sacramentum facere hoc tenerentur, et nomine ecclesie Aquilegensis dicta loca tenere, nullamque concessionem alicue persone ipsi domini ducis facerent de dictis bonis vel ipsorum parte, nisi solummodo in quantum in ipsos et eorum heredes permanserint, et pro eis attendendis sub pena mille marcarum argenti fideiussores prestitit, ut in dicto instrumento plenius continetur.

Zahn. Austro-Friulana in Fontes rerum Austriacum. 40. Band. S. 315· — 316. Vrgl. oben die Urkunden Nr. 290 und 291.

293. Aquileia.

1261, nach 30. November, ... Aufzeichnungen über die Besitzergreifung von Laibach durch die Bevollmächtigten des Patriarchen Gregors infolge seines Friedensschlusses mit Herzog Ulrich von Kärnten. (Ingressus et induccio in tenutam Laybaci et castrorum superius nominatorum.)

Item in M.CC.LXI. dominus Rotilinus castellanus castri Laybacensis nuncius tenute datus a domino Vrlico duce Carintie supradicto eidem reverendissimo patri domino Gregorio patriarche de predictis castris et locis Laybaci et castrorum superius nominatorum, dominos Berengerium prepositum Sancti Vrlici et Ropertum de Budrio procuratores ad hoc constitutos a dicto domino patriarcha, re-

cipientes vice et nomine eiusdem domini patriarche et sancte ecclesie Aquilegensis in tenutam et possessionem corporalem induxit et imposuit, in quo quidem signo vere possessionis claves dictorum castrorum tradidit atque dedit in manibus dictorum procuratorum.

Fontes rer. Austr. 40. Bd. S. 316 — 317; — Zahn, Beitr. z. K. st. Gq. (1870) VII. Heft S. 110.

294. Aquileia.

1261, ... , ... Sacramenta prestita fidelitatis per Laibacenses et castellanos et habitatores dictorum castrorum.

Item in dicto millesimo domini fratres . . . . de Valchemberch et Gerloch de Ortimberch (!) et Otto (de) Houuersperch et Conradus frater condam domini Varnerii de Loc iuraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia dictis dominis procuratoribus recipientibus nomine supradicto fidelitatis omagium, veluti delesmanni et ministeriales ecclesie Aquilegensis tenentur ad facere consueverunt.

Zahn Beitr. z. K. st. Gq. VII. Bd. S. 110; Fontes rer. Austr. 40. Bd. S. 317.

295. Sittich.

1261, 8. December, ... Gregor Patriarch von Aquileja inserirt und bestätigt unter Anhängung seines Patriarchensiegels dem Kloster Sittich die Urkunde über die Incorporation der Pfarre St. Peter im Sannthal, welche er vor erlangter päpstlicher Bestätigung am 13. März (21. Dezember) 1256 ausgestellt hatte.

GREGORIUS Dei gratia sanctae Aquilejensis sedis patriarcha, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Siticensis Cisterciensis ordinis Aquilejensis dioecesis salutem et benedictionem in Domino. Ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, quod cum nos olim animae nostrae salutem considerantes humiliter in speculo mentis nostrae — sub sigillo nostro electi in patriarcham quoddam privilegium cujus tenor de verbo ad verbum talis est:

Nos Gregorius Dei et apostolica gratia sanctae sedis Aquilejensis electus. Universis tam praesentibus quam futuris, rei gestae memoriam. Dignum Deo praestare obsequium, et animae nostrae credimus procurare profectum, si pia subditorum nostrorum vota favore benigno prosequamur, et loca religiosa, praecipue in quibus ipse Deus, cujus sunt obsequiis dedita, magnificentius honoratur, nostris intendimus beneficiis ampliare. Hinc est, quod tenore praesentis pa-

ginae tam ad praesentium, quam ad futurorum notitiam volumus pervenire, quod nos salutem animae nostrae considerantes humiliter in speculo nostrae mentis, et ad monasterium Siticense Cisterciensis ordinis, quod per violentiam malignantium multiformes tempore nostro laesiones et gravia damna sustinuit, ex fragilitate nostrae considerationis respectus habentes ecclesiam Sancti Petri in Sevntal ad nos nullo medio pertinentem, cum iuribus et pertinentiis suis dilectis filiis, abbati et conventui ejusdem monasterii, et per eos ipsi monasterio per nos et successores nostros pro nostrae ac eorundem successorum nostrorum animarum remedio in perpetuum de piae provisionis gratia duximus conferendam. Ita quod abbas et conventus dicti loci, qui pro tempore fuerit, pro nobis et successoribus nostris apud Deum suis orationibus intercedere teneantur, et anniversarium annis singulis perpetuo solemniter celebrare. . . . Statuentes, ut de bonis ecclesiae predictae vicario[1]) ibidem perpetuo servituro pro sustentatione sua, et supportandis ipsius ecclesiae oneribus assignent congruam portionem; de reliquis vero bonis ejusdem ecclesiae fratribus memorati conventus quolibet die sabbati ob reverentiam gloriosae virginis Mariae perpetuo in majori mensura vini, et quarta parte formagii ad consolationis pabulum temporibus debitis serviatur, iure tamen cathedratico nobis et ecclesiae nostrae plenius reservato. In cujus rei evidentiam et stabilem firmitatem praesens privilegium scribi fecimus et nostri sigilli pendentis munimine communiri. Datum per manum magistri Nicolai de Lupico plebani de Tricesimo scriptoris nostri apud Civitatem Austriam, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, xiiij indictione, die xiij. intrante martio[2]) duximus concedendum, illud sub sigillo nostro patriarchali reficere curaremus.

Nos igitur vestris devotis supplicationibus benignius annuentes, quod per nos in hac parte actum est corroborantes ac etiam confirmantes, praesentes litteras inde fieri jussimus, et sigilli nostri patriarchalis pendentis munimine communiri. Datum viij. intrante decembris, anno Domini millesimo. CC.LX.J. IIIJ. indictionis.

Aeltere Copie Papier im Rudolfinum zu Laibach.

---

[1]) Vergleiche hier den Satz mit der oben S. 182, Nr. 229 abgedruckten Urkunde. — [2]) Vergleiche das aus Puzel geschöpfte Datum in der Quellenangabe zur Urkunde Nr. 229 oben S. 183.

296. Freising.

1261, 27. Dec., Viterbo. Papst Urban IV. überträgt die Entscheidung des Streites zwischen Mag. Heinrich, Chorherrn von St. Andrä zu Freising, und dem Bischofe von Lavant um die Kirche St. Peter a. Kammersberge dem Archidiakon Ludwig von Krain.

Vrbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio arcidyacono Marchie et Carniole Aquilegensis diocesis salutem at apostolicam benedictionem. Sua nobis dilectus filius H. canonicus ecclesie sancti Andree Frisingensis peticione monstravit, quod cum ipse ad ecclesiam de sancto Petro a venerabili fratre nostro . . . episcopo Frisingensi vero patrono ipsius venerabili fratri nostro . . . archiepiscopo Salzburgensi loco diocesani[1]) fuisset canonice presentatus, venerabilis frater noster . . episcopus Lauentinus ac eius vikarius institucioni sue contra iusticiam se opponunt. Ideoque discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis quod canonicum fuerit appellacione remota decernas, faciens quod decreveris auctoritate nostra firmiter observari, testes autem qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Viterbij. VI. kalend. januarii, pontificatus nostri anno primo.

Aus dem Gerichtsacte des Archidiak. Ludwig, ddo. 1262, 6. — 7. Oct., (Laibach) (Nr. 222), vgl. diesen, und dann Meichelbeck II./1, 56.; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 217, Nr. 210.

297. Sittich.

1261, ... , ... Ulrich, Herzog von Kärnten kauft von Vicedom Weriand[2]) gewisse klösterliche Güter um 32½ Mark ab.

1261. Idem dux (Vlricus) redemit ut in instrumentum est: quaedam monasterii praedia pro 32 marcis et dimidia a vicedomino Berjando.

Puzel, idiogr. mon. Sittic. pg. 34.

298. Freudenthal.

1262, 23. Febr., Pfarrhaus St. Peter zu Laibach. Ulrich, Herzog von Kärnten, Herr von Krain schenkt den Adrian Marko und einen Hofraum in Laibach mit voller Freiheit von Gerichtsbarkeit und Steuern dem Kloster Freudenthal.

[1]) In der Abschrift bei Zahn steht: loci diocesano. — [2]) Vergl. S. 212 wo 1260 Weriandus vicedominus als „quondam" erwähnt wird.

Nos Vlricus dei gratia dux Karinthie, dominus Carniole tenore presencium scire cupimus universos, quod nostre anime ob salutem Adrianum cognomine Markonem et unam aream in Laibaco, fratribus fundacionis nostre in Vrewntz omni eo iure, quo freti sumus actenus in eisdem, donavimus libere et inperpetuum possidendam, ita tamen, quod dictus Adrianus, cum area supradicta sit liber et exemptus, ab omni iudiciaria seu exactoria potestate, videlicet quod nec vicedominus, nec iudex, neque exactor, cum eorum suffraganeis predictos fratres tam in homine predicto quam etiam in area, stewre vel ullius exaccionis nomine debeat molestare. In cuius libertatis et exemptionis testimonium, presentem litteram eis donamus. Testes autem sunt Ortolfus de Gurkuelde, Otto et Herbordus fratres de Owersperch, Rudlinus castellanus in Laybach, Leo vicedominus, Nicolaus scolasticus et alii quamplures. Actum aput beatum Petrum in domo plebani, anno Domini M°C°L°X°I°, VII° kalendas marcii.

Aus einer Conf. Urk. Herz. Albr. ddto. 1349 Wien 13. Nov. im geh. Haus- und Hof-Archiv zu Wien, abschriftlich im Rudolfinum zu Laibach.

299. Freising.

1262, 16. April, Lack. Die Gebr. Wernher, Konrad und Jacob von Lack rechtfertigen sich gegen Bischof Konrad von Freising wegen der gegen sie erhobenen Klagen, zu deren Austragung er seinen Notar Heinrich nach Krain gesendet hatte.

Metuendo eorum domino et dilecto Ch. venerabili episcopo Frisingensi Wernherus, Chunradus et Jacobus fratres de Lok sui fideles et devoti castellani fidele servicium cum reverentia et honore. Inmensas graciarum acciones vobis referimus pro eo quod vestra dominatio dignata fuit magistrum Heinricum vestre curie notarium ad partes Carniole dirigere ista vice, ut nobis omnes excessus nostros facie ad faciem obiceret quos in vobis et vestris hominibus exercere debuimus post recessum vestrum, et licet teste deo simus et fuerimus semper innocentes, quod unquam confessi fuerimus coram domino duce Karinthie vel alibi, quod castrum vestrum Lok aut fuerit vel progenitorum nostrorum feodum, vel quod ius illud quod in wlgari chuppel et forstreht sonat, nobis attribuamus vel attribuerimus nobis unquam aut ascribere velimus nobis, vel quod illud unquam confiteamur quod quilibet hominum vestrorum nobis debeat ducere saumam vini, et quamvis etiam super hiis omnibus incredibilibus

nos proprium nostrum sacramentum expurgaverit, noluimus tamen carere quin etiam dominus noster dux Karinthie et eius consiliarii tanquam iurati coram prefato vestro notario nos laudabiliter expurgarent. Insuper invocamus testimonium Jesu Christi, quod siqua dampna vel gravamina sunt vobis vel vestris hominibus illata per nostros homines, quod illa nunquam de mandato nostro vel voluntate nostra processerunt, immo doleremus medullitus si huiusmodi mala per nostros fierent servientes, et siqua facta sunt quod absit, illa non solummodo in vestri nuncii presencia immo etiam in adventu vestro proximo volumus emendare atque semper vos pro domino nostro revereri. Preterea trevgas quas memoratus magister H. vestro nomine inter nos et officialem vestrum de Lok confirmavit, ratas et firmas volumus donec ad adventum vestrum proximum observare atque alia omnia facere et procurare per que vester favor et gratia circa nos augmentari poterit et per que vestra utilitas et honor poterit procurari, Et in huius nostre expurgationis, innocentie et promissionis evidentiam et in confirmationem treugarum quas ad preces et mandatum vestrum officiali vestro de Lok usque ad proximum ad nos adventum vestrum dedimus, non solum nostro sigillo verum etiam domini Ch. purkgravii de Lůntze et sepedicti magistri H. sigillis petivimus roborari. Acta sunt hec apud Lok, anno domini M.CC.LXII., in octava Pasche istis presentibus domino Ch. purkgravio de Lůntze, domino Alberto de Werdenburch, domino Jacobo de Gůtenberch, domino Gebhardo de Gůtenowe, domino Vlrico de Veitzt pro parte nostra, pro parte adversa Leonhardo, Rablino, Paumanno, Wernhero, Wulfingo, Walthero theloneario, sententiatore, nuncio, camerario, walputone et eius filiis et aliis quam plurimis civibus et scultetis.

Aus Vidimus weiter unten v. 1269, 13. Sep., ... vgl. dieses; Meichelbeck II./2, 62, in Nr. 98; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 219, Nr. 212.

300. Freudenthal.

1262, 23. Juni . . . . . U. Prior der Karthause Seitz bekundet, dass mit Zustimmung des Convents der Karthause Freudenthal zwei Huben zu Thopol unter der Bedingung überlassen werden, dass zu Freudenthal aljährlich eine der noch fehlenden Mönchszöllen errichtet werde.

Nos V. Vallis sancti Johannis prior dictus Carthusiensis ordinis, notum facimus universis presentem paginam inspecturis, nos de expressa voluntate et consensu totius nostri conventu dedisse et con-

cessisse in perpetuam elemosinam domui Vallis iocundi in Vröunitz duos mansos sitos in villa adiacenti ville Thopolac quos antea dominus Heinricus de Serphenberc nobis dederat tam in elemosinam quam pro quibusdam offensis dedimus inquam tali conditione et pacto, quod W. prior dicte Vallis jocunde obligavit se ad faciendam unam cellam ibidem singulis annis quousque cellarum numerus totaliter sit perfectus. Ita tamen quod dicta domus Vallis sancti Johannis dictos mansos sine contradictione aliqua sicut ante habuerat rehaberet. In cuius rei testimonnium et perpetuam memoriam nos dicto W. priori presentem cedulam dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno domini M.CC.LX secundo, in vigilia nativitatis beati Johannis baptiste.

Urk. im k. k. H.-, H.- und Staatsarchiv nach der Copie im Rudolfinum zu Laibach.

301. Sittich.

1262, 17. August, im neuen Schloss (Apfalter) an der Save. Ulrich Herzog von Kärnten bekundet, dass Frau Alheydis die Schwester Ortolfs von Gurkfeld dem Kloster Sittich, in welchem sie den Begräbnisort für sich und ihre Mutter erwält hatte, vier Huben zu Erlach nächst Forst geschenkt habe.

Nos Ulricus Dei gratia dux Carinthie, dominus Carniolae, ad notitiam universorum praesens scriptum intuentium cupimus pervenire, quod domina Alheydis, soror domini Ortulfi de Gurkevelde, 4 mansos sitos in villa, quae dicitur Erlach apud Vorste,[1]) quos dicta domina Alheydis apud dominam Truttam sororem d. Chunradi quondam de Ecclesia st. Mariae dignoscitur separasse, cum omnibus suis pertinentiis et juribus, ecclesiae Sitticensi, in qua eadem Alheydis cum matre sua sibi elegit ecclesiasticam sepulturam, justo proprietatis titulo donavit in perpetuum possidendos, suae animae ob remedium et salutem, ut ex dictorum mansorum fructibus ipsarum dominarum tam in orationibus, quam etiam in aliis bonis operibus a fratribus in dicto monasterio, deo jugiter famulantibus aeterna memoria habeatur. Et ut ipsa donatio robur teneat perpetuum firmitatis, nos defensores saepe dicta domina constituit et elegit, ipsi monasterio ad cautelam, in signum majoris securitatis predicto monasterio praesentem literam sigilli nostri munimine (roboratam)[2])

[1]) Erlach = Jelša, Pfarre Haselbach; Forst = Boršt, Pfarre Zirkle, beide an der Gurk nahe bei einander.

[2]) Fehlt in der Copie.

concedentes. Testes autem hujus rei sunt: dominus Ortulphus noster capellanus, dominus Chunradus Dunze, dominus Heinricus de Lutzlinger, Leopoldus liber de Sewneck, Henricus de Silberberch, Lazarus de Predwor [1]) et curia nostra tota. Actum apud novum castrum circa Sowam, anno domini MCCLXII. in octava st. Laurentii.

Marian, Austria Sacra VII, 321, Nr. 9.

302. Seitz.

1262, 1. September, ... Gebhardus, Ulricus et Lwpoldus fratres de Lengenberch schenken dem Kloster Seiz 5 Huben nächst Srennowiz und eine Hube zu Sachsenfeld. Unter den Zeugen: Otto de Miltenberch, plebanus de Bonikil.

Orig. Prgt. steierm. Landesarchiv, Nr. 801.

303. Freising.

1262, Anfangs Sept., Laibach. Ludwig Archidiakon von Krain beauftragt den Abt von St. Lambrecht mit der Vorladung des Bischofs von Lavant und dessen Vicars zu St. Peter (am Kammersberge) vor sein Gericht nach Laibach, da er die Streitfrage um diese Kirche infolge päpstlichen Auftrags zu entscheiden habe.

Lvdwicus permissione divina arcidyaconus Carniole et Marchie, plebanus ecclesie Laybacens(is Aquile)gensis diocesis befiehlt dem Abt von St. Lambrecht mit Berufung auf das Breve Pabst Urbans IV. ddo. 1261, 27. Dezember, Viterbo, quatenus dictum venerabilem episcopum Lauentensem ac eius vikarium quem apud ecclesiam Sancti Petri idem episcopus instituit proxima sexta feria post festum beati Michahelis nunc venturum, proximo ante meam presentiam citetis apud Laybacum in plebe circa horam terciam coram (me) per se vel per procuratorem legittimum prefato Heinrico super dicta plebe sancti Petri legittime responsuros. Datum apud Laybacum anno domini M.CC.LXII.

Orig., Pgt., mit einer Anzahl grösserer und kleinerer Lücken, angehgt. Siegel abgerissen; k. Reichsarchiv zu München. Ebend Cod. 191. f. 126, Meichelbeck II./2. 35, Nr 58. Gedruckt: Cod. dip. Austriaco Frisingensis I, 224, Nr. 215.

304. Freising.

1262, 11. Sept. Wien. Konrad Bischof von Freising, bekundet, dass Mag. H. Chorherr von St. Andrä zu Freising den bischöflichen Kaplan Konrad zu seinem Sachwalter in dem Streite mit dem B. von Lavant um die Pfarre St. Peter am Kammersberge bestellt habe.

[1]) Marian: Bexredwor.

C. dei gracia Frisingensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus salutem in omnium salvatore. Ad noticiam omnium quorum interest, cupimus pervenire, quod dilectus nobis magister H. canonicus sancti Andree nostre civitatis prothonotarius noster in presentia nostri constitutus magistrum Chunradum canonicum sancti Viti eiusdem civitatis capellanum nostrum exhibitorem presentium fecit, constituit sev ordinavit suum procuratorem in causa quam idem coram honorabili viro .....archidiacono Laybacensi iudice a sede apostolica delegato movet seu movere intendit super ecclesia Sancti Petri Salzburgensis diocesis sita in fundo ecclesie nostre iuxta provinciam seu districtum qui wlgo dicitur Longawe contra venerabilem in Christo fratrem dominum electum ecclesie Lauentine et vikarium ipsius ecclesie Sancti Petri, dans sibi liberam potestatem et mandatum speciale pro se standi in iudicio, agendi, defendendi, respondendi, excipiendi, replicandi, libellum offerendi, litem contestandi, quodcumque genus iuramenti in animam suam prestandi testes et instrumenta producendi, sententiam diffinitivam audiendi, appellandi quociens et quando viderit expedire, alium procuratorem pro se nomine suo in quacunque parte litis constituendi vel substituendi ipsumque revocandi et omnia alia faciendi que potest ac debet facere verus et legittimus procurator, ratum habiturus sub ipoteca rerum suarum quicquid per eundem C. suum procuratorem constitutum vel substitutum ab eo suo nomine fuerit ordinatum, et hec omnibus quorum interest, voluit esse nota. In horum evidentiam presens scriptum dictus magister H. nostri sigilli munimine et sui ipsius petiit roborari. Datum Wienne, III. idus septembris, anno domini M.CC.LXII.

Aus dem Gerichsacte des Archidiak. Ludwigs ddo. 1262, 6.—7. October, (Laibach) (Nr. 222); vgl. diesen und Meichelbeck II./2, 34. Nr. 56; Zahn, Cod. dipl. Austriaco-Frisingensis I, 225 — 226, Nr. 217.

305. Freising.

(1262. Mitte Sept., ...) Vicar Wernher von Welz benachrichtiget den Archidiakon Ludwig von Krain von der Zustellung der Vorladungen an den Vicar von St. Peter (am Kammersberge) und den Bischof von Lavant in dem Streite des Letzteren mit Mag. Heinrich Chorherr von st. Andrä zu Freising, betreffs der Pfarre St. Peter.

Venerabili viro domino ..... archidiacono Laybacensi iudici a sede apostolica delegato Wernherus viceplebanus in Welze

paratam ad obsequia voluntatem. Presentibus profiteor in virtute obediencie requisitus dico, quod vicarius in ecclesia Sancti Petri vestram recepit citationem literasque vestras idem vicarius assignavit Kheffingerio canonico et cellerario Salzburgensi procuratori domini electi Lauentensis quod idem procurator michi retulit viva voce. Intellexi eciam certissime, quod vestra citatio pervenit ad aures domini electi Lauentensis. In huius rei argumentum presentem cedulam meo sigillo consignavi.

Cod. 191, f. 127, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II/2, 36, Nr. 59; Zahn Cod. Fris. I., 226—227, Nr. 218.

306. Freising.

1262, 6—7. Oct., (Laibach). Ludwig Archidiakon von Krain entscheidet als päpstlich delegirter Richter in dem Streite zwischen Mag. Heinrich, Chorherrn von st. Andrä zu Freising und dem Bischofe von Lavant betreffs der Pfarre St. Peter am Kammersberge.

Anno domini M.CC.LXII., pridie nonas octobris. Nos Ludwicus archidiaconus Carniole et Marchie iudex a sede apostolica delegatus in causa sive lite quam movet magister Heinricus canonicus sancti Andree Frisingensis contra venerabilem dominum electum Lauentinum ac eius vicarium super ecclesia Sancti Petri Salzburgensis diocesis in termino peremptorio partibus prefixo presedimus iudicio circa vesperam in ecclesia sancti Nicolai apud Laybacum ibique coram nobis lectum est rescriptum domini apostolici nobis directum in hec verba:

Folgt nun das Breve Pabst Urban IV., ddo. (1261), 27. Dec. Viterbo (Nr. 296.)

Quo perlecto ex parte dicti magistri H. comparuit magister Chunradus canonicus sancti Viti Frisingensis gerens se pro procuratore ipsius exhibens procuratorium signatum sigillo venerabiiis patris et domini C. Frisingensis episcopi ac eiusdem magistri H. in hec verba:

Folgt nun die Urkunde Bischof Konrads II. von Freising ddo. 1262, 11. Sept., Wien (Nr. 304).

Prefato itaque magistro C. habito a nobis pro sufficienti procuratore ac legittimo probatoque ab eo testibus idoneis ac aliis legittimis documentis, quod predictus dominus electus et suus vikarius peremptorie sunt citati ad terminum prefixum et locum in ecclesia

sua Lauentensi per litteras nostras ibidem publice lectas coram canonicis eiusdem ecclesie, et quod nostra citatio pervenit ad ecclesiam Sancti Petri de qua questio vertitur, quod etiam ad aures ipsius domini electi tempore congruo hec omnia devenerunt, idem procurator petiit a nobis ut cum ex parte adversa nullus appareret legittimus defensor immo nec simplex nuncius, eam contumacem reputare merito deberemus. Nos vero equitatem secuti ipsam partem usque in diem sequentem decrevimus potius expectandam diem eandem precedenti diei quoad iudicium continuantes. Sane eo die hoc est nonis octobris, presidentes apud Laybacum in plebe in ecclesia sancti Petri parte memorati domini electi sufficienter expectata ipsum dominum electum et suum vikarium contumaces iudicavimus iusticia exigente. Verum sepefatus procurator magistri H petiit, ut cum questio verteretur super beneficio ecclesiastico obtinendo secundum constitucionem Innocentij quarti parte rea contumace existente etiam lite non contestata, dilegenter ipso examinato negotio idem deberemus fine debito terminare, nec missio in possessionem causa rei servande locum deberet habere in hoc casu ne ad idem beneficium ingressus pateat viciosus. Habito itaque bonorum consilio interloquendo decrevimus, non obstante absentia partis contumacis, ipsum deligenter examinare negotium et fine debito terminare. Post hec prelibatus procurator obtulit coram nobis peticionem suam in scriptis in hec verba.

Coram nobis domino . . . archidiacono Marchie et Carniole Aquilegensis diocesis iudice a sede apostolica delegato proponit Chunradus canonicus sancti Viti Frisingensis procurator magistri H. canonici sancti Andree prothonotarii venerabilis domini C. Frisingensis episcopi nomine ipsius magistri H. contra venerabilem dominum . . . electum Lauentensem, quod cum idem magister H. fuerit presentatus a vero patrono videlicet Frisingensi episcopo ad ecclesiam Sancti Petri Salzburgensis diocesis situm in fundo ecclesie Frisingensis iuxta provinciam sive districtum qui wlgo vocatur Longaw venerabili patri et domino Salzpurgensi episcopo, idem dominus electus sue institucioni contra iusticiam se opposuit et opponit impediens ne possessionem ecclesie huius valeat adipisci ipsamque ecclesiam in sui preiudicium detinet occupatam, unde petit dictus C nomine procuratorio pro dicto magistro H. ut vos domine iudex auctoritate apostolica prefatum dominum electum amoventes penitus

ab ecclesia memorata eam ipsi magistro H. vel eidem C. suo procuratori nomine ipsius H. cum omnibus iuribus parrochialibus et pertinenciis universis per deffinitivam sententiam adiudicetis, instituendo ipsum H. in eadem ecclesia ac institutum in ea auctoritate apostolica defendendo. Item petit dictus procurator dampna expensas et interesse ac fructus a quinque annis et citra ab ipsa ecclesia perceptos que omnia in processu negotii declarabantur. Et hec omnia petit dictus procurator nomine prememorati magistri H. salvo iure addendi, minuendi et salvo sibi omni iuris beneficio. Oblatus est iste libellus anno domini M.CC.LXII.

Hac itaque peticione sive libello recepto ac ydoneo iudicato sepefatus procurator fidem nobis fecit percerta et indubitata documenta, quod antefatus magister H. extitit presentatus venerabili patri et domino Salzburgensi archiepiscopo a venerabili domino C. Frisingensi episcopo ad ecclesiam Sancti Petri Salzburgensis sitam in fundo ecclesie Frisingensis ad probandum etiam quod dominus episcopus Frisingensis verus sit patronus ecclesie memorate idem procurator produxit coram nobis privilegium sedis apostolice concessum Frisingensibus episcopis a domino Innocentio ii. in quo manifeste conceditur Frisingensis ecclesie episcopis ut in ecclesiis sive monasteriis sitis seu fundatus in quacunque diocesi in fundo ecclesie Frisingensis sine consensu et voluntate Frisingensis eccle sie episcopi presbiteri sive clerici minime statuantur. Deinde idem procurator coram nobis edidit quedam capitula sive articulos qui videntur facere ad plenam instructionem sue cause quos se probaturum dixit per testes legittimos et omni exceptione maiores, non tamen astrinxit se nisi ad ea solum probanda que sue sufficerent intentioni, petens ut alicui discreto committeremus qui ipsos audire et examinare deberet et alia facere que circa his (!) fuerint oportuna, cum multi ex ipsis sint senes et valitudinarii et nostro se de facili non possent conspectibus presentare. Que omnia secundum iuris debitum duximus admittenda. Acta sunt hec assidentibus nobis et presentibus honorabilibus viris domino Morhardo canonico Frisingensi plebano de sancta Maria, domino Heinrico plebano sancti Viti, Hermanno plebano de Wodiz, Gotfrido vicario de Lonk, Marchwardo sacerdote et aliis viris providis et honestis. In horum evidentiam presens scriptum nostri sigilli munimine et prefati domini Morhardi fecimus consignari.

Orig., Pgt., 2 anghgte. Siegel ausgerissen; k. Reichsarchiv zu München; ebend. Cod. 191, f. 125'; Meichelbeck II./2, 37, Nr. 61; Zahn. Cod. Aust. Frising. in Fontes rerum Aust. Band 31, S. 230, 231, 232, 233 Nr. 222.

307. Freising.

1262. 7. Oct., Laibach. Ludovicus dei gracia archidiaconus Carniole et Marchie iudex a sede apostolica delegatus beauftragt in dem Streite des Mag. H. Chorherrn von st. Andrä zu Freising, mit dem Bischofe von Lavant betreffs der Pfarre St. Peter (am Kammersberge) den Pfarrer Wernher von Welz mit der Vernehmung der Zeugen über gewisse Fragepunkte.

Datum apud Laibacum, nonis octobris, anno domini M.CC.LXII., indictione V.

Gedruckt in Zahn Cod. Austr. Fris. in Font. rer. Austr. Bnd. 31, Nr. 223 S. 233, 234.

308. Freising.

1262, 7. Oct., Laibach. Ludwig Archidiakon von Krain beurkundet die Weisartikel, deren Aufstellung der Sachwalter Magister Heinrichs, Chorherrn von st. Andrä zu Freising, in dem Processe um die Pfarre St. Peter am Kammersberge wider Bischof von Lavant verlangte.

Nos Ludwicus archidiaconus Carniole et Marchie iudex a sede apostolica delegatus in causa quam magister H. canonicus sancti Andree movet contra venerabilem dominum electum Lauentensem ac eius vicarium super ecclesia Sancti Petri Salzburgensis dyocesis, scire volumus universos, quod magister Chunradus canonicus sancti Viti Frisinge procurator ipsius magistri H. edidit sive proposuit in iudicio coram nobis aput Laybacum in parrochiali ecclesia sancti Petri loco partibus deputato capitula sive articulos infrascriptos qui pro sua intencione fundanda facere videntur, petens ut auditorem sibi concedere dignaremur, qui in loco ubi possit haberi copia testium, super huius articulis et super aliis proponendis que ad cause faciant instructionem, testes reciperet et examinaret, dicta ipsorum nobis clausa fideliter remittendo . . . . .

Cod. 191, f. 126', k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II/2, 36, Nr. 60. Gedruckt in Zahn Cod. Aust. Frising. in Fontes rerum Austr. II. Abth. Bd. 31. Nr. 224, S. 234—236.

309. Viktring.

1262, 20. November, Cividale. Gregor Patriarch von Aquileja bestätigt dem Kloster Viktring die Schenkung des Spitals am Bocksruck und der st. Leonhards Capelle auf dem Loibl, welche sein Vorgänger Patriarch Berthold als Ersatz für die Entziehung der Schenkungen des Patriarchen Wolfger zu Landro dem gedachten Kloster zugewandt hatte.

Gregorius dei gratia sancte sedis Aquilegiensis patriarcha universis tam presentibus quam futuris rei geste memoriam, dignum deo prestare obsequium et anime nostre credimus procurare profectum, si locis religiosis et piis in quibus ad laudis divine gloriam die noctuque psalterium cum cythera sit canendum, gratie nostre favorem extendimus et beneficentis manum requisiti humiliter aperimus. Ex parte siquidem dilectorum nobis in Cristo virorum religiosorum, abbatis et conventus monasterii de Victoria, Cisterciensis ordinis diocesis Salisburgensis, fuit expositum coram nobis, quod bone recordationis Woltkerus patriarcha predecessor noster, locum de Antro situm prope terram nostram Civitatem Austriam, cum quibusdam aliis possessionibus monasterio ipsi pro divine remunerationis intuitu et anime sue remedio, pia liberalitate concessit. Cumque postmodum bone memorie Berchtoldus, patriacha predecessor noster dictum monasterium prefatis Antro et possessionibus minus pie ut dicitur spoliavit, ea non modico temporis spacio detinendo tandem conscientie proprie consulere cupiens, in recompensationem bonorum subtractorum et dampni illati, hospitale in Pogsrugkge in diocesi nostra situm cum adiacentiis suis regendum in spiritualibus et temporalibus, nec non et decimas omnium novalium in monte Leubl cum capella sancti Leonhardi prefatis abbati et conventui et per eos iam dicto monasterio perpetuo contulit et concessit. Unde idem abbas et conventus nobis humiliter supplicaverunt, ut quod per eundem Berchtoldum predecessorem nostrum super hujusmodi collatione predictorum hospitalis ac decimarum novalium et capelle factum est ratum habere, ac ea omnia confere, ipsis per nos de novo misericorditer curaremus. Nos igitur supradictorum abbatis et conventus devotis supplicationibus favorabiliter excitati, quod per memoratum Perchtoldum predecessorem nostrum factum est, super collatione ac concessione predictis ratum habemus, et hospitale prefatum, cum decimis novalium predictorum et capella eadem sancti Leonhardi nulli plebi citra vel ultra montem predictum posite parte aliqua de antedictis decimis novalium reservata, sepedictis abbati et conventui et per eos sepefato monasterio nova concessione largimur. Jus diocesani nobis plenius reservantes ac statuentes nihilominus ut plebi de Stain in cujus plebatu dictum hospitale fundatum fore dinoscitur, nullum in iure suo preiuditium generetur. In cuius rei memoriam, et perpetuam firmitatem presens privilegium nostrum inde fieri jussimus et sigilli nostri pen-

dentis munimine roborari. Datum aput Civitatem Austriam per manum dilecti cancellarii nostri magistri Nicolaj de Lupico plebani de Tricessimo undecimo exeunte novembri, anno Domini millesimo, ducentesimo sexagesimo secundo, quinta inditione.

Abschrift aus dem Archive des hist. Vereins zu Klagenfurt.

310. Aquileia.

1262, Aufzeichnung über die im Jahre 1262 vom Erzbischofe Philipp von Salzburg abgegebene Zustimmungserklärung zu den Friedensbedingungen, welche zwischen seinem Bruder Ulrich, Herzog von Kärnten und dem Patriarchen von Aquileja Gregor beredet worden waren. (Confirmacio facta per illustrem dominum Philipum ducem Carintie omnium supradictorum.)

Item M.CC.LXII. illustris dominus dux Philipus electus ecclesie Salspurgensis, frater supradicti domini Vrlici ducis omnia et singula concessa, recepta, data et facta atque promissa per supradictum dominum Vrlicum fratrem suum integraliter ratificavit et confirmavit, prout etiam de predictis constat legitime.

Zahn. Austro-Friulana in Fontes rerum Austriacum 40. Band. S. 317.

311. Auersberg.

1262, . . . , ... Friedrich von Falkenberg und Kunigunde dessen Frau geben dem edlen Ritter Herbard von Auersberg 6 Huben zu Wissoch und 5 zu Drasaul. Kunigunde bekundet ferner, dass sie diese Güter mit Zustimmung ihrer Söhne zu Handen des Sohnes Herbards, Meinhard von Auersberg und des Markward von Igg zur Ueberantwortung an Herbard gestellt habe.

Cum sint breves dies hominis super terram, necesse est, ut omnis actus dignus memorie que oblivionis vicium non patitur testimonio scripture eternetur. Nos igitur Fridericus de Falkenberch et Chunegundis uxor sua notum cupimus fieri universis quod nobili viro domino Herbordo militi de Awrsperg dedimus bona nostra in villa que dicitur Wissoch mansus sex et in Drasaul mansus quinque cum agris pratis silvis aquis et omnibus atinenciis eorum quesitis et non quesitis ipso et omnibus heredibus suis predictos mansus pleno iure proprietatis in perpetuum possidendos. Insuper ego predicta Chunegundis et pueri mei cum bona et libera voluntate dedimus ipsam donationem in manus Meynhardi filii predicti domini Herbordi de

Awrsperg et in manus Marchwardi de Yg antedicto domino Herbordo de Awrsperg omnibus heredibus suis predicta bona per manus predictorum jure proprietatis inperpetuum confirmanda. Hoc apposito si de cetero aliquis predictum dominum Herbordum vel heredes suos pleniore iure pro antedictis bonis infestaverit, tunc nos predictus Fridericus de Falchenberch et Chunegundis uxor sua vel heredes nostri tenemur antedicto domino Herbordo [1]) et heredibus suis prenotata bona ab omni infestatione et querimonia libere absolvere. Et ut hec scripta rata et firma permaneant, in huius rei testimonio dedimus predicto domino Herbordo et omnibus heredibus suis litteram istam sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius sunt dominus Albero miles de Awrsperg, Marquardus de Yg, Rudigerus de Falkenwerk, Vlricus dictus Ordrer, Jannes dictus Weytman, Arnoldus dictus Charstman, Hertmannus Cůsterl et alii fide digni. Acta sunt hec anno domini M̊.CC̊.LXXII̊. [2])

Urkunde eingeschaltet in demselben Vidimus v. J. 1478 wie die folgende Nr. 312, im Archive des Schloses Auersberg.

312. Auersberg.

1262. . . . . Friedrich von Falkenberg und Kunigunde dessen Frau geben dem edlen Ritter Herbard von Auersberg 6 Huben zu Weyzzoch, 5 zu Drasebel mit der vom Schlosse Falkenberg bis zum Schlosse Auersberg abgesteckten Begränzung und überlassen ihm auch alle ihre Rechte an dem längs des Wassers Eyzz (Ižica) gelegenem Walde.

Die Urkunde stimmt im Anfang von den Worten Cum sint breves bis Herbordo militi de Awrsperg und im Schluss von Hoc apposito si de cetero bis acta sunt hec anno domini MCCLXXII mit der vorhergehenden völlig überein. Der abweichende Mittelsatz lautet:

. . . . . dedimus bona nostra in villa que dicitur Weyzzoch, mansus sex et in Drasebel mansus quinque et fines terminatos a castro nostro Falchenbergk usque castrum suum Awrsperg cum agris pratis silvis aquis et cum omnibus atinenciis eorum quesitis et non quesitis dedimus predicto domino Herbordo ad predictos mansus, omnia iura nostra que nos hăbuimus et habemus in silva illa sicut aqua que in vulgari nominatur Eyzz decurrit ipsi et omnibus here-

[1]) In der Urkunde Nr. 312 steht hier „de Awrsperg militi".

[2]) Ueber die Unrichtigkeit dieser Jahreszahl vergleiche die Anmerkung in der Bestätigungsurkunde v. J. 1263, Nr. 324.

dibus suis predictos mansus cum omnibus predictis atinenciis sive cum antedicta silva pleno iure quo nos habuimus imperpetuum possidendos . . . . . .

Urkunde eingeschaltet in einem Original-Vidimus v. J. 1478 im Archive zu Auersberg mit der gleichen irrigen Datirung wie die vorhergehende Urkunde.

313. Aquileia.

1262, ... , ... Gregor Patriarch von Aquileja belehnt Hermann seinen Gestalden von Adelsberg mit drei Huben zu Adelsberg und zweien zu Goritsche, welche durch den Tod des Georg von Adelsberg heimgefallen waren.

1262. Dominus patriarcha Gregorius investivit ad rectum et legale feudum Hermanum gastaldionem suum de Arnesperch, filium quondam domini Henrici de Paniaco, de tribus mansis sitis in villa de Arnesperch, et duobus mansis, qui exciderunt dicto domino patriarche per mortem Jurii de Arnesperch, jacentibus in villa de Gorizach.

Bianchi thesaurus ecclesiae Aquileiensis 1847, 169, Nr. 338.

314. Sittich.

1263, vor 7. Jänner[1]), ... Ulrich, Herzog von Kärnten und Herr von Krain schenkt dem Kloster Sittich das Dorf Metnaj.

Idem dux Carinthie Vdalricus et Carniolae dominus fundavit ac donavit monasterio Sitticensi villam seu pagum Mettnach seu rectius hodie Mettnaj cum omnibus juribus et attinentiis, pro remedio animae Agnetis, suae quondam uxoris.

Puzel, Idiogr. mon. Sitticensis pag. 35 und 584; Valv. X. 220, XI. 532.

315. Tobias Bogud Dominium Carniole.

1263, 7. Jänner . . . . , K. Bela IV. von Ungarn schenkt das Dominium Karniole, welches ihm durch Vermächtnis von seiner Tante Agnes III., Herzogin von Kärnten überkommen ist, dem Tobias Bogud Probst von Agram, carissimi filii nostri, Bele, ducis totius Sclavonie, cancellarii" für seine treue Dienstesleistung. (Schumi's Archiv I. S. 206.)

[1]) Vrgl. weiter unten das Regest zum J. 1263, 7. Jänner, wornach das Dominium Carniole, welches Herzogin von Kärnten, Agnes III. von Meran durch Testament dem König Bela von Ungarn und König selbes seinem Kanzler Tobias Bogud geschenkt hat. Die Herzogin Agnes ist, wie die Urkunden Nr 314 und 315 darthun, Anfangs des Jahres 1263 gestorben.

316. Freising.

1263, 7. Februar, Graz. Bruno Bischof von Olmütz vergleicht Konrad den Bischof von Freising und Wulfing von Stubenberg in der von jenem gegen letzteren angestrengten Klage wegen Beschädigung bischöflicher Güter und Leute zu St. Peter und Welz. U. d. Zeugen: dominus Chunradus de Lok ministerialis episcopi Frisingensis, magister Heinricus de Lok notarius curie Frisingensis.

Zahn, Cod. dipl. Austro-Fris. I, 238 Nr. 225.

317. Ortenburg.

1263, 25. April, Krain. Friedrich Graf von Ortenburg bekundet, dass er nach dem Rathe Ulrich des Herzogs von Kärnten und auf Bitte seiner Vasallen die Erbschaft mit seinem Bruder dem Grafen Heinrich in angegebener Weise getheilt habe.

In nomine domini amen. Ne gesta hominum pereant in tempore modernorum necesse est ea litterarum testimonio perhennari. Hinc est quod nos Fridericus comes de Ortemburch ad universorum noticiam volumus pervenire, quod ad voluntatem et consilium domini nostri illustris ducis Karinthie ac ad instantiam fidelium nostrorum sumus cum fratre nostro comite Henrico super hereditaria porcione amicabiliter concordati sub hac videlicet forma, quod ipsi in parte sua hec cesserunt castra Ortemburch scilicet cum hominibus et rebus ad id pertinentibus exceptis duabus turribus in quibus resident[1]) milites Leutoldus et Albertus cum eisdem castellanis et rebus suis item turris apud Ospitale cum foro et omnibus attinenciis preter mutam quam ambo tenemur recipere annuatim, item apud Chelrberh Ortolfus filius domini Chunradi de Oziaco cum rebus suis et area in qua dominus Henricus pie memorie residebat, item Carniole antrum et castrum Lapis cum quatuor castellanis domino Wlrico et fratre suo Marquardo, domino Rudgero iuniore et Meinhardo Ploz cum uxoribus et heredibus eorundem item duodecim homines proprii ad officia pertinentes item castra Zobelsperch et Reiuenz cum hominibus et bonis et omnibus attinenciis a flumine quod Zevra dicitur usque ad aquam que Chulp vulgariter nuncupatur. Nobis vero vice versa in parte nostra hec cesserunt castra Chelrberch videlicet cum hominibus et rebus omnibus ad id pertinentibus excepto Or(tolfo) et area iam prefata, item Sumerek, Steyrberch et Hohenburch cum hominibus et omnibus attinenciis eorundem et due turres in Ortemburch cum militibus

[1]) in quibus resident ist doppelt geschrieben.

Leutoldo et Alberto superius prenotatis, item in Carniola cessit nobis castrum Waldemberch cum hominibus et omnibus aliis attinenciis a monte Chreinberch usque ad flumen Zewer exceptis antro et Lapide et castellanis superius prelibatis. Formam igitur hanc compositionis inter nos fratres de consilio nostrorum amicorum initam et in presencia prefati domini nostri illustris ducis promulgatam fide data promisimus inviolabiliter observare hoc utique addicientes quod si talem concordiam quod absit presumeremur infringere in aliquo per quod legittima et evidens appareret offensa homines nobis fidelitate astricti tenentur sub vinculo iuramenti super hoc de nostro consensu et voluntate prestiti relaxato iuramento nobis prius facto ipsi fratri nostro comiti Heinrico cum nostris spectare castris et sibi contra nos asistere rebus pariter et persona. Et ut hec rata et firma in posterum permaneant presens scriptum sibi super hoc donavimus ipsum sigilli domini nostri ducis ac nostri proprii munimine roborantes. Huius etiam rei testes sunt: Dominus Livpoldus de Sharffenberch, dominus Ortolfus de Gurchvelde, Herbordus et Otto fratres de Owersperch, Werherus, Chunradus, Jacobus fratres de Lok alii et quam plures. Datum in Carniola anno gracie millesimo ducentesimo lxmo tercio, indictione VI., in die sancti Marci ewangeliste.

Orig. Prgmt. mit den zwei angekündigten, am Pergamentstreifen angehängten Wachssiegeln im k. k. H.-, H.- und Staatsarchiv in Wien. Vgl. auch die Erläuterungen zum Inhalt dieser Urkunde bei Tangl, die Ortenburge, im Archiv f. österr. Geschichte XXXVI, S. 15. fgde.

318. Deutschorden.

1263, 3. Mai, Landstrass. Ulrich Herzog von Kärnten bekundet, dass dem deutschen Orden zu Laibach die Güter zu Thal, welche Heinrich genannt Staloecke widerrechtlich besass, durch richterliches Erkenntnis zugesprochen worden seien, und dass Heinrich, welchem hierauf der Orden des lieben Friedens willen eine gewisse Summe bezahlte, auf dieselben feierlich Verzicht geleistet habe.

Ne gesta hominum temporalia repente a memoria defficiant hominum futurorum, scripture beneficium, quod in se recordacionem pro necessitate retinet, est inventum. Hinc est quod nos Vlricus dei gratia dux Karinthie dominus Carniole singulorum noticciis inculcamus perspiciencium presens scriptum quod licet fratres domus Thev-

tunice in Laibaco iusto iudicio bona sita in Tal que Hainricus dictus Stalôke in eorum preiudicium occuparat obtinuerint coram nostris iudicibus et etiam coram nobis tamen propter quietam possessionem dictorum bonorum et ut vexacionem tollerent quam a dicto Hainrico et suis heredibus possent incidere in futurum omnem inpeticionem dicti Hainrici data ad nostrum arbitrium conpetenti peccunie quantitate taliter redimerunt quod dictus Hainricus voluntarie renunciavit omni iuri quod in predictis bonis sibi conpetere videbatur. Et ne pro eisdem bonis fratres domus Thevtunicorum vel per Hainricum vel per suos heredes aliquos in posterum fatigentur presentem cartam eis damus sigilli nostri karactere consignatam pro evidenti testimonio et perenni. Testes vero huius rei sunt: Otto Offo Ortolfus fratres de Landestrost, Willehelmus de Minchendorf, Hainricus de Helphenberch, Fridericus dictus Chlebeser, Vlricus pincerna de Werde, Fridericus de Zernômel, Gôtfridus de Priseke, Berhtoldus de Rabensperch, Lazarius de Novo castro et alii quam plures fide digni. Actum in claustro Landestrost anni domini M.CC.LX.III, V nonas maii.

Orig. Prgmt., das an rothen und gelben Seidenfäden angehängt gewesene Siegel gänzlich abgefallen, im Deutschordensarchive in Wien; im Auszuge gedruckt bei Duellius, Hist. ord. equit. Teut. III, c. VI, S. 103.

319. St. Paul

1263, 21. Mai. St. Veit in Kärnten. Ulrich, Herzog von Kärnten, Herr von Krain, befreit die Güter des Klosters St. Paul diesseits der Drau von gewissen Bedrückungen durch seine Officialen, behält sich jedoch die Rechte bevor, welche sein Vater Bernhart Herzog von Kärnten übte. U. d. Z. Willehalmus de Minchendorf, dom. Ortolfus plebanus in Landestrost.

Urk. in Fontes rer. Austr. I, Bd. II. Abth., 56, Nr. LIV.

320. Freising.

1263, 2. Juni Lack. Friedrich Graf von Ortenburg beurkundet seinen Vergleich mit Konrad Bischof von Freising betreffs gegenseitig angethaner Schäden und namentlich betreffs des Verzichtes seiner Dienstleute Heinrich und Friedrich von Waldenburg auf Liegenschaften zu Wartenberg, Okroglo und Stražišče.

Nos Fridericus comes de Ortenburch per presens scriptum notum facimus presentibus et futuris, quod dum aput Lok accedentes

fuissemus in presencia domini nostri Chvnradi venerabilis episcopi Frisingensis constituti, super emendis et satisfactionibus dampnorum hinc et inde irrogatorum fuit inter cetera que inter ipsum dominum episcopum et nos tractabantur, quedam actio et impeticio decisa taliter specialis videlicet quod fideles nostri Heinricus et Fridericus fratres de Waldenberch et eorum heredes resignaverunt in manus ipsius domini episcopi omne ius quod videbantur habere in Wartenberch et Ochôlach et Trasich, renunciaruntque omnibus actionibus sive impeticionibus quas pater illorum et ipsi et eorum heredes movere poterant vel possent contra ecclesiam Frisingensem. Econverso autem ipse dominus noster episcopus pro huiusmodi resignacionibus et renunciacionibus factis promisit antedictis duobus fratribus et eorum heredibus circa proximum nunc beati Georii festum se daturum xx marcas Aquilegensium denariorum antiquorum et conferre ipsis et eorum heredibus redditus trium marcarum Aquilegensium, quam cito pretextu homagii sive in Carinthia sive in Carniola vel in Marchia se offerret locus pariter et facultas. Nos vero etiam eodem die pretextu concordie inter ipsum dominum episcopum et nos inviolabiliter observande, cessimus omni iuri et actioni quod et quam solummodo super alpes inter confinia utriusque prediorum sitas allegavimus nos habere, actionibus inposterum reservatis et suspensis quas ad invicem inter nos super homines proprios movere possumus hinc et inde. Acta sunt hec apud Lok, anno domini M.CC.LXIII., IIII nonis junii, istis presentibus Heinrico Vertingo, Wernhero, Chvnrado et Jacobo fratribus de Lok, et Eberhardo ministeriali ecclesie Frisingensis et Leutzmanno milite de Ortenburch et Leutoldo de Waldenberch, Vllino, Chvnzone et Rinhardo et Maerchlino de Bitersperch. Et ne igitur omnia prelibata possint tradi oblivioni vel per aliquem in posterum infringi vel mutari, presentem paginam nostri sigilli munimine iussimus roborari et nos omnium predictorum volumus esse auctores sive gwer erga prefatum dominum episcopum contra fratrem nostrum Henricum comitem de Ortenburch.

Cod. 191, f. 14, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 41, Nr. 64.; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I. 238, Nr. 236.

321. St. Paul.

1263, 14. Juni, St. Veit in Kärnten. Ulrich Herzog von Kärnten zuerkennt dem Kloster St. Paul das seit Herzog Bernhard zustehende

Mautrecht zu Völkermarkt. Unter den Zeugen: dominus Wilhelmus de Minchendorf.

Beda Schroll, Urkbch. d. Kl. St. Paul 155, Nr. 108.

322. Oberburg.

1263, 29. Juni, Stein. Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain bestätigt dem Abte Heinrich und dem Kloster Oberburg presentibus Lvdwico plebano Leybacensi, archidiacono Carniole, Gebhardo de Lilienberch, Walthero, Gerlocho de Seldenberch, Heynrico de Helfenberch militibus, alle Besitzungen, innerhalb seines Herschergebietes, welche das Kloster bisher von den Freien von Saneck erworben hatte, oder in Zukunft noch erwerben sollte.

Orig., Prgt., Siegel abgefallen im steir. Landesarchiv Nr. 811.

323. Spital am Semering.

1263, 5. August, S. Veit. Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain schenkt dem Spital am Semering all seine Besitzungen und Eigenleute zu Tescheldorf. Unter den Zeugen: Dominus Livpoldus de Schaerphenperch, dominus de Rôtenberch, dominus Wilhalmus de de Minchendorf.

Aus der Bestätigung König Ottokars ddo. 1270, 31. Jänner Wien, im steier. Landesarchiv Nr. 936.

324. Auersberg.

1263, ... , bei Landstrass. Ulrich, Herzog von Kärnten, und Herr von Krain bestätigt den Kauf von Gütern, welche sein Getreuer Herward von Auersberg von Friedrich von Falkenberg erworben hatte und überlässt ersterem und dessen Erben einen Wald, welcher sich jenseits des Wassers Eysch (Ižica), bis nach Auersberg erstreckte.

Nos Vlricus dei gratia, dux Carinthie et dominus Carniole, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, quod factum est, cum consensu et favore nostro, pro ista empcione, quam noster fidelis Herbordus de Auersperch, una cum nostro fideli Fridrico de Valchenberch fecit, pro villis, metis ibidem continenciis, silvis pratis aquis, vallis, et cum omnibus bonis ad hec pertinentibus sicut in privilegio continetur, quem (!) noster fidelis Herbordus de Auersperch habet, a nostro fideli Fridrico de Valchenberch. Insuper nos sibi antedicto Herbordo et omnibus heredibus suis nostris litteris confir-

mamus, et fecimus efficaciter communiri, scituri certissime quod nos sibi supradicto Herbardo et heredibus suis specialem gratiam fecimus, et sibi conferimus ac concessimus silvam sitam citra aquam istam, que dicitur Eysch, de fine istius aque usque in Auersperch liberaliter possidendam, attencius noveritis, si ipse vel heredes sui aliqua bona campararent vel emerent, quod a nobis esset conferendum, ista ita bona iura et fortitudinem habere debent, sicut ista, que de manu nostra sunt conferenda. Testes huius rei sunt: Wilhalmus de Minchendorf, Dietricus de Althaim, Otto et Dietricus de Schonberch, filius suus Raniser de Aychelberch, Seybot dictus Pabo de Rotenpach, Rudolfus Vnhold, Chunradus Galle, Leutoldus et Chunradus et alii quam plures fide digni, quibus hec causa bene patet. Actum prope Landestrost, anno domini M. ducentesimo septuagesimo tercio.

Orig, Pgt., schön erhalten, im Archive des Schlosses Auersberg, Elze Regest in Mitth. f. Krain 1861. Das an Pergamentstreifen hängende Reitersiegel ist stark beschädigt, von der Umschrift sind nur noch VL. und NIOLE sichtbar und zeigt auf dem Schilde des Herzogs den sponheimischen Panther. Auf der Rückseite erscheint ein spitzovales Gegensiegel in grünem Wachs mit dem Bilde der Gottesmutter und der Umschrift; + AVE MARIA GRACIA PLENA DNS TEC. Diese Urkunde ist auch eingeschaltet in ein Vidimus vom Jahre 1478, und zwar gleichfalls mit der irrigen Jahreszahl 1273, denn Herzog Ulrich III. von Kärnten starb am 27. Oktober 1269 (Schumi's Arch. f. H. I, S. 262). Das Siegel ist echt und unverdächtig befestigt, es ist daher, wie ich glaube, jeder Zweifel an der Echtheit der Urkunde ausgeschlossen und der Fehler der Jahreszahl auf Rechnung des wenig gewandten Schreibers der Urkunde zu setzen.

325. Freising.

1263, . . . , ... Bischof Konrad von Freising vertheilt die Grundstücke mehrerer Huben bei Lack an genannte Bürger dieses Marktes gegen Jahreszins.

Acciones hominum quam mundus ordinat, sepe delet successus temporum, nisi occurrat memoria litterarum voce testium roborata. Nos igitur Chunradus dei gracia Frisingensis ecclesie episcopus ad memoriam futurorum et presencium cupimus pervenire, quod dum dilecti et fideles nostri cives fori de Lok ad nostram presenciam accedentes nobis eorum defectum quem paciebantur in agricultura, unanimiter expressissent et probassent per argumenta plurima, quod ex eorum defectu nobis non modicus defectus in nostris redditibus atque censu succresceret annuatim, nos et illorum et nostram utili-

tatem in hac parte procurare volentes, ecce quasdam hubas circa Lok sitas de nostrorum ministerialium consilio divisimus inter illos, ex quibus inquam hubis agros unius hube que vulgariter Sluçzelhub dicitur inter Nicolavm filium Walpotonis et Wernherum generum illius et Goldrunnam filiamque eius Margaretam divisimus et contulimus illos illis et eorum heredibus sub iure purchret in perpetuum possidendos, ita tamen quod annis singulis in festo Martini nostro theloneario de Lok qui tunc pro tempore fuerit, de agris hube divise solummodo persolvant lx denarios Laybacensis usualis monete, quibus persolutis ab omni erunt alterius census dacione usque per anni circulum submoti omnimodo et exclusi, nec officialis noster omnes tenentes et colentes agros prefatos ulterius quam ad ultronea servicia et ad stiuram communem poterit cohercere, nisi tunc toti predio aut toti terre incumberet timor aut neccessitas generalis propter quod ad opera generalia erunt compellendi. Hoc etiam adiecimus prenotatis, quod siquis convictus fuerit coram nobis aut officiali nostro, quod agros prelibatos aut quempiam illorum per quodcumque genus alienaciones erga aliquem occupaverit qui non est de domo vel familia ecclesie Frisingensis, ille idem alienans vel occupans cecidit ab omni iure quod habuit in eisdem agris et nichilominus eorundem agrorum collacio ad nos est denuo devoluta. Ne igitur per nos vel nostros successores presens divisio vel collacio infringi valeat vel mutari, ad huius rei perennem memoriam et maioris roboris firmitatem presentem paginam memoratis civibus et eorum heredibus tradidimus nostri pendentis sigilli munimine roboratam. Datum per manum magistri Heinrici nostre curie tunc notarii, anno domini M.CC.LXIII., istis presentibus, Rudolfo, magistro Ch., Ottone Frisingensis curie notariis et capellanis, Heinrico Vertingo, Wernhero, Ch. et Jacobo fratribus de Lok et aliis fide dignis.

Cod. 191, f. 130 k. Reichsarchiv zu München. Meichelbeck II./2, 41, Nr. 65; Zahn. Cod. dipl. Austro. Fris. I. 244, Nr. 231.

326. Freising.

1263, ..., ... Konrad Bischof von Freising vertheilt die Grundstücke dreier genannter Huben bei Lack an seinen Notar Magister Heinrich und andere Genannte, Bürger von Lack, gegen Jahreszins.

Acciones quas mundus ordinat, sepe delet successus temporum, nisi ocurrat memoria litterarum voce testium roborata. Nos igitur

Chunradus Frisingensis episcopus ad noticiam futurorum et presencium cupimus pervenire, quod dum dilecti et fideles cives nostri fori de Lok ad nostram presenciam accedentes nobis eorum defectum quem paciebantur in agricultura, unanimiter expressissent et probassent per argumenta plurima, quod ex eorum defectu nobis non modicus defectus in nostris reditibus atque censu succresceret annuatim, nos et illorum et nostram utilitatem in hac parte procurare volentes ecce tres, videlicet Prechube (!) et duas Raeblini hubas circa Lok sitas de nostrorum ministerialium consilio divisimus inter illos, ex quibus inquam trium hubarum agris contulimus magistro Heinrico tunc nostre curie notario et sibi in quacumque linea consangui(ni)tatis seu affinitatis attinentibus quatuor agros, Dv̊lacherio duos et Bertoldo filio eiusdem duos, Vlrico carnifici duos, Bernhardo fabro duos, Gotfrido carnifici duos, Çubelino pellipario duos, Richero duos, Osridich duos, Wlfingo fabro duos, Wuizoni unum et Levtoldo agrum unum, et eorum heredibus sub iure purchret in perpetuum possidendos, ita tamen quod annis singulis in festo Martini nostro theloneario de Lok qui tunc pro tempore fuerit, de prefatis tribus hubis solummodo persolvant unam marcam et xx denarios Laybacensis usualis monete, quibus persolutis ab omni erunt alterius census datione usque iterum per anni circulum submoti omnimodia et exclusi nec officialis noster omnes tenentes et colentes agros prefatos ulterius quam ad ultronea servicia et ad stivram communem poterit cohercere, nisi tunc toti predio vel toti terre incumberet timor aut neccessitas generalis propter quod ad opera generalia erint compellendi. Hoc etiam adiecimus prenotatis, quod siquis convictus fuerit coram nobis aut officiali nostro quod agros prelibatos aut quempiam illorum per quodcunque genus alienacionis erga aliquem occupaverit qui non est de domo vel familia ecclesie Frisingensis, ille idem alienans seu occupans cecidit ab omni iure quod habuit in eisdem agris, et nichilominus eorundem agrorum collacio ad nos est denuo devoluta. Ne igitur per nos vel nostros successores presens divisio et collatio infringi valeat vel mutari, ad huius rei perennem memoriam et maioris roboris firmitatem presentem paginam memoratis civibus et eorum heredibus tradidimus nostri pendentis sigilli munimine roboratam. Datum per manum magistri Heinrici tunc curie nostre notarii, anno domini M.CC.LXIII., istis presentibus, domino Rudolfo, magistro Chunrado, Ottone Frisingensis curie tunc notariis

et capellanis, Heinrico Vertingo milite, Wernhero, Chunrado et Jacobo fratribus de Lok et aliis ydoneis et fide dignis.

Cod. 191, f. 130', k. Reichsarchiv zu München. — Zahn Cod. dipl. Aust. Fris. I., 245, Nr. 232.

327. Sittich.

1263, ... , ... Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain schenkt dem Kloster Sittich eine jährliche Rente von 10 Mark Pfeningen, welche je zur Hälfte bei der Mauth und bei der Münze in Laibach zu erheben sei.

1263. Udalricus dux Carinthie fundavit ac contulit monasterio pro singulis annis decem marcas denariorum, quas assignavit Labaci, indeque pendendas, nimirum quinque de muta, quinque de moneta infra octavam paschae recipiendas.

Puzel 35; V. X., 220.

328. Oberburg.

1264, 9. Jänner, st. Georgen in Schaleck. Presentibus viris, religiosis Johanne priore et Heinrico fratribus de Betouia de ordine predicatorum et dominis L(udowico) archidiacono Karniole et Marchie, H(ermano) plebano de Vlednik, H. vicario de Cremsnik, . . capellano monialium Fontis gratie apud Studeniz bekundet Abt Heinrich von Obernburg das von ihm ermittelte Verhältnis der st. Martinscapelle zur Pfarrkirche st. Georgen in Schalek. Siegler: Jacobus Petoviensis et L. archidiaconus Karniole et Marchie . . . Actum in plebe st. Georgii in Shelach, die dominica post Epiphaniam, vij^e^ indictionis.

Orig. Pgt. beide Siegel abgefallen im steier. Landesarchive Nr. 643, auf der Rückseite von einer Hand des 15. Jahrh. als zum J. 1249 gehörig bezeichnet; da jedoch die Indictionszahl 7 erst mit 1. Sept. 1263 begann, so fällt die Urkunde ins J. 1264 — vrgl. darüber bei Orožen Stift Oberburg S. 45.

329. Oberburg.

1264, 13. Jänner, in der st. Nikolaikirche zu Sachsenfeld. Heinrich, Abt von Obernburg, entscheidet im Auftrage des Patriarchen Gregor von Aquileia einem Zehentstreit zwischen dem Pfarrer von Schleinitz und dem Frauenstifte Studeniz. U. d. Zeugen: L(udovicus [1]) archidiaconus Carniole et Marchie, Hermannus plebanus de Vlednik.

Orig. Pgt. im steierm. Landesarchive Nr. 827; Orožen, Stift Oberburg Seite 47.

[1]) Orožen hat Leopold statt Ludwig.

330. Aquileia.

1264, 22. Jänner, Prag. Ottokar König von Böhmen verleiht als Schenk des Patriarchats Aquileja dem Heinrich von Scharfenberg, welchem Patriarch Gregor die nach dem Tode des Albert von Troghe übernommenen Lehenspflicht erlassen hatte, einen zum obgenannten Schenkenamt gehörigen Zehent als Lehen.

Nos Othakarus dei gratia rex Boemie dux Austrie et Stirie marchioque Morauie presentium annotatione notum fore volumus universis, quod venerabilis in Christo pater dominus Gregorius sancte sedis Aquilegensis patriarcha collato nobis liberaliter et gratanter cum omnibus suis pertinentiis et iuribus pincernatus officio in ecclesia Aquilegensi, nobisque volens idem officium cum sui iuris integritate servare misit ad nos dilectum fidelem nostrum Henricum de Scharphenberch absolutum a debito vassallie, quo tenebatur eidem ratione cuiusdam decime spectantis ad ipsum pincernatus officium, que ex morte Alberti dicti de Troghe vacabat ante collationem huiusmodi nobis factam. Nos itaque consideratis et inspectis prefati fidelis nostri Henrici de Scharphenberch serviciis multiplicibus sueque fidelitatis constantia eidem iure sive titulo feudi dictam decimam, quam Albertus de Troghe possedisse dinoscitur, concedimus et conferimus liberaliter ac libenter. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presens scriptum sigilli nostri iussimus munimine roborari. Actum et datum Prage VIII. kalendas februarii, anno domini M̊.CC̊.LX̊IIII, presentibus hiis testibus: Smilone de Lüchtenburch, Andrea Magno, Henrico marscalco, Zenetone fratre Smilonis, Gallo et aliis quam pluribus.

Orig., Pergmt., mit an Pergamentstreifen angehängtem, beschädigtem Münzsiegel aus Wachs im k. k. H.-, H.- und Staatsarchiv in Wien.

331. Kloster Studeniz.

1264, 19. Februar, Montpreis. Heinrich von Scharfenberg gibt dem Kloster Studeniz beim Eintritte seiner Tochter Agnes in dasselbe 12 Huben, darunter 5 in Krain apud St. Georgium und 7 in der Nähe des Schlosses Montpreis.

In nomine domini amen. Quoniam obliviosa est humane fragilitatis dispositio, idcirco que in terris aguntur litterarum custodie sunt commendanda. Hinc est, quod scire cupio universos presentem

paginam inspecturos, quod ego Hainricus de Sherfenberch propter dilectionem filie mee Agnetis seculo renunciantis ac pro portione hereditatis ipsius contuli domui dicte de Fonte gracie xii mansos cum voluntate uxoris mee et puerorum meorum libere ac precise cum omni jure advocationis, et sine qualibet vexatione, quorum mansorum quinque sunt siti in Carniola aput Sanctum Georium, alii septem sunt positi prope Můntparis in villa qui dicitur Winthersgesiez sub tali tamen conditione, si forte per me vel per meos heredes dicte domui tanti redditus fuerint restituti, ubi idem conventus acceptabit predicti mansi ad me libere revolvantur. Et ut hec ratum permaneat, et inconvulsum, presentem paginam ipsis prestiti mei sigilli munimine roboratam. Huius rei testes: dominus Rudolfus de Planchenstein, Thomas castellanus, Hainricus Hesse, Engejshalcus de Wipach Hainricus procurator, Linhardus officialis, Rade sentenciarius et alii quam plures. Acta sunt hec ab incarnatione domini M̊C̊C̊LXiiij^{or}, XI. kalendarum martii, in castro Muntparis.

Orig., Prgt., das angehängte Siegel abgefallen im steir. Landesarch. Nr. 828.

332. Sittich.

1264, 22. April, Cividale. Gregor Patriarch von Aquileia schenkt dem Kloster Sittich die Zehenden auf den Neubrüchen des Klostermeierhofs zu Lašiče und andere am Bache Radešica bei Töplitz.

Gregorius Dei gratia sanctae Aquilejensis sedis patriarcha. Dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii Siticensis Cisterciensis ordinis Aquilejensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem in Domino. Charitatis vestrae zelum favore benigno prosequi disponentes, decimas novalium grangiae vestrae quae Lassis [1]) dicitur, et aliorum, quae a silva Bossencyr [2]) a pede montis, qui dicitur Sterminiz [3]), prout dividit fluvius Restwiz [4]) sursum versus orientem usque ad terminos villae, quae dicitur Pôlan [5]) per vos et per vestros rusticos colitis, vobis et per vos monaterio vestro pro remedio animae nostrae perpetuo duximus concedendas. In cuius rei evidentiam praesentes litteras nostras vobis concessimus sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum apud Civitatem Austriam anno Domini mil-

[1]) So Puzel; Valv. u. die Copie: Lasis. — [2]) So Puzel: Copie: Bossenyt, der Wald Bušinec. — [3]) So Puzel, Copie: Sterminize, der Berg Stermec. — [4]) So Puzel. Copie: Rezt Wuę. — [5]) Puzel: Pollan, Poljanica in der Pfarre Töpliz.

lesimo ducentesimo sexagesimo quarto, septimae indictionis, die viiij. exeunte aprilis.

Abschrift im Museum zu Laibach, vrgl. die Copie bei Marian A. sacra VII. Bd. S. 322, Nr. 10; Puzel 35—36; Valvasor, Notaten in den wiss. Studien und Mitth. a. d. Bened. Orden 1881, S. 70.

333. Marenberg.

1264, 27. April, Grafenstein. Ulrich Herzog von Kärnten, Herr zu Krain, überlässt dem Sifrid von Merenberch zur Belohnung der treuen Dienste das Patronatsrecht über die Capellen zu Glanhofen und Rinkenberg, welches dieser seiner neuen Stiftung „Cella Christi" im Canale zuwenden wolle. U. d. Zeugen: Chvnradus de Pirpowm, Wilhelmus de Minchendorf.

U. in fontes rer. Austr. I., II. Abth., 59, Nr. LVIII.

334. Aquileia.

1264, 13. Juli, Muggia nuova. Gregor Patriarch von Aquileja und Markgraf in Istrien und Krain belehnt den Heinrich von Mitterburg und dessen Söhne mit dem Schlosse Mahrenfels, sowie mit Huben zu Dorneck in Innerkrain, dann zu Auersberg, Preska und Rossbach in der Windischen Mark.

Dominus Gregorius Dei gratia sancte sedis Aquilejensis patriarcha et Istriae atque Carniolae marchio, ad rectum et legale feudum investivit dominum Henricum de Pisino recipientem nomine suo et dominum Cononem de Mimilano recipientem nomine filiorum predicti Henrici quos nunc habet et concedente domino, erit habiturus cum presente uxore sua, filia domini Vicardi quondam de Petrapilosa. Feuda hec sunt: Castrum de Lupoglau, et villa que est sub castro que Ober-Lupoglau dicitur, et quinque mansi in contrata Dornech in quadam villa que vocatur Dobro-Pollach. Item in Marchia Carniole villa una que Luersporn[1]) vocatur cum decimis et cum omnibus aliis rationibus. Item in Pronu[2]) in confinibus Respom[3]) super aqua Gurgi in quantitate trium mansorum cum molendinis et decimis, et omnibus rationibus. Carta facta per Wernerium sub anno Domini MCCLXIV, indictione VII. die XIII. intrante julio, in Burgo de Lauro in domo Varnerii dicti Varnusa. Presentibus d. d. Wernardo Dei gratia episcopo Petenensi, Vecellone abbate Beliniensi,[4]) Johanne ar-

[1]) Auersberg. — [2]) Preska Kandler hat „Prosu". — [3]) Rossbaach Pfr. Bründl. — [4]) Kandler: Beliniensi; Joppi: Beningense.

chidiacono Aquilegensi[1]), d. d. Meynardo de Prata, Artuicho de Porciliis, Luduycho de Villalta, Dethemaro de Vendoy, Conrado de Savorgnano et d. d. Henrico de Mels, Veinero de Portis, Senesio rictario domini patriarchae in Istria, Va(l)terpertoldo de Spegnembergo, Leonardo marescalco de Tricano, Raputusso testibus et aliis.

Joppi, ex codice apud nobiles de Zucco descripsit J. J. Liruti Nr. 886. ex apographis) in bibl. civ. Utinensi; und bei Kandler, Cod. dipl. Istriano.

335. Heunburg.

1264, 29. Juli, Völkermarkt. Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain bekundet, dass ihm zu Gefallen Ulrich Graf von Heunburg auf sein Eigenthum an Friedrich von „Leupach" und dessen Schwester, die Frau des Weinold verzichtete, und dass er hingegen den Grafen Ulrich mit dem Schlosse Zauchen belehnt habe.

Nos Vlr(icus) dei gracia dux Karinthie dominus Carniole tenore presencium profitemur et ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus devenire, quod licet domina Sophia mater Friderici de Leupach ad dilectum fidelem nostrum Vlricum nobilem comitem de Hevnenburch proprietatis tytulo pertineret, ut terre cognovimus relatibus seniorum, tamen voluntati nostre in hiis et aliis desiderans complacere, ad peticionem nostram Fridericum Leupacharium et sororem eiusdem uxorem Weinoldi ad nos cum eorum liberis devolvi annuit omni iure et ad prefatum fidelem nostrum Vlr(icum) comitem de Hevnenburch, ut de iure debebant, domina Agnes uxor domini Vlrici dicti Hŵtsmundes cum utriusque sexus heredibus et Wolfgangus cum suis pueris utriusque sexus ac Otlinus de Leupach cum suis pueris sexus utriusque sunt omni iure proprietatis tytulo devoluti. Recognoscentes igitur iusticiam ac ius, quod tam[2]) in Leupachario quam in sorore sua uxore Winoldi prefato fideli nostro comiti Vlr(ico) de Hevnenburch proprietatis tytulo competebat, volumus ordinamus ac presentibus stabilimus, quod, si absit, absque liberis decedere nos continget, quod tam Leupacharius quam soror sua uxor Weinoldi cum eorum liberis utriusque sexus ad sepedictum comitem (Vlr(icum) de Hevnenburch et ad suos heredes proprietatis tytulo libere devolvantur. Ob nimie fidelitatis sue constanciam, quam nobis ostendit in eo, quod cedendo iuri suo eisdem hominibus nos respexit, novo etiam castro, quod Zouch dicitur, cum omnibus suis attinentiis quesitis et

[1]) Aquilegense. — [2]) tam ist über die Zeile nachgetragen.

inquirendis, in quo residenciam habebat dominus Vlr(icus) dictus Hûtsmundes, sepenominatum comitem Vlr(icum) de Hevnenburch cum suis heredibus infeodavimus et presentibus infeodamus per eos perpetuo possidendum. In huius rei testimonium presentem litteram sibi dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes horum sunt: Dominus Schwarzmannus de Volchenmarcht, dominus Hermannus Manco dominus Wernherus, dominus Heinricus de Lutzlingen, dominus Otto de Rætenberch, dominus Pilgrimus dictus Puzel, Otto filius domini Swarzmanni, Freitlinus de Hevnenburch et alii fide digni. Datum in Volckenmarcht anno domini millesimo CCLXIIII, IIII. kalendas augusti.

Orig. Prgmt. mit links anhängendem, etwas verletztem Siegel des Herzogs im k. k. H.-, H.- und Staatsarchiv in Wien.

336. Spital am Semering.

1264, 14. October, Kindberg. Ulrich Herzog von Kärnten schenkt dem Spital in Cerwald 2 Mansen bei Teschelsdorf sammt Zugehör. Unter den Zeugen: Wilhelmus de Minchendorff, Herbordus de Ouersperch,

Nach einer Abschrift des 17. Jahrh. im steiermärkischen Landesarchive.

337. Gurk.

1264, 12. December, Peilstein. Dietrich Bischof von Gurk belehnt den Hertwig von Presinge mit den Gütern der Morgengabe der Maria von Seldenberch zu Ogokelz und Ahorn. Unter den Zeugen: Nycolaus de Lilgenberch, . . Levpoldus de Scherfenberch.

Orig. im Wiener Staatsarchive.

338. Gurk.

1264, am 10. December, zu Landtrost in Krain. Ulrich Herzog von Kärnten entscheidet den langwierigen Streit um Albeck zwischen dem Bisthume Gurk und den Nachkommen des Grafen Ulrich von Pfannberg.

Tangl's Grafen von Heunburg, Separat-Abdruck II. Abtheilung pg. 14.

339. Sittich.

1264, ... , ... Ulrich von Preisek schenkt dem Marienkloster zu Sittich 8 Huben in Škerjanče bei Meichau.

Eodem anno (1264.) dominus Vdalricus de Pressek monasterium beate Virginis de Sittich in signi legato octo mansorum in Scher-

czenicz iuxta Maichou sitorum, pietate sibi innata illustrat, ditat et ornat. [Praesentibus Gotfrido de Preissekke, domino Rudolfo cognomento Unhold et fratre suo Friderico].

Puzel pg. 36; das Eingeklammerte aus Marian VII, S. 375.

340. Freising.

1265, vor 18. März, (Laibach). Ludwig Archidiakon von Krain fällt sein endgiltiges Urtheil in dem Streite zwischen Mag. Heinrich, Chorherrn von st. Andrä zu Freising und dem Bischofe von Lavant betreffs der Pfarre St. Peter am Kammerberge zu Gunsten des Ersteren.

Ludwicus archidiaconus Carniole et Marchie iudex a sede apostolica delegatus in causa que inter venerabilem patrem et dominum .... electum Lauentensem ex una et magistrum Heinricum canonicum sancti Andree Frisingensis, notarium venerabilis patris et domini C. Frisingensis episcopi vertebatur ex parte altera, super ecclesia sancti Petri Salzpurgensis diocesis sita iuxta provinciam sive districtum qui wlgo dicitur Longaewe fällt sein endgiltiges Urtheil zu Gunsten des Magister Heinrich.

Urk. gedr. bei Zahn, Cod. dipl, Austr. Fris. I. 263—264, Nr. 246.

341. Freising.

1265, 18. März, Perugia. Papst Clemens IV. beauftragt den Freisinger Chorherren Morhard das Urtheil, welches der Archidiacon von Krain und der Windischen Mark über päpstlichen Auftrag in der Streitsache zwischen Mag. Heinrich, Chorherrn von st. Andrea zu Freising und dem Bischofe von Lavant bezüglich der Kirche St. Peter am Kammersberge gefällt hatte, unter Anwendung kirchlicher Strafen zur Ausführung zu bringen.

Gedruckt in Zahn, Cod. Fris. 253 Nr. 239.

342. Sittich.

c. 1265. 8. April, Aquileja. Patriarch Gregor von Aquileja befiehlt allen Pfarrern und Vicaren in den Archidiakonaten von Krain, der Windischen Mark und des Sannthals die Anwendung kirchlicher Strafen gegen jene Personen, welche sich am Gute oder an den Einkünften des Klosters Sittich vergreifen würden.

GREGORIVS dei gratia sanctae sedis Aquilegensis patriarcha, dilectis filiis universis plebanis et vicariis in Marchie et Carniolae

ac Sauniae archidiaconatibus constitutis praesentes litteras inspecturis salutem et benedictionem in Domino. Licet universis viris religiosis Deo famulantibus in suis teneamur necessitatibus generaliter et charitatis ministerio subvenire, specialius tamen et efficacius subditis nostris nos in hac parte novimus obligatos. Cum igitur sicut ex querela dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii Siticensis nuper accepimus, quidam laici, plebezani vestri, qui nomen domini recipere in vacuum non formidant, ad bona ipsorum manus avidas extendentes dictum monasterium diversis damnis et laesionibus variis lacerarint, aliqui et eorum debita jura ipsi monasterio solvere temere renuant, ut tenentur, nos super his manus nostrae provisionis apponere disponentes devotioni vestrae per praesentes in virtute obedientiae districte praecipiendo mandamus quatenus universos et singulos plebezanos eosdem quos hujusmodi culpae inveneritis non expertes, ex parte nostra moneatis attentius, et efficacius inducatis, ut eidem monasterio de damnis et injuris antedictis satisfacionem condignam et debitam impendant humiliter, et ad similia deinceps procedere non attemptent. Quod si forte in propria ma(lignitatis) nequitia id facere contumaciter recusaverint, vos in contemptatores hujusmodi excommunicationis sententiam proferatis et faciatis eos auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam tamquam excommunicatos arctius evitari; Datum Aquileie, VIIJ intrante aprilis.

Abschrift in krain. Landesmuseum zu Laibach.

343. Sittich.

1265, 14. April, Cividale. Gregor Patriarch von Aquileja befreit auf Widerruf die Hörigen und Leibeigenen des Klosters Sittich zu Stranah, Kaltenfeld, [1] *Sterniz,* [2] *Cirkniz und Oblak von aller fremden Gerichtsbarkeit mit Ausnahme jener über die schwersten Verbrechen und von allen Steuerforderungen von Seite seiner Beamten.*

Gregorius dei gratia sancte sedis Aquilejensis patriarcha. etc. .... nos audire nequeuntes querelas, multiplices, quos dilecti nobis in Christo abbas et conventus monasterii Siticensis Cisterciensis ordinis super diversis gravaminibus ex indebitis exactionibus hominibus eorum in villis Stranach, Chaltevelde, Sterniz, Cirkiniz et Oblok per

[1]) Studeno bei Planina. — [2]) Stermica ebendort.

officiales nostros illatis frequenter nostris auribus inculcant[1]); ipsumque monasterium de protectionis nostrae praesidio gaudere volentes gratia speciali, omnes homines tam colonos, quam proprios ad dictum monasterium pertinentes in villis predictis sub nostro dominio constitutos a jurisdictione cujuslibet officialis nostri, seu alterius cujuscunque partium illarum, excepto in causa sanguinis, furti et evidentis violentiae, ac etiam a quibuslibet exactionibus, angariis, oneribus, et gravaminibus tenore praesentium ad nostrae voluntatis beneplacitum diximus totaliter eximendos, volentes, ut homines praedicti contra hujus paginae nostrae tenorem occasione alicujus advocatiae, seu jurisdictionis, alicui officiali nostro seu alii nostro subdito respondere in aliquo nullo modo teneantur. In cujus rei evidentiam praesentes litteras nostras abbati et conventui supradictis inde concessimus sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum Civitate, XIIII. intrante aprilis, anno domini millesimo CCLXV., octavae indictionis.

Aeltere Abschrift im krain. Landesmuseum zu Laibach; eine andere im Archive des hist. Ver. für Krain.

344. Auersberg.

1265, 30. April, Laibach. Philipp, der Erwählte von Salzburg und Legat des apostolischen Stuhles belehnt mit Zustimmung seines Bruders Ulrich, die Brüder Herwart, Otto und Meinhalm von Auersberg mit der „villa apud Weichsen" sammt Zugehör.

Nos Phylippus dei gratia sancte Salzburgensis ecclesie electus, apostolice sedis legatus, anotacione presencium scire cupimus universis, quod Herbordum, et Ottonem et Meynhalmum fratres de Owersperch et eorum heredes utriusque sexus masculini et feminini inpheudavimus villa aput Weychssen cum omnibus iuribus, pertinenciis ad eandem villam, silvis, viis, deviis, pratis, quesitis et non quesitis et omni iure quo villam superius nominatam pater noster[2]) et nos possedimus eô iure ipsos inpheudamus salvo tamen consensu et favore fratris nostri qui ad maiorem cautelam ordinandam suum sigillum apposuit ad id quod fecimus consignandum. Unde, ne qua eis in posterum possit calumpnia suboriri presentem litteram nostri sigilli munimine roboramus. Huius rei testes sunt: dominus Dietricus de Althaime, dominus Rudlinus de Pyrpôvm, dominus Hermannus de

[1]) Abschrift Inculcatur. — [2]) Bernhardus.

Vreiberch, dominus Hermannus de Rabenstayne, dominus Herrandus de Owersperch, Leo scriba, Wlricus scriba, Weikerus de Pyrpôum, Geisselbertus, Waizmannus, Meynhalmus de Tal, Reinhardus de Waldenberch et alii quam plures. Datum apud Laybacum in vigilia apostolorum Phylippi et Jacobi, acta sunt hec anno domini millesimo CC.LX.V^to^ exeunte aprilis.

Orig., Prgt., im Archive zu Auersberg durch Feuchtigkeit an drei Stellen durchlöchert, mit 2 Siegeln: 1. Ein länglich ovales Siegel mit der Figur des hl. Rupert und der Umschrift: (S. PHILI)PPI DEI GRATIA ARCH. E. ECCLE. SALZEBVRGENSIS. 2. Das herzogliche Reitersiegel mit dem Pantherschild, und der Umschrift: (V)LRICVS DEI GRA. DVX KAR(INTHIE ET) DNS. CARNIOLE, die Siegeln sind an den in die Klammer gesetzten ergänzten Stellen beschädigt. Elze, Regest in Mitth. f. Krain 1861, S. 11, Nr. 3.

345. Aquileia.

1265, 22. Mai, Landro. Gregor Patriarch von Aquileia und Ulrich Herzog von Kärnten erneuern ein früher abgeschlossenes Schutz- und Trutzbündnis, wobei sich Herzog Ulrich verpflichtet die aquileischen Güter, welche an Ulrich den Grafen von Sternberg und anderen in der Gegend von Treffen und Tiefen in Kärnten um 700 Mark verpfändet waren, einzulösen. Dafür bürgt der Herzog mit seinem Schloss Nassenfuss von 60 Mark Einkünfte. Er verbürgt sich ferner mit seinen sämmtlichen Gütern in Kärnten und Krain für die Zustimmung seines Bruders Philipp zu den Folgen dieses Vertrages. Die Forderung des Patriarchen an die früheren Bürgen des Herzogs Otto von Auersberg und Heinrich von Scharfenberg bleibt aufrecht. Endlich verpflichtet sich der Herzog die Freien und Leibeigenen der Kirche von Aquileia, welche im Markte Werneck gewohnt hatten, zurück zu schicken und das Schloss Werneck ungesäumt herzustellen.

In nomine Christi amen. Anno a nativitate eius millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, octave indictionis, in domo domini patriarche in Antro[1]), die decimo exeunte mensis maii. Praesentibus domino Alberto dei gratia episcopo Concordiensi ipsius domini patriarche vicedomino, et dominis Wezelone abbati Beliniensi, Johanne archidiacono Aquilegensi, Berengero praeposito Sancti Wolrici, et

[1]) Castello d' Antro, mit einer Gastaldie des Patriarchen, lag am Natisone etwa 16 Miglien von Udine und 7 von Cividale, existirt aber jetzt nicht mehr. Vrgl. Fr. Conte de Marzano, Annali del Friuli, III 312, u. ö.

magistro Nicolao de Lupico dicti domini patriarche cancellario et magistro Peregrino vicedomino ipsius domini patriarche in Carniola, et dominis Landone de Monte longo dicti domini patriarche nepote, Conone de Morutio, Johanne de Cucania, Henrico de Mels, Asigno de Varmo, Roperto de Budrio, Waltero Bertoldo de Spinnenberch et Matheo de Rivarotta, et nobili viro domino Friderico filio condam marchionis de Badem, et domino Jacobo de Gotenberch, Conrado de Lonch, Henrico de Luzenlingen, Rodelino de Leobaco, et Friderico de Valkenberch, testibus ad hoc vocatis et aliis multis. Venerabilis pater dominus Gregorius dei gratia sancte Aquilegensis sedis patriarcha et nobilis vir et potens dominus Vlricus illustris dux Carinthie volentes firmatum inter eos dudum confederationis vinculum amicabiliter observare, ac deinceps modo indissolubili roborare, contractam olim inter eos societatem renovarunt et nunc de novo promiserunt sibi alterutrum manuale data fide utricunque, et per dominos Johannem de Cucania et Ropertum de Budrio in animam ipsius domini patriarche, et per dominos Jacobum de Gotenberg et Conradum de Lonch in animam dicti domini ducis corporali prestato iuramento, astare alter altri et iuvare se pro viribus quoad vixerint bona fide, quotiens et quandocunque necesse fuerit et alter ab altero per speciales litteras vel nuntios requisitus, coram omne et quaslibet personas. Excepto per dominum patriarcham predictum et pro parte eius contra dominum papam et imperatorem et dominos regem Belam Vngarie seniorem et regem Boemie et commune Padue et nobiles viros dominum Biagernum de Camino et Girardum filium eius. Et excepto per dictum dominum ducem contra dominum papam et imperatorem et illustrem regem Boemie et dominum Philippum fratrem suum et dominum Fridericum, fratrem uxoris ipsius domini ducis.

Item dictus dominus Vlricus dux promisit eidem domino patriarche recipienti pro se, suo nomine et nomine ecclesie Aquilegensis, redimere et expignorare possessiones et bona ipsius ecclesie Aquilegensis obligata dudum nobili viro Vlrico comiti de Sterenberch et aliis quibuscunque in partibus Treun et Tiuen pro septingentis marchis illius moneti, pro qua possessiones et bona predicta sunt obligata. Solvendo pro redemptione ac expignoratione possessionum et bonorum predictorum quadringentas marchas ipsius monete usque ad festum beati Georgii proximoventurum, et alias trecentas marchas residuas usque

ad alium festum beati Georgii proximo postmodum secuturum. Et hac occasione mille marcharum Aquilegensis monete in quibus idem dominus dux obligatus est, et confitetur se teneri eidem domino patriarche nomine ecclesie Aquilegensis. Pro quibus sibi solvendis dictus dominus dux posuerat et obligaverat ipsi domino patriarche certos fideiussores, secundum quod continetur in quodam instrumento publico confecto per me Johannem de Lupico subscriptum notarium et sigillo dicti domini ducis pendenti munito. Et pro facienda solutione huiusmodi in terminis predictis supradictus dominus dux posuit fideiussores suos dominum de Gotemberch, Conradum de Lonch, Heinricum de Luzenlingen et Rodelinum de Leobaco, qui corporaliter iuraverunt ad sancta dei evangelia, quod solutio ipsa et expignoratio fiet sicut superius est expressum. Quod si dicte quadringente marche non solventur ut predictum est in proximoventuro festo beati Georgii, ipse dominus dux ex nunc dedit et tradidit ipso domino patriarche recipienti nomine suo et ecclesie Aquilegensis castrum Nazenvôs (sic!) cum redditibus sexaginta marcharum ad usum curie, ut ipsum castrum cum dictis redditibus ab ipso festo beati Georgii in antea sit et cedat libere et absolute ipsi domino patriarche et Aquilegensi ecclesie ipso iure. Nisi dictus dominus dux foret impeditus ex detentione violenta persone, aut adeo gravi infirmitate, quod absit, quod non posset de suis factis propriis ordinare, Cessante vero impedimento huiusmodi, ipse dominus dux infra tres menses teneatur solvere dictam pecuniam sicut est superius annotatum. Si autem, quod absit, ipse ante dictum festum beati Georgii de medio tolleretur, heredes ipsius teneantur solvere pecuniam supradictam in terminis prenotatis. Quod si non fecerint, donatio castri predicti Nazzenvôz cum redditibus predictis firma remaneat, sicut superius est expressum. Confessus est quoque dictus dominus dux, supradictum castrum Nazzenvôz et redditus predictos aut partem ipsorum nemini esse vendita donata, neque obligata, aut aliquo modo obligata in dicto domino patriarche nomine Aquilegensis ecclesie occasione predicta. Et promisit dictus dominus dux sub pena mille marcharum argenti, cum obligatione partis proprietatis sue quam habet in Carinthia et Carniola et ubicunque quod dominus Philippus frater eius donationi et traditioni huiusmodi suum prebebit assensum et eam ratam habebit, si ipse dux in solutione predictarum marcharum cessaret in termino supradicto. Qua pena soluta vel non, predicta

omnia nichilominus in sua firmitate perdurent. Hoc cum expresso et excepto, quod in solutione supradictarum septingentarum marcharum non computentur nec debeant computari centum marche quas dictus dominus patriarcha habuit a domino Ottone de Vrsperch, qui fuerat fideiussor dicti domini ducis, et alie centum marche in quibus et pro quibus dominus Henricus de Scharfemberch pro dicto domino duce penes sepefatum dominum patriarcham est fideiussor et debitor, quas possit idem dominus patriarcha exigere ad voluntatem suam. Item memoratus dominus dux promisit ipsi domino patriarche recipienti nomine suo et ecclesie Aquilegensis, statim et ex nunc tam liberos quam servos et ancillas ecclesie Aquilegensis, qui serius habitaverant in foro Werdenech, facere et compellere redire ad standum et habitandum in dicto foro et castrum Werdenech in continenti incipere rehedificare et sine interpolatione compleri facere usque ad primum festum beati Jacobi de lignamine castri novi quod dictus dominus dux construi fecerat in loco qui dicitur Afolter, obligando se propter hoc ad penam quingentarum marcharum Aquilegensis monete si sine interpolatione dictum castrum Werdenech non rehedificaret sicut superius est expressum. Qua pena soluta vel non, contractus presens nichilominus obtineat plenum robur. Salvis tamen omnibus aliis articulis contentis in priori privilegio pacti habiti inter dictum dominum patriarcham et ducem predictum qui in sua permaneant firmitate. In eius rei evidentiam et stabilem firmitatem memorati dominus patriarcha et dominus dux instrumentum presens fecerunt sigillorum suorum pendentium munimine roborari.

Ego Johannes de Lupico sacri imperii publicus notarius hiis omnibus presens interfui et de mandato predictorum domini patriarche et domini ducis scripsi duo similia instrumenta in formam publicam reducendo.

Dr. Elze, Original, Pergament. Die beiden angehängten Siegel sind mit dem untersten Streifen des Pergaments abgerissen, doch ist einer der beiden für jene bestimmten Einschnitte noch wahrnembar, in reale archivio di Venezia . . atti diplomatici restituiti dal governo Austriaco all' Italiano . . busta XIV, Nr. 157. Man vrgl. auch die Auszüge aus dieser Urkunde in Udine, gedruckt bei Zahn, Fontes rer. Aust. XL. Bd. S. 320.

346. Freising.

1265, 14. Juni, st. Johann bei Neudeck. Ulrich Herzog von Kärnten beurkundet die Gerichts- und anderen Freiheiten der freising. Güter in der Windischen Mark gegenüber den landesfürstlichen Richtern.

Quoniam quod scripturarum confirmat auctoritas, inproborum non potest nec debet inprobitas infirmari et oblivio contraria memorie abolere, nos Vlricus dei gracia dux Karinthie, dominus Carniole et Marchie presentibus profitemur et ratum haberi volumus, quod per totum predium ecclesie Frisingensis in Gutenwerde et alibi situm in Marchia per nos sive per iudicem nostrum provincialem nullam iurisdiccionem seu auctoritatem iudiciariam exercere volumus aut debemus, nisi in certis casibus infra scriptis, hiis videlicet de homicidio quod wlgariter dicitur totslach, de furto et de raptu seu violenta corrupcione virginum seu mulierum quod vulgariter dicitur notnumft, perpetratis in predicto predio iudicabit iudex provincialis noster tali modo, quod rei seu obnoxii talium criminum per officialem venerabilis patris et domini . . . . episcopi Frisingensis assignentur iudici nostro provinciali, sine rebus tamen ipsorum que cedent ipsi domino episcopo, et iudex noster faciet iudicium de personis talium de rebus nichil sibi penitus usurpando. Si vero iudicium exercendum fuerit de wlneribus seu effusione sanguinis quod plutiger phenninch dicitur, iudex noster cognoscet de causa et iudicabit et emenda pro tali delicto debita promittetur ad manus iudicis nostri, sed solvetur officiali episcopi memorati ita quod iudex noster de emendis huiusmodi nichil sibi audeat vendicare. In premissis igitur casibus in quibus iudicabit iudex noster, vocabit eos reos ad iudicium et de citatis tercio et ob contumaciam se a iudicio absentantibus emendam ipse iudex noster recipiet et nil ultra. Item tabernam in predio predicto dominus episcopus Frisingensis habeat preter ipsius episcopi voluntatem. Similiter volumus et mandamus, ut in festis dictis chirchtag que certis temporibus celebrantur in predio memorato, iudex noster nec theolonium aliquid recipiat, nec angarias seu vexaciones quascunque in confluentes ibidem homines audeat exercere, Remittimus etiam denarium quem iudex noster consuevit recipere in dicto predio pro urna vini vendita ab hominibus prelibate ecclesie Frisingensis. Insuper prohibemus districte, ne quisquam iudicum nostrorum provincialium indicat seu habeat iudicia que vocantur lantgeriht, in villis predii sepedicti, nisi forte in foro Gutenwerde, quod per presentes volumus inhibere. Ut autem premissa robur obtineant perpetue firmitatis, presentes tradidimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum iuxta castrum Nidekk in ecclesia sancti Johannis, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, XVIII. kal. julii.

Aus d. Bestätigg. Kg. Otakars dd. 1274, 17. April, Graz, die weiter unten folgt, vgl. diese; k. Reichsarchiv zu München; ebend. auch Cod. 191, f. 132. Meichelbeck II./1, 64. — Zahn, Cod. Fris. I, 260, Nr. 244.

347. Freising.

1265, 22. Juni, Laibach. Ulrich Herzog von Kärnten gestattet dem Bischofe Konrad zu Freising, zu Slap oder an einem andern Orte der Windischen Mark unter gewissen genannten Bedingungen eine Burg zu erbauen.

NosVlricus dei gracia dux Karinthie, dominus Carniole notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod domino et am(ico) nostro venerabili patri Chvnrado episcopo Frisingensi nostram voluntatem pres(ti)timus et consensum, ut castrum sive municionem circa villam Zlap vel in alio loco quem in Marchia super predio ecclesie Frisingensis duxerit eligendum, erigat absque obstaculo cuiuslibet impedimenti, et ipse episcopus promisit nobis versa vice, quod si quid dampnum vel gravamen de mandato (suo) vel consensu in posterum de eodem castro nobis vel nostris per suos cas(tellanos) fuerit irrogatum, satisfactionem et emendacionem plenariam super (huiusmodi) dampnis et gravaminibus dum in terra constitutus fuerit, nobis sine (dilacione) qualibet faciet sive nostris, quam inquam satisfactionem, si post ad(ventum) vel reditum suum ad terram ex septima(na)rum spaciis post (motam) sibi super hoc querimoniam vobis vel nostris exhibere non curaverit et presta(verit), nos predictam villam Zlap ex tunc possidebimus titulo feudali et (nomine) advocacie in Marchia per totum predium ecclesie Frisingensis. Si vero dictum (castrum) per suos vel alienos fraudulenter traditum fuerit inimicis vel ali(is per quorum) vim fuerit expugnatum, et ex hoc forte nobis vel nostris dampnum (fuerit ir)rogatum, id dicto episcopo vel suis successoribus non debet aliquatenus (esse conputatum), nec ex hoc nobis in memorata villa Zlap et predio ecclesie (Frisingensis), aliquid acquisitum, nisi hoc per legitimum testimonium probare (possimus, quod ad) hoc domini episcopi consensus et voluntas pariter accessisset. Sui homines autem) et castellani prefatum castrum inhabitantes non obstante (aliqua?) causa possunt ipsum dominum episcopum et semet ipsos ab omnibus iniu(riis et v)iolenciis de prefato castro secundum iusticiam defendere licite (et tu)eri. In huius itaque rei testimonium presentem paginam preli(ba)to domino epi-

scopo tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum (La)ibaci, anno domini M.CC.LXV., X. kalend. julii.

Cod. 191, f. 5'. an der Heftung durch Nässe sehr lückenhaft und hier nach dem Sinne ergänzt, k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 45. Nr. 72; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 261, Nr. 245.

348. Freising.

1265, 22. Juni, Laibach. Konrad Bischof von Freising bekundet, dass ihm Ulrich Herzog von Kärnten unter angegebenen Bedingungen den Bau einer Burg zu Slap oder einem andern Orte der Windischen Mark gestattet habe.

Nos Chunradus dei gratia Frisingensis episcopus notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod dominus et amicus noster Vlricus illustris dux Karinthie dominus Carniole suam nobis voluntatem prestitit et consensum, ut castrum sive munitionem circa villam Çlap vel in alio loco quem in Marchia super predio nostro duxerimus eligendum absque cuiuslibet inpedimenti obstaculo erigamus et nos versa vice sibi promisimus quod si quod dampnum vel gravamen de mandato nostro vel consensu in posterum eidem domino duci de eodem castro per nostros fuerit irrogatum satisfactionem et emendationem plenariam super huiusmodi dampnis dum in terra constituti fuerimus eidem domino duci sine dilatione qualibet faciemus quam inquam satisfactionem si post adventum vel reditum nostrum ad terram elapsis sex septimanarum spaciis post motam nobis super hoc querimoniam nos vel nostri successores prestare non curaverimus idem dominus dux villam Çlap extunc pro feudo et ius advocacie per totum nostrum predium in Marchia optinebit. Si vero dictum castrum per nostros vel alienos fraudulenter traditum fuerit inimicis vel alias per vim fuerit expugnatum et ex hoc forte prefato domino duci dampnum aliquod irrogatum id nobis vel nostris successoribus non debet aliquatenus inputari nec ex hoc dicto domino duci in memorata villa Çlâp et predio nostro erit ius aliquod acquisitum nisi hoc per legittimum testimonium probaretur quod ad hoc noster consensus et voluntas pariter accessisset nostri autem homines et castellani prefatum castrum inhabitantes non obstante pena supradicta possunt nos et semetipsos dum iuris poscit necessitas ab omnibus iniuriis et violentiis de prefato castro defendere licite ac tueri. In huius itaque rei testimonium presentem pa-

ginam prelibato domino duci tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Leybaci anno domini M̊.CC.LX quinto, X. kalendas iulii.

Orig., Pergmt., das an grünen Seidenfäden befestigt gewesene Siegel gänzlich abgefallen, im k. k. H.-, H.- und Staatsarchiv in Wien.

249. Freudenthal.

1265, 22. Juni, Laibach. Ulrich Herzog von Kärnten, Herr von Krain gibt seiner neuen Stiftung der Karthause Freudnitz 8 Huben an dem Wasser Tujnica) mit allen Freiheiten, welche deren übrige Besitzungen haben.*

In nomine domini amen. Cum breves sint dies hominis super terram necessarium est et salubre ut elemosinis et operibus pietatis querantur eterne remedia claritatis, quia sicut aqua extingit flammam ignis sic elemosina delet multitudinem peccatorum. Nos igitur Vlricus dei gratia dux Karinthie dominus Carniole, aspirantes cum temporalibus huius mundi in personis religiosis et locis ecclesiasticis elemosinarum beneficiensas seminare ut habeamus in futuro relicto huius vite exilio metere gaudia sempiterna, notum esse volumus universiis tam presentibus quam futuris intuentibus presens scriptum, quod pro remedio nostre salutis et anime, nostrorumque progenitorum qui ex hoc seculo transierunt, fratribus nostre nove plantule in Vrewenz de ordine Cartusiensium, octo mansos sitos apud aquam que in vulgo Tv̊nz vocatur cum omnibus pertinenciis suis et terminis cultis et incultis, quesitis et inquirendis, dedimus solute ac libere possidendos sine omni vexacione seu exaccione iudiciaria nostrorum iudicum aut preconum, secundum libertatem et gratiam originalis privilegii plantule memorate. Et ut talis nostra donacio robur teneat perpetue firmitatis nec a nostris successoribus cavilletur, presens scriptum pro testimonio ipsis damus sigilli nostri karaktere consignatum. Huius rei testes sunt: Fridericus consobrinus noster marchio Verone, Chunradus dictus Gallo, Waltherus de Stein, Herbordus de Owersperch, Rudelinus de Pirpǒm, Chvnradus noster vicedominus de Lǒk, Hermannus de Ramenstein, Gerlochus de Hertenberch, Gyselbertus et Otto nostri cives de Laibaco et alii quam plures nostre curie fidedigni. Actum in Laibaco nostro foro (!), anno domini M̊.CC.LXV., X̊. kalendas julii.

Orig. Perg. 1 Siegel (fehlt). Geh. H. Archiv; Fontes rer. Austr. I./II. Abth. (1849) pg. 63, Nr. LXIII.

*) In der Gemeinde Podlipa nächst Oberlaibach.

350. Scharfenberg.

1265, 23. Juni, Marburg. Bruno, Bischof von Olmütz erklärt, dass auf dem allgemeinen Gerichtstage zu Marburg das Schloss Hörberg, worüber Herr Heinrich von Scharfenberg und die Frau N. von Lengburg sich stritten, dem erstern zugesprochen wurde und er den Herrn Lutold von Lichteneck beauftragt habe, denselben Scharfenberg im Namen des Königs (Otakar) in den Besitz des Schlosses zu setzen.

Omnibus hanc litteram inspecturis et audituris Bruno dei gratia episcopus Olomucensis salutem in domino. Cum ea que iudicio vel concordia terminantur firma debeant et illibata persistere et ne in recidiva contentione relabantur scrupulum, scriptis sint autenticis annotanda, nos presentium tenore facimus universis, quod cum inter dominum Henricum de Scherphenberch ex una parte, et dominam de Lengburch super castro de Herbergh et suis pertinentiis ex altera, coram nobis in generali iudicio apud Marchburch orta fuisset materia questionis, tandem propositis omnibus que partes volebant proponere prefato domino Henrico, qui suam rationabiliter et sufficienter probavit intentionem, castrum idem de Herbergh sententialiter adiudicatum est cum suis attinentiis universis. Nosque iuxta terre consuetudinem dominum Lutoldum de Liechtenekk nuncium dedimus ut ipsum possessionem eiusdem castri suorumque pertinentium potestate domini nostri regis et nostra poneret corporalem. Quod autem super eo nullus processu temporis dubietatis vel calumpnie scrupulus oriatur, presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Actum et datum Mareburc in vigilia beati Johannis baptiste, anno domini M̊ CC̊.LXV̊ presentibus venerabilibus patribus domino Vlrico Salzburgensi archiepiscopo, domino Bertoldo Babenburgensi, domino Dittrico Gurcensi episcopis, domino Meynardo comite Goricie, domino Alberone dapifero de Velsperch, domino VL. de Liechtensteyn, domino W. de Stubenberch, domino Friderico de Bettouia, domino Henrico de Rohathz, et aliis quam pluribus.

Orig. Perg. 1 Siegel. G. H. Archiv; Fontes rer. Austr. I. II. Abth. (1849), 64, Nr. LXIV.

351. Gurk.

1265, 24. Juni, Marburg. Ulrich der Freie von Lengenburch vergleicht sich mit dem Bischof von Gurk über nicht näher bezeichnete Zwiste. Unter den Zeugen: dominus Heinricus de Scherfenberch, do-

minus Levpoldus de Scherfenberch . . . dominus Berchtoldus de Gurkvelde, . . . iuvenis Leupoldus de Scherfenberch.

Orig. im bisch. Archiv zu Strassburg, Abschrift im steier. Landesarchiv Nr. 851b.

352. Freising.

1265, 20. Sept., Lack. Ulrich Herzog von Kärnten überträgt seine Eigenleute auf den Liegenschaften des Bisthums Freising in der Windischen Mark — Städte und Märkte ausgenommen — an Bischof Konrad von Freising.

Nos Vlricus dei gracia dux Karinthie, dominus Carniole et Marchie presentibus profitemur et scire cupimus universos presens scriptum intuentes, quod ob reverenciam beate Marie virginis et ob dileccionem dilecti amici nostri Chvnradi venerabilis Frisingensis episcopi universos homines iure proprietatis nos attinentes constitutos in coloniis et prediis ecclesie Frisingensis in Marchia per hofmarchiam eiusdem domini episcopi liberaliter donavimus et tradidimus ecclesie Frisingensi cum eorum posteris, nihil nobis iuris in ipsis penitus reservantes, exceptis tantum hiis qui in foris seu civitatibus ipsius domini episcopi habent residenciam et morantur, de quibus communiter est statutum ut si qua servicia a nostris in suis civitatibus constitutis recipiamus, similia servicia ipse dominus episcopus a suis hominibus recipiat in nostris foris et civitatibus constitutis. In huius itaque nostre donacionis evidenciam presens scriptum prefato domino C. episcopo tradidimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Lok, anno domini M.CC.LXV., XII. kal. octobris.

Cod. 191, f. 6', k. Reichsarchiv zu München; Meichelbeck II./2, 46, Nr. 74; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I, 264, Nr. 247.

353. Freising.

1265, 20. Sept., (Lack.) Ulrich Herzog von Kärnten überträgt dem Bischofe Konrad von Freising die Eigenschaft eines Gutes zu Selo, welches Ortolf von Gurkfeld demselben zur Schadloshaltung abtrat und von ihm als Lehen zurück empfieng.

Nos Vlricus dei gracia dux Karinthie, dominus Carniole et Marchie notum facimus universis presencium noticiam habituros, quod dilectus fidelis noster Ortolfus de Gurchuelde consentientibus heredibus suis proprietatem predii sui in Célle cum omnibus suis attinentiis pro dampnis et gravaminibus que Frisingensi ecclesie in-

tulit, in manibus nostris libere resignavit et nos eandem proprietatem ipsius predii in Celle pro dampnis huiusmodi tradidimus et donavimus ipsi ecclesie Frisingensi, quod inquam predium in Celle reverendus in Christo pater dominus Chvnradus tunc episcopus Frisingensis prefato Or. et suis heredibus titulo contulit feodali. Nos etiam ad hoc ne prefatus O. vel sui heredes super premissis quicquam possint si vellent, forsitan in posterum revocare, per presentes nomine fideiussorio obligamus, volentes in hoc indempnitati et commodo ipsius ecclesie providere. Acta sunt hec anno domini M.CC LX. quinto, testibus qui aderant, subnotatis, videlicet: Friderico comite de Ortenburch, Liupoldo de Scherfenberch, Wernhardo de Waldeke, Wernhero et Chunrado fratribus de Lok, Jakobo de Gutenberch, Rudelino de Leybaco, Nicolao de Rivtenberch, Ortolfo de Priseke, Vgoldo (!) de Gvtenwerde et aliis quam pluribus. In cuius rei etiam evidentiam pleniorem presentes conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum XII. kalendis octobris.

Orig., Pgt., anghgt. Siegel ausgerissen, k. Reichsarchiv zu München; ebend. Cod. 191, f. 6; Meichelbeck II./2, 46, Nr. 73; aus Zahn Cod. dipl. Aust. Fris. in Fontes rerum Aust. 31. Band, 265, Nr. 248.

354. Freising.

1265, 25—26. September, Friesach. Morhard Propst von Wörthsee bestätigt als päpstlich delegierter Richter nach neuerlicher Untersuchung des Streites zwischen Mag. Heinrich, Chorherrn von st. Andrae zu Freising und dem Bischofe von Lavant um die Pfarre St. Peter am Kammersberg das endgiltige Urtheil honorabilis viri domini Ludwici archidiaconi Carniole et Marchie in premissa causa a sede apostolica delegati.

Zahn, Cod. dipl. Austro-Fris. I, 266, Nr. 249.

355. Kloster Landstrass.

1265,....., im Schlosse Landestrost. Ulrich, Herzog von Kärnten, Herr von Krain bestätigt die Stiftung des Klosters Maria-Brunn bei Landestrost und gibt dahin unter andern den Weiler Unter-Čatež in der Mark und einen Weilergrund in Osredek bei Preisek.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, amen. Cum vita et actio praeteritorum sint speculum et exemplar futurorum, nec salvo jure cassari valeat, quod pia intentione collatum dignoscitur; inde est, quod nos Ulricus dei gratia dux Carinthiae, dominus Car-

niolae, attento animo considerantes secundum desiderium ac piam devotionem felicis memoriae patris nostri Bernardi dei gratia illustris ducis Carinthiae, qui seminare volens in valle lacrimarum, quod metere valeat cum exultatione in terra viventium, et recondere thesaurum in aerario intimo locoque securo, ubi nec tinea demoliretur nec fures effodere vel furari potuissent, omnibus membris sui corporis incolumis, plenaque utens ratione, cum consensu beatae memoriae matris nostrae Jutae, nec non nostro, Bernardique et Philippi fratrum nostrorum, et Margarithae sororis nostrae beneplacito, conventum Fontis st. Mariae de Landestrost ordinis Cisterciensis, donationibus perpetua securitate et jure pacifico possidendis stabilivit, ut in ipsius authentico originali plenius continetur. Nos igitur eodem desiderio, eademque devotione succensi, eandemque remunerationem cum ipsis et idem bravium accipere volentes, donationes jam praefatas ex nostro assensu familiarique consilio saepe . . . . factas agnoscentes, eisdem perpetuo jure possidendas ratificantes, confirmamus, ab omnibus insidiose et calumniose sub cujuscumque juris titulo impetentibus defendendo. Et quoniam mater ignaviae, noverca pietatis, oblivio ex quadam negligentia quosdam mansos in Carinthia apud Steinpüchel[1]), violata serie autentici originalis, ecclesiae memoratae subtraxerat, nos sub praemissa confirmatione et defensione, jam dictae ecclesiae assignamus. Quoniam autem bona exempla praeteritorum futuri considerantes, nec non paria operatione complentes judicium sibi magis et non gloriam coronae merentur adipisci; ideo nos ista consideratione ammoniti; judicium vitare volentes, coronamque incorruptibilem ex simili beneficio cum nostris progenitoribus adipisci; manus porrigentes munificas, villam nostram in inferiori Tzattesch in Marchia cum agriculturis, pratis, virgultis, decimis, jure montis, aliisque pertinentiis, et terras trium fratrum, Meinhardi scilicet, Frizonis et Wolvingi[2]) jam defuncti habitas et habendas cum agriculturis, cultis et incultis, vineis, molendinis, virgultis pratis, et omnibus aliis pertinentiis, prout iidem jure pacifico possidebant, defuncti fratris nunc statim, duorum autem post obitum superstitum eorum. Praeterea in illo loco fundum villae in Osridek juxta villam Prissikam, cum omnibus attinenciis habitis et habendis, cultis et incultis cum consensu et beneplacito dominae Agnetis uxoris nostrae secun-

[1]) Copie: Steinpüch. — [2]) Wolringi.

dae, jam saepius memoratae ecclesiae ordinis Cisterciensis conferimus damus, assignamus, perpetuo jure pacificaque quiete possidendas; nulla nobis, nostrisque successoribus super bonis omnibus praenotatis jurisdictione, vel obligatione, vel actione reservata. Et ne quod a piis salubri intentione devotaque conscientia confertur ab improbis iniqua fraude aut subdola cavillatione valeat violari, bona et attenta consideratione patentes concessimus coram testibus authenticis et curiae nostrae fide dignis, scilicet domino Friderico marchione de Verona consobrino nostro, Henrico, Ortholfo, Cunrado capellanis nostris, Ottone, Offone, Ortholfo fratribus de Landestrost, Nicolao et Grifone[1]) de Reutenberg, Engelbero de Sichelberg in Carinthia, Winhardo dicto Conenzel, Haidenrico de Hailleke, Hermanno de Umberg? et Cunrado castellano; ibidem sigillorum nostrorum, et dominae Agnetis, consortis nostrae secundae munimine irrefragabiliter roborandas. Datum anno domini M.CC.LV[2]) indictione octava, in castro Landestrost, nunc et semper valiturae. Amen.

De Rubeis, Mon. ecclesiae Aquil. I, 726—727.

356. Oberburg.

1265, ... Oberburg. Heinrich Abt von Oberburg giebt dem Ritter Ulrich Taehler für eine Schenkung von Gütern zu Edelingen und Vodiz eine Verschreibung über eine Grabstätte in der Klosterkirche für denselben und dessen Kinder.

Nos Henricus secundus abbas Oberenburgensis monasterii omnibus presencium noticiam cum salute. Dominus Vlricus miles de Edelingen dictus Taehler dedit nostro monasterio in exequiis sive sepultura filii sui Friderici pro remedio anime ejusdem filii omnia que habuit et habet aput Edelingen et in Woditz. Nos autem eiusdem militis pia devocione pensata sepelivimus memoratum filium suum cum nostris expensis et preterea promisimus prefatum dominum Ulricum et filiam suam Perhtam quando obierint, cum nostris impensis in nostro monasterio sepelire. Ut igitur omnia, que in hac parte facta sunt per nos et prelibatum militem irrevocabiliter observentur, presentes litteras signari fecimus nostri ac conventus nostri signaculis sigillorum. Actum coram principali altari monasterii nostri presentibus omnibus, qui predicti Friderici intererant sepulture anno domini millesimo ducentesimo, sexagesimo quinto.

Orig. Pgt. im steierm. Landesarchiv Nr. 862.

[1]) Lisone. — [2]) Ein Druckfehler statt 1265.

357. Freudenthal.

c. 1265, ... , ... Gregor Patriarch von Aquileia befiehlt dem Archidiakon Ludwig von Ober- und Unterkrain die edle Frau von Czehk und ihre Söhne vorzurufen und zur Rückgabe eines von ihnen ungerechterweise in Besitz genommenen Landgutes an das Kloster Freudenthal zu ermahnen, widrigenfalls sie der Kirchenstrafe verfallen würden.

G(regorius) dei gratie sancte Aquilegensis sedis patriarcha dilecto filio L. archidiacono marchie Carniole[1]) salutem et benedictionem in domino. Dilecti nobis in Christo . . . prior et fratres de Frauniz ordinis Cartusiensis sua nobis conquestione monstrarunt quod nobilis mulier . . . domina de Czechk et filii ejus quandam terram claustri predicti violenter et contra iusticiam detinent occupatam in suarum dispendium animarum. Cum igitur ex officii nostri debito loca religiosa et pia divinis obsequiis deputata teneamur a malignantium incursibus protegere ac fovere, devotioni tue per presentes committimus et mandamus quatenus dominam memoratam de Czehk et filios ejus ex parte nostra moneas diligentius et inducas, ut memoratis priori et fratribus terram restituant taliter occupatam, quod si supradicta domina et filii sui per te moniti facere recusant, tu super hoc cognita veritate si tibi constiterit de premissis supradictam dominam et filios ad id per censuram ecclesiasticam compellere non (vermutlich pretermittas, doch dies sammt dem etwaigen Reste beim Einbinden des Buches weggeschnitten.)

Copie aus dem Ende des 13. Jahrh. in Cod. 39/71, 8° der k. k. Univ. Bibliothek zu Graz.

358. Freudenthal.

c. 1265, ... , ... Girardus und Johannes die Prioren der Karthausen zu den Pforten und zum hl. Bartholomaeus, vom Generalkapitel bestellte Visitatoren der, in den zu Slavonien (= Slovenien) gehörigen Theilen bestehenden Karthausen bestimmen bei Vornahme der Visitation in st. Marien zu Freudnitz die namentlich angeführten Grenzen, welche die daselbst wohnenden Karthäuser nicht überschreiten dürfen ohne besondere Erlaubnis des Priors ausser bei Reisen zum Generalkapitel oder zum Empfang der Weihen.

Urk. gedruckt im Schumi's Archiv f. H. I, S. 110.

[1]) Diese Schreibung widerspricht den anderen Urkunden, es sollte heissen: „L. archidiacono Carniole et Marchie."

359. Aquileia.

(c. 1265?), ..., ... (Instrumentum) de villa Grasnitz (= Kresniz) apud ipsum castrum (Werdenech), permutata d. patriarche [1])

Bianchi thesaurus eccl. Aquil. pg. 8 „de contentio in quinto scrineo."

360. Aquileia.

c. 1265.[2]) Resignatio et investitura castri de Neydech; atque donatio de Treven (in Krnt. 1161) cum multis villis, locis, bonis et juribus.

Bianchi thes. eccles. aquil. pg. 8, de contentio in quarto scrineo.

361. Freising.

1266, 7. Februar, Tirol. Meinhard Graf von Görz und Tirol anerkennt den Schiedsspruch, durch welchen Friedrich Dompropst von Freising die zwischen ihm und dem Bischofe Konrad von Freising bestandenen Streitigkeiten über Güter bei Innichen u. s. w. beigelegt hatte und unter anderm auch folgende Stelle: ad haec arbitrando dicimus, quod pro recompensatione atque satisfactione dampnorum et gravaminum, que iidem domini comites aut eorum homines in sepedicto predio Frisingensi intulerunt, unus ex ipsis comitibus vel ambo resignabunt in manus ipsius domini episcopi vel sui successoris redditus quinquaginta marcarum Tridentini ponderis de eorum proprietatibus sitis in Marchia circa castrum Schönenberch, et eosdem redditus de manibus ipsius domini episcopi suscipient feudali titulo possidendos.

Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I., 270, Nr. 253.

362. Oeberndorf.

1266, 1. März, Völkermarkt. Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain bestätigt dem Johann, Propst von Oeberndorf einen eingeschalteten Freiheitsbrief des Patriarchen Gottfried von Aquileja. Unter den Zeugen: Lambertus de Landestrost plebanus.

Orig. mit anh. Siegel im k. k. Staatsarchiv; Abschrift im steier. Landesarchiv Nr. 865.

[1]) ab Volrico duce Karinthie? Da diese urkundliche Notiz gleich nach jener über das Schloss Werneck 1265 oben Nr. 345 folgt, so erscheint als der Tausch zwischen Herzog Ulrich von Kärnten und dem Patriarchen geschehen wäre. — [2]) Vielleicht bezieht sich auf Nr. 291.

363. Kloster Landstrass.

1266, 19. Mai, ... Der Ritter Wolfker von Arch, welchem Abt Dietrich eine angefallene Hube zu Ostrog auf Lebenszeit überlassen hatte, schenkt dem Kloster zu Landstrass mit Vorbehalt der lebenslänglichen Nutzniessung eine zweite Hube daselbst und einen Weingarten zu Ladendorf.

Ego Wolfkerus miles de Archa notum facio presentium inspectoribus universis, quod venerabilis dominus Dietricus abbas, totusque conventus monasterii in Landestrost concesserunt michi unum mansum in Oztrog, quem habuerunt ex parte fratris mei Menhardi fratris mei (!) iam defuncti, ad terminum vite mee, ego vero in recompensationem iam dicti mansi, eisdem abbati et conventui communicata manu Eite uxoris mee, et omnium heredum meorum et pro remedio anime mee alium mansum in eadem villa eidem vicinum, et vineam unam in monte meo Ladendorf cum iure montis confero ita, quod post obitum meum vinea memorata, cum duobus predictis mansis cedat memoratis abbati et conventui iure perpetuo possidendis. In recognitionem vero huius conditionis de vinea mea sepius repetita unam sovmam [1]) vini dabo vel currentis monete XL denarios annuatim, ubicumque vero competenti loco me ex hac vita migrare contigerit et amici vel consanguinei mei ad ipsum monasterium me deferre non poterunt propter aliquas inimicicias capitales, sepedicti fratres in suis vecturis ibidem me tollere tenebuntur, et ad suum monasterium deportare, atque tamquam suum confratrem ecclesiastice tradere sepulture. Testes huius rei sunt: dominus Berchtoldus plebanus Sancti Bartholomei, dominus Menhardus sacerdos in foro Landestrost, dominus Offo de Meichowe, dominus Henricus de Oztrog, dominus Wergandus de Archa, Chuncelinus de Pischez et alii quam plures. Ut autem hec magis robur obtineant perpetue firmitatis, presentes duxi sigilli mei formula communiri. (Acta sunt) hec anno domini M̊.CC̊.LXV̊j. in quatuor temporibus pentecostes.

Orig. Pgt. bis auf „Acta sunt“ gut erhalten, ein dreieckiges Siegel des Ausstellers anhängend, Umschrift + S (W)OLFKERI DE ARKA; gespaltener Schild mit einem Sparren in der linken Hälfte. Archivsnotiz (15. Jahrh.) Litera domini Volkeri de Arch de duobus mansis in Osterowe.

[1]) Saum.

363. Freising.

1266, 22. Aug., Krainburg. Ulrich Herzog von Kärnten übergibt auf Bitten Nicolaus von Reutenburg dessen Kinder Diemut und Konrad behufs ihres bessern Fortkommens an das Bisthum Freising.

Nos Vlricus dei gracia dux Karinthie, dominus Carniole et Marchie tenore presencium notum facimus tam presentibus quam futuris, quod ad instanciam et peticionem dilecti et fidelis ministerialis nostri Nycolay de Revtenberch duos ex liberis suis videlicet Dymodim et Chv̊nradum dare et legare curavimus ac etiam libere donavimus ecclesie Frisingensi, attendentes quod dictus Nycolaws et non solum ipsius liberi, verum etiam alii eiusdem pueri ex hac donacione nostra facta Frisingensi ecclesie per ipsam Frisingensem ecclesiam tum ad presens, tum etiam in futurum consequi poterunt promociones varias et honores. Cuius devocionis et fidelitatis obsequia nobis per ipsum multipliciter exhibita nos inclinant ad quelibet que ipsius predicti Nycolay et puerorum suorum promocionem respicere dinoscuntur. Et ne predicte donacionis nostre quisquam de successoribus nostris posset in posterum in preiudicium gloriose virginis protervus existere violator, presentes nostri pendentis sigilli munimine roboratas predicte Frisingensi ecclesie et testimonium et cautelam et in robur perpetue firmitatis duximus erogandas. Huius quoque donacionis nostre testes sunt qui presentes aderant: nobilis vir Vlricus comes de Sterenberch, Vlricus comes de Hewnenburch, Fridericus de Petaw, Albertus dictus Zeysel, Wilhalmus de Chreich, Heinricus dictus Zeysel, Albertus prepositus sancti Virgilii vicedominus noster per Karinthiam, Heinricus plebanus Sancti Viti, Ortolfus plebanus in Pulst, Durenhardus plebanus in Traberch, Lambertus plebanus in Landestrost capellani curie nostre, Jacobus de Guotenberch, Wilhalmus de Minchendorf, Gebhardus de Lilienberch, Waltherus Vngarus, Chonradus de Lok, Griffo de Revtenberch, Reimbertus et Leonhardus fratres de Guotenberch, Chvnradus Dvnno et Volkerus de Grez notarii nostri et alii. Actum et datum in Chrainburch anno domini M.CC.LX.VI., XI. kalendas sebtembris (!).

Orig. Pgt., anght. Siegel ausgerissen ; k. Reichsarchiv zu München ; ebend. mit Datum 1267 in Cod. 191, f. 5'; Meichelbeck II./2, Nr. 81; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I., 278, Nr. 258.

364. Sittich.

1266, ..., ... Friedrich von Weineck schenkt dem Kloster Sittich fünfthalb Huben zu Primskau und fünf zinspflichtige Leute.

Dominus vero Fridericus (nämlich de Weinegkh) ejusdem suae lectissimae dominae cunjugis maritus exemplo ductus, semiquintum mansum in Prinskau situm, zelo amoris, monasterio confert, et donat.

Item quinque homines proprios suos eidem monasterio sua spontanea, liberaque voluntate cedit, ut quilibet eorum offerat annuatim quinque denarios monasterio Sitticensi, pro censu capitis sui inviolabiliter.

Puzel pag. 36; Mittheilungen des Benedictiner Ordens, 1881, 3. Heft, S. 72 aber: Preterea Fridericus maritus suus contulit monasterio $5^1/_2$ mansos in Prinskove.

365. Sittich.

1266, ..., ... Kunigund die Gemalin Friedrichs von Weineck schenkt dem Kloster Sittich 4 Huben zu Hurde nächst der Gurk.

Domini Friderici de Weinegkh pientissima domina uxor Kunigundis nomine, dono liberali prosequitur monasterium B. V. de Sittich in collatione quatuor mansorum situatorum in Hurdt prope Gurkam, idque solus dux Vlricus confirmat.

Puzel pag. 36; siehe nach Mitth. d. Bened. Orden 1881, pag. 72 aber Winekh und Hurde.

366. Tragöss.

1266, ..., ... Wulfing von Stubenberg entsagt dem Vogtrechte und der Steuer auf den Besitzungen der Kirche zu Tragöss. Unter den Zeugen her Ulrich von Apffalteren.

Aus einer Uebersetzung des 15. Jahrh. deren Abschrift im steierm. Landesarchiv Nr. 873c erliegt.

367. Landesfürst.

1267,[1]) 2. Jänner, Graetz. Ulrich III. Herzog von Kärnten und sein Bruder Philipp vergleichen sich nach dem Tode ihres Vaters, durch beiderseits erwiesene Männer die eigenthümliche Verlassenschaft ihres Vaters an Gütern und Leuten zu beschreiben und herzustellen, dann aber solche gleich zu vertheilen (aequaliter in continenti dividenda.) Was aber Lehen anbetrifft, darüber ist vereinbart, „omnia feuda nostra sibi Philippo fratri stabilimus omni studio, quo valemus, si sine herede legitimo decedere nos continget. Si autem

[1]) Die Jahreszahl 1267 erscheint sehr zweifelhaft — vielleicht ein Druckfehler für 1257? Vergl. Urk. oben Nr. 223 u. Arch. f. H. I, S. 83, Anm. 2.

super laycatu cum fratre nostro fuerit dispensatum, feuda nostra omnia relinquit frater noster fraterne fidei nostre, et tenemur super suis feudis dicere infra annum prout fraternam nostram concedet fidem, quod si non fecerimus, utatur frater noster sicut voluerit jure suo, denique non alienabimus a fratre nostro proprietates nec feuda preter suum consilium et consensum.

Juvavia 380. Nr. III, wahrscheinlich aus den Salzburger Kammerbüchern. (Vgl. Archiv für Kärnten, IX, (1864), 28, Nr. 307.

370. Deutschorden.

1267, 20. Februar, Bischoflack. Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain nimmt die Besitzungen des deutschen Ordens auf seinem Gebiete in Kärnten, Krain und der Windischen Mark unter seinen besondern Schutz, räumt die niedere Gerichtsbarkeit auf denselben den Komthuren ein, gewährt dem Orden Zollbefreiungen u. dgl. m.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Vlricus dei gratia dux Karinthie dominus Carniole universis tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus salutem et felicis memorie incrementum. Quoniam ex quo nascimur imus ad mortem et omnes huius vite lugubrem et caducum exitum expectamus nec est aliud quod speremus nisi quod semina nostrorum operum fructificant in futurum unde secundum apostolum habundanter credimus seminandum et in benedictionibus metamus quod in eterna vita nobis sit feliciter possidendum seminemus, igitur singuli caduca pro mansuris temporalia pro eternis quia honestissima est mutatio propter eum omnia relinquere quo habito omnia possidentur. Hinc scire volumus universos quod nos qui loca deo dicata sive dicanda pio favore prosequimur, fratres hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitane in nostro dominio videlicet in Karinthia Carniola et Marchia constitutos in nostram taliter recepimus gratiam specialem, ut eos precipue nihil gravaminis vel offense ab aliquo nostrorum hominum, quocunque nomine gaudet, oporteat sustinere cum ipsis sit propter eorum vite honestatem debita reverentia exhibenda, preterea omnes homines tam coloni quam proprii habiti vel habendi de iure ad eos pertinentes a nostris iudicibus sententiariis preconibus vel officialibus sint liberi et exempti volentes ut quicquid inter eorum homines controversie discordie vel alterius cause sive alicuius que-

rimonie oriatur comendator domus vel is cui vices suas commiserit hoc digne corrigat et emendet nec nostris iudicibus quicquam super talibus teneatur aliqualiter respondere. Volumus etiam ut si qui de terra super aliquem hominum predictorum querimoniam habuerint debita ratione iudices nostros accedant iusticiam requirendo qui ab eisdem citati cum nuntio commendatoris sive domus compareant super obiectis coram nostris iudicibus responsuri nec ad alia placita sive iudicia amplius convocentur. Preterea ut omnis malignitas sive calumpnia nostrorum iudicum penitus, auferatur, volumus ut omnis emenda hominum dictorum fratrum que ad nos vel ad nostros iudices dinoscitur pertinere sit comendatoris nec illam nostri iudices sub obtentu nostre gratie audeant revocare. Ab hac nostra gratia sunt exempti qui morte iudiciaria sunt damnandi rebus et possessionibus omnibus fratribus remanentibus per suos precones nudi ut cingulo comprehenderit iudicaturi nostris iudicibus assignentur. Ceterum pro habundantiori gratia nobis et anime domini et patris nostri felicis recordationis Berenhardi [1]) quondam illustris ducis Karinthie progenitorum heredumque nostrorum a filio virginis gloriose Marie felicius promerenda volumus ut quecunque res sive animalia pro eorum utilitatibus et expensis per fora nostra et loca thelonaria nostri dominii a fratribus vel quibuscunque aliis nuntiis transducuntur libere transeant sine muta theloneo vel etiam vectigali. Volumus etiam ut nullus qui ad domos predictorum fratrum causa securitatis confugerit ab aliquo offendatur si homicidium perpetraverit vel aliud grande nephas quod damnationem corporis inducit. Preterea propter ordinis honestatem omnes insolentias et excessus quos eorum familia commiserint comendatoribus et fratribus secundum eorum discretionem committimus corrigendos. Si quis vero ex successoribus nostris vel heredibus hanc devotionis nostre gratiam quam predictis fratribus domus Theutonice fecimus gratiose ab omnipotenti deo maledictus violator extiterit gratiam minuendo rationem reddat in terribili examine et tremendo. Igitur ut nullus successorum nostrorum vel heredum hanc presumat infringere libertatem presentem cartam scribi providimus et sigilli nostri munimine roborari in evidens testimonium et cautelam. Testes autem huius rei sunt: Fridericus comes de Ortenburch, Johannes vicedominus Car-

[1]) Copie: Berunhardi.

niole, Wernchardus et Lampertus capellani. Vlricus de Liechtenstein et Otto filius suus, Jacobus de Gûtenberch, Otto de Vinchenstein, Morhardus prepositus Werdensis, Werenherus et Chunradus fratres de Lok, Rudgerus de Leibach et Raiwigus filius suus, Reinherus de Eichelberch, Hermannus de Ramenstein, Gebhardus de Lilgenberch, Sifridus de Minchendorff, Ortolffus de Kirchperch, Gerlochus de Hertenwerch et alii quam plures. Actum in Lok anno incarnationis domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, decimo kalendas marcii feliciter amen.

Cop. vom 9. November 1497 ausgestellt und beglaubigt vom Dr. Gregorius Raynner, Pfarrer in Gradwein und Archidiacon von Steiermark und der Untern Mark auf Bitten des Andreas Mosshamer, Comendator des deutschen Hauses aussenhalb der Mauern der Stadt Gretz am See. Orig. dieses Transsumptes mit dem an Pergamentstreifen anhängenden Wachssiegel des Ausstellers im Deutschordensarchive in Wien.

371. Sittich.

1267, 20. März, Schloss Landstrass. Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain bestätigt den Spruch genannter Schiedsleute in den Streitigkeiten zwischen dem Kloster Sittich und den Gebrüdern Thomas Otto, Ortolph und Offo von Landstrass wegen verpfändeter Güter zu Leševje und Rottenbach, welche Kunigund, weiland Gattin des Friedrich von Weineck dem Kloster überlassen hatte.

Nos Vlricus dei gratia dux Carinthiae, dominus Carniolae constare volumus universis intuentibus praesens scriptum, quod cum contentio v(er)teretur ex parte una inter virum religiosum et honestum dominum Conradum abbatem venerabilem Sitticensem, et ex parte altera inter nostros fideles Thomam, Ottonem Ortolfum et Offonem fratres de Landstrass super obligationem, scilicet octuaginta marcharum denariorum minus una pro quibus nobili foeminae Chunigundae uxori quondam Friderici de Weineke, et Babone, Bernhardo et Rudigero fratricus de Landstrass eorundemque sorore duodecim mansi fuerant obligati et unum insuper molendinum, ex quibus distinguimus in Leschouwe septem mansos esse sitos cum uno molendino, in Rottenbach mansos quinque et pratum unum, quod adiacet villis ambabus cum omnibus juribus et pertinentiis suis, quibus dicti f[rat]res[1]) bona prefata eatenus possidebant, quam [sup]ra[1])

[1]) Von der Feuchtigkeit Lücken im Papier.

obligationem memorata Cunegundis suae animae [ob] salutem super claustrum donaverat Sitticense omni [jur]e [1]), quo in eadem fruebatur tempore vitae suae in nostri nostrorumque nobilium praesentia lis utrobique taliter est decisa, ut dilecti nobis Herwardus de Auersperch et Otto de Schenenbach (!) ex parte ipsius abbatis, ex parte vero fratrum de Landstrass Jacobus de Guettenberch[2] et Griffo[3]) de Reittenberch, arbiter (!) electi ad ipsam cognitionem) scilicet sapiendam sunt taliter arbitrati, quod praedicti fratres de Landstrass de omnibus impetitionibus ac juribus, quae in praefata obligatione se habere ratione haereditaria asserebant, cederent libera voluntate, ita tamen, quod versa vice mansos quatuor in Hurde, quos similiter foemina memorata ecclesiae contulerat Sitticensi, venerabilis dictus abbas praefatis fratribus resignaret libere et (ab)solute, quo facto ipsi fratres de Landstrass tenebuntur sepe dictam obligationem defendere ac tueri ecclesiae supradictae et ad omnes cognitiones impetitiones et alia incommoda huiusmodi, quae possent imposterum super eadem obligatione in praeiudicium dictae ecclesiae exoriri respondere, sopire et sine dicti monasterii procuratorum labore et fatigio reiterare. Quam arbitrationem ac discussionem nos quoque, accedente consensu partium utrorumque admisimus confirmandam, conscribendam, nostri, nostrorumque fidelium fratrum de Landstrass et Nicolai de Reittenberk sigillorum munimine similiter roborandam. Cuius rei testes sunt: dominus dictus (!) venerabilis abbas de Landstrass, Petrus celarius tunc ibidem, seculares vero milites Otto de Kunigesperg, Gottfridus et Wolffingus de Preiseke, Jacobus de Rittenbach [4]), Herwardus de Auersperch, Otto et Arnoldus de Schenenbach, Fridericus de Hopffenbach et alii quam plures. Actum et datum in castro Landstrass anno domini 1267, 13. cal. aprilis feliciter amen.

Cop. Pap. stark von Feuchtigkeit gelitten, aus dem Scartpapier des Praelatensaals im Kloster Sittich; vrgl. Marian A. scr. VII. 376; Valv. XI. 503.

372. Seitz.

1267, 22. Mai, „Schuitza (nächst Dobrova) bei Laibach. Ulrich Herzog von Kärnten bestätigt dem Kloster Seitz seine Privilegien und verleiht demselben u. a. Zoll- und Mauthfreiheit in seinen Städten Stein und Windischgraz für alles was die Klosterbrüder zu ihrem Gebrauch kaufen oder verkaufen würden

[1]) Lücke im Papier. — [2]) Copie: Luttenberch. — [3]) Grisso. — [4]) Gutenberch?

Nos Vlr(icus) dei gracia dux Karinthie, dominus Carniole constare volumus, tam presentis vite hominibus quam future, quod nos consideratis et per singula intellectis hiisque privilegia fratrum ordinis Kartusiensis in Valle sancti Johannis deo servientium, continebant omnem gratiam a nostris predecessoribus eis factam, etiam cum augmentatione aliquorum que annis singulis dari sunt in Windizgrez eis longo tempore consueta, ratam habere duximus, concedentes eis, ut in predio Windizgrez, ubi prius frumenti duos modios et brazii decem mensuras habuerunt deinceps viginti mensuras brazii et quatuor modios de frumeto (sic) annis singulis habeant, iugiter possidendas. Preterea concedimus fratribus ante dictis, ut omnia que ipsi ad usus proprios vendiderint, vel etiam compararint in civitatibus nostris Stain ac Windizgrez sine theolonio transeant atque muta. Denique precipimus universis ad districtum dominii nostri respectum habentibus ut ubicumque predicti fratres ierint aut bona eorum fuerint constituta, nichil eis exactionis aut gravaminis inferatur. Ad quorum omnium confirmationem presentes litteras eis damus sigilli nostri munimine confirmatas. Datum in Scheuz prope Laybacum anno domini M̊C̊C̊L̊X̊VII. XI. kalendarum junii.

Orig. Pgt. mit anhängendem Reitersiegel des Herzogs im steierm. Landesarchiv.

373. Auersberg.

1267, 1. Juni, „in viridario nostro supra Turrim apud „Laibac.“ Ulrich, Herzog von Kärnten, Herr von Krain und der Mark, gibt den Brüdern Herbard, Otto und Meinhalm von Auersberg wegen ihrer jederzeit bewiesenen Treue 9 Huben in villa Rat und statt der villa de Purchstal, welche Herr Eberhard von Wippach durch Richterspruch erhalten hatte, 10 Huben in villa Mos zu Lehen, zugleich ertheilt er ihnen das Vorrecht, dass alles, was sie oder ihre Erben an Dörfern, Huben u. dg. in des Herzogs Besitzungen von seinen Leuten kaufen würden, als ihr Lehen gelten solle.

Nos Vlricus dei gratia dux Karinthie et dominus Carniole et Marchie tenore presencium notum facimus universis, tam presentibus quam futuris quod propter fidelitatis merita fidelium nostrorum, Herbordi, Ottonis, et Meinalmi de Owersperch, qui se nobis quolibet necessario tempore obsequiosos non absque gravium expensarum sumptibus liberaliter obtulerunt, ipsos, et heredes ipsorum utriusque

generis nomine feudi, investivimus de novem mansis sitis in villa Rat, cum plenitudine omnis iuris et ratione ville de Purchstal quam a nobis in feudo habuisse noscuntur, quam dominus Eberhardus de Wipaco per judicium et juris ordinem obtinuit, ab eisdem fratres predictos et ipsorum heredes ut superius est expressum, utriusque sexus de villa Mos decem mansos capiente, nomine feudi investiendos duximus, cum [1]) plenitudine omnis juris, eciam de gracia speciali. In super ut fervencius nostris inhereant obsequiis, ipsis fecimus in hoc de munificencia [2]) nostre magnificencie graciam specialem, ut per has nostras literas, iidem fratres, et heredes ut dictum est eorundem nomine feudi sint etiam investiti, de omnibus ad nostrum dominium spectantibus, villis, mansis et huiusmodi, que a nostris hominibus emerint et duxerint comparanda. Testes vero omnium premissorum sunt fideles nostri: Jacobus de Gvotenberch, Gebhardus de Gvotenawe, Waltherus dictus Ungarus de Stein, Gebhardus de Lilienberch, Rvdlinus de Laibaco, Willehalmus de Minchendorf, Hermannus de Rabenstein, Albertus de Zeiselberch, Nicolaus de Revtenberch, Weizmannus de Laibach et alii. Datum et actum in viridario nostro supra Turrim, apud Laibac., anno domini M.CC.LX.VII., kalendis junii. Nos quoque, dictas literas in perpetuum testimonium premissorum, nostri pendentis sigilli munimine duximus roborandas, premissa singula et omnia confirmantes.

Orig., Pergt., im Archive zu Auersberg, das Reitersiegel des Herzogs schön erhalten; Elze, Regest in Mitth. f. Krain, 1861, 12, Nr. 4.

374. Mannsburg-Sittich.

1267, 10. Juni, Tolmein. Ulrich Herzog von Kärnten und Herr in Krain verzichtet auf Bitten des Pfarrers Peregrin von Mannsburg auf alle Gerichtsbarkeit über dessen Güter und Leute (die mit der Strafe des Hängens bedrohten Fälle ausgenommen) geradeso wie er dies früher den Gütern und Leuten des Klosters Sittich zugestanden hatte.

Vlricus dei gratia Karinthiae dux dominus Carniole et Marchae. Sane sicut per virum prudentem Peregrinum plebanum de Meingospurgh, vicedominum domini Gregorii venerabilis patriarche Aquilegensis dilectum nobis fuit humiliter postulatum in bonis et hominibus ad dotem ipsius plebis pertinentibus quae nobis fuerunt iurisdictione temporali subiecta ob eiusdem grata merita(?) et accepta

[1]) Im Orig. zweimal cum. — [2]) Orig. munificencencia.

specialem sibi gratiam facere cupientes, iurisdictionem huiusmodi seu iudicium sanguinis, pena suspendii duntaxat excepta, super bonis predictis hactenus a nobis habita et obtenta, per nos, heredes ac successores nostros remittimus et relaxamus omnino, eadem bona et homines ob onere iurisdictionis vel iudicii predictorum absolute absolventes ammodo et penitus liberantes. Volumus quoque ut prefate dotis bona et homines, quo ad iurisdictionem et iudicium supradicta simili gaudeant libertate, quam hominibus atque bonis monasterii Siticensis duximus concedendam. In cuius rei evidentiam presentes literas nostras conscribi fecimus sigilli nostri pendentis munimine roborari. Acta sunt haec apud Tulminum in camera patriarchali presentibus patre domino Gregorio patriarcha Aquilegensi, domino Alberto episcopo Concordiensi, vicedomino ipsius parochiae Peregrino preposito sancti Vdalrici, Rudlino castellano in Laibach, Heinrico de Helfenbah (!) et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno M°C°L°X°VII, X° junio, X^{a} indictione.

Urk. eingeschaltet in der Bestätigungsurkunde Herzog Alberts von Oesterreich vom J. 1338, Cop. Pap. aus dem Scartpapier des Praelatensaals im Kloster Sittich.

375. Trewensteyn.

1267, 29. Juli, Leibniz. Ortolf von Trewensteyn bekennt, dass er von Zehenthof in Hohenyltz im Namen des Herzogs Philipp von Kärnten alljährlich nur 10 Mark Pfenninge erheben dürfe. Unter den Zeugen Wilhelmus de Scherphenberch.

Orig. Pgt. im k. k. Staatsarchiv zu Wien.

376. Aquileia.

1267, 25. August, Görz. Albert Graf von Görz etc. unterwirft sich und seine Genossen dem Schiedsspruche des Königs Otaker von Böhmen und des Erzbischofs Wladislaus von Salzburg bezüglich der dem Patriarchen Gregor durch die Gefangennehmung, sowie der überhaupt dem Hochstifte zugefügten Schäden und verpfändet den Schiedsrichtern seine Schlösser videlicet Goritiam et Carsperch. Unter den Zeugen Heinricus notarius de Lonch, canonicus Frisingensis.

Orig. Pgt. 5 anght. Siegel im k. k. Staatsarchive zu Wien. Gedruckt: Fontes rer. austr. I, 2. Abth. (1849) S. 87, Nr. LXXXIX.

377. Freising.

1267, 20. September, „Peiersdorf." Konrad Bischof von Freising vergleicht sich mit den Gebrüdern Rudolf und Friedrich von Blin-

denbach wegen Abtragung des Schlosses „Prunsdorf" in der Windischen Mark und wegen deren Lehen, welche sie vom Bisthume tragen.

Nos Chvnradus dei gracia Frisingensis episcopus notum fieri cupimus universis presencium noticiam habituris, quod cum inter nos ex una parte et Rudolfum et Fridericum fratres dictos de Plintenpach super destructione castri in Prunsdorf, quod castrum iidem fratres construxerant in preiudicium ecclesie Frisingensis, questio verteretur, dicti fratres ad hoc ut prefatum castrum in suo statu remaneret, indissolutum ipsum in potestatem nostram tradiderunt tamdiu possidendum et tenendum a nobis quousque suis precibus aput amicum nostrum illustrem ducem Karinthie optinuerunt, quod dictus dux ius feodale quod habuit a nobis in ipso castro, resignavit ad manus nostras libere et absolute. Quo facto obligarunt se et sua feoda que tenent a nobis, et proprietates quos habent uterque eorum, pro se heredibusque suis sigillatim, quod decetero de ipso castro nullum dampnum occasione ipsorum in possessionibus, mancipiis, rebus mobilibus vel inmobilibus aut sese moventibus pacietur ecclesia Frisingensis, et si aliquot dampnum dicti fratres aut alter ipsorum heredesve sui per se vel per suos nobis vel successoribus nostris irrogarint, nec ipsum dampnum infra quatuor septimanas a die commissi delicti monicione premissa coram iudice aut officiali nostro curaverint emendare, prefatum castrum, sive ambo fratres deliquerint sive alter ipsorum, sine contradictione qualibet destruetur et proprietates quas habent, et universa feoda que tenent a nobis delinquentes, vacabunt ecclesie Frisingensi et nos ex tunc aut successores nostri conferendi ea habebimus liberam potestatem. Fideiussores insuper inferius subnotati in eundem eventum persolvent nobis aut ecclesie Frisingensi pro ipsis ducentas marcas Lantstrostensium nomine pene si ambo deliquerint, vel si alter ipsorum tantum c quilibet ex subscriptis fideiussoribus pro x marcis pro quolibet fratrum specialiter obligatus, ita quod delictum unius fratris in dampnum alterius preterquam in destructione castri nullatenus redundabit. Ad hec pascua arboresque castaneorum de quibus inter nos et dictos fratres questio vertebatur, tenebimus nos et homines nostri libere et absolute, de terminis et finibus agrorum de quibus nobiscum contendebant, arbitrio et discussioni meliorum et seniorum .... iudicium relinquentes. Hiis peractis omnibus constituimus [eos eorumque he-

redes in eodem castro) tanquam purchcravios nostros, nec destituemus eos nisi in aliquod premissorum inciderint et emendare recusaverint iuxta formam superius annotatam. Fideiussores autem sunt hi, Wernhervs officialis et Chunradus fratres milites de Lok, Nycolaus et Grifo milites de Riutenberch, Vlricus et Wintherus de Werde, Reimbertus de Goker, Leonhardus officialis de Chlingenvels, Vzoldus iudex de Gvtenwerde, Heinricus de Zemast. Acta sunt hec in villa Peiersdorf, anno domini M.CC.LX. septimo, presentibus testibus subnotatis videlicet dilecto in Christo fratre nostro Morhardo venerabili Werdensi preposito, magistro Heinrico canonico ecclesie nostre, Vlrico capellano, magistro Hermanno sancti Andree canonico et Chvnrado notario, domino Ditrico Stangone, Gebhardo de Gvtenowe militibus, Chvnrado Sappone, Gvnthero marschalco, Chvnrado de Geisewelt, Heinrico et Sighardo fratribus de Rinding, Friderico Mulhovario, Chvnrado de Nonbach, Sibotone de Rabenek, Wlfingo et Reblino de Lok et aliis quam pluribus fidedignis. Et in horum omnium testimonium presentes litteras sigillo nostro et aliorum qui interfuerunt, iussimus consignari. Datum nono kalendas octobris.

Cod. 191. f. 11, theilweise der Text durch Wasserflecken schwer oder nicht mehr lesbar, k. Reichsarchiv zu München; Oberbair. Archiv III, 275; Zahn, Cod. dipl. Austr. Fris. I., 295, Nr. 272.

378. Auersberg.

1267, 24. September, ... Ulrich Herzog von Kärnten Herr von Krain gestattet dem Herbord von Auersberg wegen geleisteter und noch zu leistender Dienste, dass diese, die von einem ihm gehörigen Manne mit einem dem Herzog gehörigem Weibe gezeugten ehelichen Kinder zu eigen zu besitzen und vergünstigt überhaupt, dass ein herzogliches Weib, welches an einen auerspergischen Mann verehelicht ist, wenn es wolle, sich in Auerspergische Hörigkeit begeben könne.

Vlricus dei gratia dux Karintbie dominus Carniole universis intuentibus presens scriptum salutem et omne bonum. Notum vobis esse cupimus per presentes, quod nos attendentes fidelia servicia et sincera, que nobis dilectos (!) noster ministerialis Herbordus de Aursperch exhibuit et exhibere poterit in futurum ipsi Herbordo fecimus hanc gratiam specialem, scilicet, ut ipse ex nostro dono, homines aut heredes a nostro hominio feminino maritali copula coniuncto, cum suo hominio masculino, legittime procreatos teneat et habeat

proprietatis nomine, omni iure quo ad nos rationabiliter pertinebant pium quoque nostrum similiter consensum duximus favorabiliter apponandum quod si aliqua femina nostra propria servo dicti Herbordi matrimonialiter copulata, ad ipsum Herbordum proprietatis titulo divertere voluerit, sibi pateat liberum arbitrium faciendi, et sub alis ipsius Herbordi nostra licentia divertendi. In cuius testimonium sibi dedimus presens scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Datum anno domini M.CC.LXVII. in die Rûdberti.

Orig., Pgt., im Archive zu Auersberg, das eingehängte Reitersiegel des Herzogs im untern Drittel abgebrochen; Elze Regest in Mitth. f. Krain 1861, 12, Nr. 5.

379. Sittich.

1267, 27. December, Sittich. Ulrich Herzog von Kärnten schenkt dem Kloster Sittich das Dorf Dobrava.

Nos Vlricus dei gracia dux Carinthiae, dominus Carniolae ad notitiam singulorum tam praesentium quam futurorum cupimus pervenire, quod divinae remunerationis intuitu et nostrae animae ob salutem de proprietatibus nostris villam nomine Dobrave cum omnibus pertinentiis ejusdem, videlicet dominio, pratis, silvis, piscationibus quaesitis et inquirendis, omnibus quoque juribus et libertatibus, quibus fruebamur pacifice in eadem ecclesia beate Marie virginis gloriosae ordinis Cisterciensium in Sitich contulimus libere et solute. Et ut haec donatio robur habeat firmitatis et per nostros successores nulla cavillatio, quaestio seu impetitio super donationem hujusmodi valeat exoriri, praesentem paginam iussimus conscribi nostrique sigilli munimine roborari cum testibus subnotatis. Testes vero sunt: Otto, Herbordus et eodem nomine filius suus de Auersperch, de Löck fratres Chunradus et Bernardus, de familia quoque nostra: Prediva,[1]) Bohemus et Hileprandus notarius et alli quam plures.

Actum et datum in claustro Sitich, anno domini MCCLXVIII° in die sancti Joannis evangelistae.

Marian Austria sacra VII. pg. 323—24. Nr. II aus dem Original mit der Anmerkung „Sub sigillo pendente." (Die Urkunde gehört ins J. 1267 weil der Sprung in der Jahreszahl damals auf den Christtag fiel.)

380. Sittich.

1267, ..., ... Ulrich Herzog von Kärnten genehmigt die Schenkung des Eigenmannes Gregor durch Wolfgang von Brezovo an das Kloster Sittich.

[1]) Vergl. weiter unten Nr. 383.

Confirmavit idem dux (Carinthie) Vdalricus donationem Wolfgangi de Vressowe, qui contulit proprium hominem nomine Gregorium monasterio Sitticensi.

Puzel pg. 36.

381. Deutschorden in Laibach.

1268, 16. Jänner, ... Ulrich, Herzog von Kärnten verleiht die Kirche st. Peter zu Tschernomel sammt ihren Filialen dem Deutschorden in Laibach.

Urk. gedr. im Schumi's Archiv I. Bd. 27, Nr. 11.

382. Sittich.

1268, 16. März, ... Konrad genannt Gallo bezeugt, dass seine verstorbene Frau Dymodis auf ihrem Siechbette dem Kloster Sittich eine Hube zu Topolje (in der Pfarre Mannsburg) mit Zustimmung ihres Bruders Konrad geschenkt habe.

Ego Chunradus dictus Gallo, notum esse cupio universis hanc literam inspecturis, quod domina Dymodis, quondam uxor mea, sentiens infirmitate corporali se incurabiliter laborare, pro remedio animae suae mansum in Teyplach[1]) ad se proprietatis titulo spectantem monasterio Sitticensi de consensu fratris sui Chunradi delegavit perpetuo possidendum. Ut autem haec ipsius donatio inviolabile robur obtineat firmitatis, hanc litteram describi feci, ac sigilli mei munimine roboravi. Hujus rei testes sunt: dominus Dietericus de Sonneberch, dominus Hertwicus de Valchenberg, Eglolphus de Lylenberg, Wolssalcus[2]) Gallo, Hainz et Otto fratres de Aphalter, Dietricus Rovffar de Lybeck et alii quam plures. Datum anno domini MCCLXVIII XVII. kal. aprilis.

Marian Austria sacra VII. Bd. S. 324, Nr. 12; Puzel, idiogr. m. Sittic. S. 37 mit der Bemerkung Teyplach in plebe parochiae Manspurgensis sito; Valvasors Not. in den Mitth. a. d. Bened. Ord. 1881, S. 73.

383. Freudenthal.

1268, 18. März, im Schlosse Landestrost. Ulrich Herzog von Kärnten beurkundet seine Widmung von jährlich vier Fuder Wein auf seinem Weinberge Woltzgendorf, an das Kloster Freudenthal.

[1]) So Puzel; Marian: Terplach; Valvasor Teuplach. — [2]) Marian: Wolffalcus.

Nos Vlricus dei gratia dux Karinthie dominus Carniole ad noticiam singulorum tam presentium quam futurorum cupimus pervenire, quod dilectis nobis viris venerabilibus et honestis in Vrevnitz fratribus ordinis Cartusiensis de monte in Woltzgendorf quatuor vegetes vini constituimus annis singulis donaturas de vino nostro, quod ex predicto monte ad nos spectare videlicet dinoscatur. Et quia intendere volumus ad omnia ea, que utilitatem fratrum respitiunt predictorum, nostre anime ob salutem precipimus universis nostris procuratoribus pro tempore constitutis, quatenus banc gratiam specialem seu donationem superius videlicet memoratam perpetualiter inconvulsam debeant observare sub pena nostre gratie et favoris. In cuius rei testimonium presentem paginam conscribi iussimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum et actum in castro Landestrost presentibus nostris fidelibus: Johanne tunc vicedomino nostro, Hainrico de Helfenberch, Preduone et Hiltprando notariis anno domini MCCLXVIII. in dominica letare.

Orig. Pergmt., das an gelben und schwarzen Seidenfäden angehängt gewesene Siegel verloren, im k. k. H.-, H.- und Staatsarchiv in Wien.

384. Freising.

1268, 8. Mai, Lack. Konrad Bischof von Freising vergleicht sich mit Konrad von Lack und den Erben des früheren Amtmannes Wernher von Lack betreffs seiner Forderungen aus des Letztern Verwaltung.

Nos Chvnradus dei gracia Frisingensis episcopus universis notum facimus tam presentibus quam futuris, quod accedente consilio et consensu dilecti in Christo fratris Friderici venerabilis prepositi nostri ad tollendam dissensionis materiam inter nos ex una parte et dominum Chvnradum de Lok et heredes quondam domini Wernheri officialis nostri ex altera que super rationibus fa(ciendis) et aliis subnotatis articulis vertebatur, nos et ipsi concordavimus in hunc modum. Primo videlicet quod renunciamus omnibus racionibus et computacionibus (non f)actis ad quas idem heredes nomine patris eorundem nobis dicebantur ob(liga)ti et volumus esse contenti solummodo tenore litterarum illarum que date (fuerunt) eidem domino Wernhero sub sigillo nostro post habitam racionem sub (monte) Levbel nostro ultimo in recessu qui fuit anno domini M.CC.LX. . . . (in die) Undecim millia virginum. Insuper dominus Chvnradus et dominus Nycolaus de Reutenberch obligarunt se fide data ad totum

